NAZIONALE VITT. EMANUELE
12 2
30 F
30
13. 40.

M

12
17
6
10

DE PETICVLARI FEBRE, TRIDENTI

Anno 1591. Publicè Vagante.

DEQ. VESICATORIORVM IN EA POTISSIMVM VSV,

TRACTATVS NON MINVS VTILES quàm iucundi.

In quibus de Putredine, de Contagio, de Sanguinis miſsione, alijsq; pulcherrimis difficultatibus multa nec vulgaria quidem ſatis luculenter pertractantur.

Cum duplici Indice.

Ab Octauiano Roboreto, Tridentino, Phyloſophiæ, ac Medicinæ Doctore, Sanctiſsimiq; Sepulchri Equite Hieroſolymitano, Ad publicam Patriæ vtilitatem editi.

PER- PETVO

FELIX VIVAT.



TRIDENTI,

Apud Ioan. Baptiſtam Gelminum, Sabienſem. Anno 1592.

Cum Licentia, & Priuilegio Superioritatis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE PETICVLARI FEBRE, TRIDENTI

Anno 1591. Publice Vagante.

DEQ. VESICATORIORVM IN EA POTISSIMVM VSV,


TRACTATVS NON MINVS VTILES
quàm iucundi.

In quibus de Putredine, de Contagio, de Sanguinis miſſione, alijſq; pulcherrimis difficultatibus multa nec vulgaria quidem ſatis luculenter pertractantur.

Cum duplici Indice.

Ab Odoardo Roboreto, Tridentino, Philoſophiæ ac Medicinæ Doctore, Sacri Palatij, [illegible] Equite Hieroſolymitano, [illegible] Patriæ vtilitatem editi.

PER- PETVO.



TRIDENTI,
Apud Ioan. Baptiſtam Gelminum, Sabienſem. Anno 1592.
Cum Licentia, & Priuilegio Superiorum.

ILL.^mo^ ET REVER.^mo^

D. D. LVDOVICO MADRVTIO, S. R. E. CARDINALI, EPISCOPO, Principiq; Tridentino, ampliſs. ac Domino ſuo clementiſs.

Octauianus Roboretus Doct. & Equi. ſubditus, ac Vaſallus deuotiſsimus P. P. F.

SÆVIIT præterito iam anno, vt in multis alijs Italiæ locis, ita in tua hac Tridentina Ciuitate, Illuſtriſs. Cardinalis, Princepsque ampliſsime, tanquam immanis admodum fera, varijs, multiplicibusq; concomitata accidentibus ea labes, quæ iam paſsim Peticularis febris, communi nomine ſolet appellari. Circa cuius naturā, vtpotè quaſi nouam, nec priſcis illis Medicis, ſub hoc ſaltem nomine, tractatam; & circa eius etiam curationem, quòd Medici ab ignari vulgi opinione plurimum diſsiderent, cum variæ eſſent ſententiæ; intereaq; morbus ſua prauitate maximam ciuibus, primatibus potiſsimum, ſtragem inferret, Eccell. Mag. Ciuitatis Conſules, publicæ Patriæ ſaluti maximè inuigilantes, nobis Medicis etiam non annuentibus modò, ſed etiam, vt peritiſsimorum in arte Medica hominum iudicio, ac teſtimonio actio-

nes noſtræ ſynceræ magis iuſtificarentur, nec non loquacis populi garrulitas ſupprimeretur, quàm maximè exoptantibus, eò inducti ſunt, vt aliquot Eccell. Medicos exteros aduocarent: vt nobiſcum vnà, præmatura habita conſideratione, atq;, vt in rebus arduis fieri ſolet, cōſultatione, de tanti morbi ancipiti natura, & cauſis, nec non de curatione, in qua quot vulgi capita, tot ferè ſententiæ reperiebantur, quid certi, ac firmi ſtabiliretur. Cum quibus non in ſenatu ſolum multa, ſed inter domeſticos etiam parietes plura, ac varia à nobis hinc indè, maiori qua potuimus diligentia pertractata ſunt, & examinata. Quorum omnium cum præcipua quædam capita memoriæ gratia, vt aliquando in huiuſmodi caſibus mihi inſeruire poſſent, in ordinem quendam collegiſſem, epilogumq; rudi admodum minerua, ac ſine vllo verborum fucco, rem magis, quàm verba obſeruans, conſcripſiſſem, non nullàq; præterea haud inutilia proprio ſtudio addidiſſem; is cum in quorundam ex ipſis etiam Collegis Medicis manus incidiſſet, illisq; non pauca, quę frugi aliquando eſſe poſſent, ineſſe viderentur, vt in lucem tractatulum hunc, quaſi de tanto morbo, qui me quoq; vehementer afflixerat iuſtā vindictā ſumpturus, prodire ſinerem, me ſæpè, ac ſæpius ſollicitarunt. Attamen cum me minimè lateret, id præſtantiſsimorum tantummodo, præclariſſimo-

morumq; hominum munus eſſe; & hiſcè potiſsimum temporibus, quibus plurimi ornatu magis verborum, quàm rerum, quæ tractantur, vtilitate delectantur, quidquid impolitum exit, à plerisq; reprehendi conſueuiſſe; mihiq; iſthæc præ alijs occupationibus, elimandi tempus non ſuppeteret; ſæpius reluctando recuſaui. Verum cum importunius inſtarent, nec poſſem me vlterius amicè, ac decenter excuſare, illis malui tandem obtemperare, obtemperandoq; animi mei candorem, ac obſequendi deſiderium demonſtrare, quàm diutius denegando nimium pertinax, atq; inhumanus exiſtimari: Cum potiſsimum quoq; ſperem forè, vt aliqui etiam paulò benigniores reperiantur, qui rē magis, quàm innanem tantummodo verborum ornatum; atq; meū publicæ, patriæq; potiſsimum conſulendi vtilitati deſiderium ſpectātes, laborem hunc, atq; conſilium non modò non ſint omninò contempturi, verum etiam maximè commendaturi; ſi non ob aliud, propter id ſaltem, quod hinc ſublimiori, atq; in hac medendi prouincia præmaturiori ætate magis exercitato ingenio anſa præbebitur, ad aliquid ijſdem de rebus exquiſitius, atq; elaboratius promendum, ac explicandum: Cum præſertim Veſicatoriorum materiam admodum vtilem, ac neceſſariam, quam rerum ipſarum filo, ac connexione ductus ad calcem ſubiunxi, à nemi-

ne

ne hactenus ex inſtituto tractatam viderim. Ne tamen libellus hic ſine patrono omninò, ac protectore aliquo exiret; illum patrocinio, ac nominis tui auctoritate Illuſtriſs. Princeps, tua fretus clementia, ac benignitate munire volui, tuæq; amplitudini conſecrare: Non quidem, quod munuſculum hoc admodum exiguum tanto tutore [quãuis pro ſingulari tua humanitate, nec minima quidem ſyncero animo oblata, deſpicere ſoleas] dignum iudicarem; ſed potius tùm vt meam erga amplitudinem tuam ſingularem deuotionem, gratũq; animum leui hoc argumẽto pro nunc declararem; tùm vt nominis tui obſeruantia, rerum, quę tractantur vtilitati coniuncta, plures ad eius lectionem facilius excitentur; atq; à malignantium morſu defendatur. Cum nulla pęnè terrarum ambitu natio contineatur, quę Amplitudinem tuam propter ſingulares animi tui dotes, Clementiam ſcilicet, Sapientiam, Liberalitatem, Humanitatem, ac in gerendis rebus arduis ſummam prudentiam, & dexteritatem non amet, non colat, non obſeruet, ac vt cœleſte quoddam numen in terris nõ veneretur. Quibus nominibus potiſsimum non modo pluribus S. R. E. Summis Pontificibus, atq; Sacratiſsimis Rom. Imperatoribus, ſed etiam potentiſsimo Hiſpaniarum Regi Philippo veræ, ac firmiſsimæ Reipubl. Chriſtianæ columnæ, ac firmamen-

to,

to; eaq; de cauſa immortalis memoriæ digniſſimo; te adeò gratum extitiſſe, vt in eorum amore nemini iure vnquã fueris ſecundus, nullus eſt qui ambigat. Quòd verò familiam noſtram Roboretam Amplitudini tuæ nunquam non deddítiſſimam, ſingulari quodam fauore ſemper foueris; quod Eccell. Legum Doctorem Ioſephum Roboretum fratrem meum amantiſſimum, varijs Magiſtratibus in diuerſis Italiæ vrbibus ſatis honorificè iam perfunctum, non modò in aulam tuam humaniſſimè, munificentiſſimeq; ſuſceperis, ſed etiam de rebus arduis ad potentiſſimum Hiſpaniarum Regem tuo nomine tractaturum delegaueris; quod demum eundem ab Illuſt. & multum Reuer. Dom. Decano, ac Venerabili Illuſtrium, ac multum Reuerendorum huius ſub tuis auſpicijs almæ noſtræ Ciuitatis Canonicorum cętu, in eorundemmet numerum elligi tuis commendationibus procuraueris, vnanimiq; omnium cõſenſu ellectum, auctoritate tandem tua confirmaueris, tanti certè hæc omnia, & ſingula apud nos ſunt, vt non eundem fratrem meum modò, ſed totam etiam familiam, ſingulosq; noſtrum, ſummi, ac immortalis beneficij vinculo in perpetuum tibi deuinciant. Pro quibus ſummis promeritis, cum re alia nunc condignas gratias referre non valeamus, vt Deus Opt. Max. Amplitudinem tuam pro communi omnium, gregisq; tui

po-

potiſsimum ſalute, quàm diutiſsimè incolumem, ac fæliciſsimum ſeruando eas pro nobis cummulatiſsimè rependat, ex corde præcamur. Interim munuſculum hoc exiguum quidem, ſed omni reuerentia, vt animi grati, ac ſingularis obſeruantiæ teſtimonium à fideliſsimo ſubdito, ac vaſallo oblatum, vt hilari vultu ſuſcipias, meq́;, & meos omnes, patriamq́; ipſam tibi ſemper fideliſsimam, benigniſsima tua gratia foueas, habeasq́; commendatam maiori, qua poſſum, animi demiſsione etiã, atq́; etiam rogo, oroq́;. Vale.

Datum Tridenti die xv. Iunij 1592.

Tuæ Illuſtriſ. & Reuerendiſs. Amplitudinis.

Subditus, ac Vaſallus deuotiſs.

Idem Octauianus Roboretus Phyſicus, & Equ. min.

TYPOGRAPHVS
Ad benignos Lectores.

NE fortè cauſam ignoretis, ſtudioſi Lectores, tarditatis prælí in elucidando, ac abſoluendo opus hoc multæ ſanè ſpei: quod quidem dum vigeret adhuc morbus in hac regione typis noſtris reſignatum, inceptumq; fuerat circa finē Auguſti; nè vè Auctoris haud λαγιάστρρο, cuius multa fuit, æquierq; querela, fidem minoris penderemus, viſum eſt rationem paucis dare, febrem inquam illam pernicioſam, atq; efferam, quæ vt effigiem ſuam, ac monſtruoſum, & perhorridum ſimulachrum æternitati fortè commendaret, huius Vrbis, contempta cuiusvis gratia, Appelles, ſtatuariosq, litteratos pariter afflixit, nec typographis pepercit, vt quæ (quod non ſine lachrymis refero) Iacobum fratrem meum dulciſſimum, coadiutorem rapaciſſimè ſurripuerit, meq; ſic atq; vniuerſam familiam ſigillatim menſibus pluribus grauiſſimè torſerit, cum graui multarum rerum iactura. Ut verò aliqua ex parte tarditatem hanc imprimendi, additamento quopiam, quantum ex nobis ſtudioſius fieri potuit, rependeremus, pagellam addidimus, in qua verſus quorundam Candidatorum huius Patriæ nobis oblati, atq; in vnum collecti rem ipſam pertractatam concernentes, quaſi furtim dantur. Moroſa quidem tarditas non ſine ſumma Auctoris diſplicentia fuit; Additio verò amicis ſuis non iniucunda, aut inuiſa, vt ſperamus, erit. Hæc ſi æqui, boniq; vt optamus, conſulueritis, labores noſtros in poſterum diligentiores, politiores, ac expeditiores abſq; dubio experiemini.

PLVRIMVM REVERENDI Domini Ioan. Baptiſtæ Melchioris Canonici Tridentini.

EPIGRAMMA.

DEfferunt Italæ nuper ſua funera matres,
Perſenſit luctus vrbs quoq; noſtra ſuos.
Te quoq; Pæonias tractantem fortiter artes,
Acre malum lætho penè dediſſe ferunt.
Viciſti Roborete tamen: Vis aſſera morbi
Ceſsit, & en ſtylo vindice perſequeris.
Sic fortè in ſcopulos ſi quem malus impulit error,
Mox portu arrepto quæ fugienda doces.
Neſcit amans patriæ pietas ignaua latere,
Sed quam condiderat pectore, promit opem.

Illuſt. D. Innocentij à Prato.

OPtimi noſtri hac ope Roboreti,
Glandis eiectæ ad ſacularis inſtar,
Synocha expulſa en febris atra ceſsit,
Amphimerina.
Quis non ingenti comitetur ergò,
Laude, diuerſis numeriſq; pulchrè,
Perſonet, Spargat violaſq;? Sacræ,
Plaudite Muſæ.

Eccell. D. Thomæ Croſinæ, de Libello ad candid. Lectorem.

ARte patet febris claro violenta Tridento,
Delia, noſce velis? perlege, certa docet.
Commoda pulchra feres, ſubſunt exotica mira,
Quod petimus, foueas, Candide, nec laceres.

Admodum Reuerendi D. Bartholomæi Tachelij Arcenſis.

PHALEVCIVM CARMEN.

VT cernit pater integrè additum eſſe,
Nato conſpicuum decus, beatos
Dat plauſus, placidaq; fronte ſumit:
Octaui accipe non ſecus tuum iſtum
Partum, non alieno honore comptum;
Is nam pulchra tenet, docet, quæ Appollo,
Vllus non tulit antè, quiſq; fiet,
Doctus doctior, vber artis expers,
Splendoremq; tibi dabit per Vrbes,
Nomen poſtea vtriq; erit perenne:
Ergò eluceat omnibus, nil vnquam,
Ad verſum metuens. Et ipſe vale.

Eccell. D. Ioan. Baptiſtæ Franci Arcenſis, Ad Auctorem.

VRgebat miſeram febris violenta Tridentum,
Morſq; omnem curam deſpiciebat atrox.
Tu clara Clarij præfulgens ſubuenis arte,
Atq; adfers diris febribus antidotum.
Et dum torqueris, tetro ſurripere morbo,
Affectos alios, Octauiane paras.
Quis ſoluet tibi diuino pro munere grates?
Ipſe dabit Cœlo præmia digna Deus.

D. Ambroſij Franci Arcigenæ de Authore, ad Tridentinos.

COrpora languebant in vicis ſtrata per vrbem,
Errabatq; horrens plurima imago necis.
Huc morbo incumbens doctus re Octauius ipſa,
Quas docuit Phæbus; porrigit ecce manus.
Deſine iam febris fatum exhorrere, Tridentum.
Magna quod ingluuies, non medicina tulit.
Vritur ipſe modo: febris ſi ceſſerit ardens.
Præſentem medicæ ſuſcipis artis opem.

D. Andreæ Alberthi Iudicarienſis.

Corpore ſi ægroto nihil infælicius: ergò,
Nil medica melius præſtitit arte Deus.
Dignius ergò nihil libro, aut preciofius iſto,
Qui curandi artem, pharmaca, iterq; docet.
Ergò Roboreto tanto pro munere grates,
Debentur, cuius dogmate tuta ſalus.

Eiuſdem.

Artis Apollineæ octaui doctiſsime, prima,
Hæc patriæ donas mitia poma tuæ?
Talia ſi in viridi potuiſti cortice ferre:
Quantus eris ſenior? quam grauiora dabis?
Ergò age, qui, ante annos, tam ſuaues,
promere fructus,
Auſus es, auſpicio perfice multa bono.
Sic tua poſt fatum durabit fama perennis;
Inq; ſinu longæ poſteritatis erit.

D. Andreæ Triangij Tridentini Ad Auctorem.

EXASTICON.

SI Quæ iure ſuo debebat ſerta patrono,
Ciuica, qui ereptus Ciuis ab hoſte foret,
Plurima docte tibi debebunt ciuica ciues,
Octaui, Italico quo patet orbe locus.
Læthiferæ ſtudio quòd tandem febris ab vno,
Sit data ſub certo dogmate cura tuo.

Eiuſdem ad Lectorem.

EN tibi quo diſcas febris memorabilis anni,
Ignotas cauſas, vtile lector opus.
Qui medeare docet, quiq; ante pericula vertas,
Cælorum influxus, effugiasq; necem.
Phæbus amat Medicos, hæc ſunt oracula phæbi,
Quæ tibi Apollinea promit ab arte liber.
Non hunc liuor edax ignauo carpere dente,
Audebit, proprio ROBORE tuTVS erit.

D. Barnabæ Mantij Tridentini.

TETRASTICHON.

REſpexere Truci mors hoc, & liuida vultu,
Inuidia, in lucem mox vbi prodijt opus.
Aſt ſteterunt pro illo magnarum gloria rerum,
Famaq; difuſo iam procul orbe vagans.

PRÆMONITIO AVCTORIS
Ad Lectorem.

VT ordine, quo materiam hanc propoſitam ſumus tractaturi, inſtructus facilius deindè quæcunq; dicentur, animo concipias, benigne Lector, es antè omnia admonendus, quòd cum triplex ſit ſcientiæ alicuius explicandæ ordo, Compoſitiuus nimirum, reſolutiuus, & definitiuus, vt Gal. in principio artis medicinalis nobis teſtatum reliquit, nos potiſsimum definitiuum, vt qui [cum in vnica data definitione quæcunque poſtmodum in tractatu fuſius explicantur, implicitè, ac per capita contineantur,] & breuitati, & etiam tradendæ, ac retinendæ doctrinæ accommodatus magis videatur, quàm vllū alium elegimus. Propoſita igitur primum nominis ſignificatione, febrem hanc ita definiemus, vt ex eius definitionis explicatione, quæcunq; ferè ad eius completam cognitionem pertinere videbuntur, cauſa nempè formalis, materialis, & efficiens facilè erui poſsint. Ex qua eſſentia ita explicata, nonnullæ occurrentes circa eam dubitationes ſoluentur; tùm omnium accidentium quoque ratio

aſsi-

aſsignabitur, ac de Prognoſtico tandem agemus. Parteq; Theorica ſic abſoluta, ad praxim ipſam, primò quidem præſeruatiuam, tùm demum etiam curatiuam accedemus. In quibus pertractandis aliquot ſummæ vtilitatis difficultates explicabuntur. In ſubſequenti verò De Veſicatorijs ſermone, ea in his febribus malignis maximè conuenire, & ijs rectè, ac ex arte vtendi modum oſtendemus. Quòd verò à te enixè præcamur, Lector humaniſſimè eſt, vt rejecta quacunq; malignè contradicendi cupiditate, omnia pacato, tranquilloq; animo perlegas, nec prius, vel in redarguendo, vel iudicio ferendo præceps ſis, quàm totum opus abſolueris. Sic enim quin maiorem, & iucũditatis & vtilitatis fructum ſis percepturus, polliceri haud dubitamus.

DE PETICVLARI FEBRE TRIDENTINA TRACTATVS INCIPIT.

Febris, ac ſymptomatum vagantium, nec non ſcribendi occaſionis ennarrationem continens. Cap. I.

CVM elapſo anno ſiccifsimam, atq; admodum calidam æſtatē, Autumnus magna ex parte conſimilis; hunc verò hyems admodum frigida, & niuoſa excepiſſet; factum eſt, maxima præcipuè accedente annonę caritate, vt Tridenti pleriq; non ex plebe ſolum, ſed ex primatibus multò magis etiam, in morbos quoſdā prauos inciderent: Qui quidem febres erant ab initio ferè inſenſibiliter inuadētes, cum leui horrore, vel horripilatione, paulatimq; calor, primis quidem diebus haud multum moleſtus, capitis tamen dolore vt plurimum concomitatus, ſubſequebatur. Cum verò quibuſdam ad quartam, quibuſdam ad ſextā, vel ſeptimam ventum erat, alijs vigiliæ, & deliria valde intenſa, atq; phrenitides, alijs læthargici ſopores penè inexcitabiles ſuperueniebant; Omnibus tamen circa ſextam, vel ſeptimam, paucis au-

Conſtitutio anni 1590

Morbi publicè vagantes an. 1591

Symptomata varia.

Peticularũ ouid c.o.

tem in quarta, pulicum morſibus, haud multum diſsimiles peticulæ, vt plurimum rubeæ, aliquando tamen etiam liuidæ, circa dorſum præcipuè, atq; pectus oriebantur, effloreſcebantq́;. His magna ex parte faucium dolores, & inflammationes, tuſſes humidę, quibusdam etiam vocis interceptio, ac omnimoda loquellæ amiſsio, cum ablata ferè deglutiendi actione fiebant; lingua arida, ſitis, aliquibus alui fluxus bilioſi, non tamen colliquatiui; plurimis etiam vermes tum, ſurſum, tum deorſum; hæmorrhagiæ ex naribus copioſæ, & vt plurimum ſalubres; nonnullis etiam poſt, ſoporem maximè, parotides, quibus pariter à morbo ægri vindicabantur, contingebant. Quibuſdam etiam licet interiora adeò vrerentur, vt lingua aridiſsima, ſciſſurisq́; nonnunquam diſſecta cõſpiceret, exteriora tamen inſignem quandam, ac penè marmoream frigiditatem, cadauerum inſtar abtinebãt. Aliqui

Lotiũ quale.

toto morbi tempore lotium ſanis perſimile, alij vſque ad ſextam, vel ſeptimam [in his enim duobus diebus magnę potiſsimum mutationes eueniebãt] clarum, deinde per duos, vel tres dies admodum turbatum, & ſubiugale, cicerum rubeorum iuri, haud multum diſsimile, emittebant: ſicq́; varia varijs pro naturarum diuerſitate, nec non partium imbecillitate, humorumq́; dominãtium qualitate

fie-

fiebant accidentia. Potiſsimumq́; corpora ſanguinea, ac benè quadrata periclitabãtur, inficiebãturq́; q̃ facillime: ſerpereq́; in proximos cõtagione huiuſmodi mala clariſsimè conſpiciebant. Et quãquam etiam multi in eadem domo ſucceſsiuè decumberent; maxima tamen eorum pars, potiſsimum qui Medicorum pręceptis erant obtemperantes, à principioq́; curationi ſeſe addicabant, conualeſcebant; ita vt etiam cum morbus maximè vigeret, ex decem, vel duodecim ægis vnus vix interiret; magisq́; diſcrimen hoc opulentiores nobiles, atque primates ipſi, quàm inops, atq; egena plebs experiebatur; Cũ eorũ ẽt numeroſæ multitudinis reſpectu maior multo numerus deceſſerit. Cũ ijsq́ potiſsimũ agi male videbãt, qui aliqua alia labe, & maximè gallica, eſsẽt infecti. Oẽsq́; ferè quot quot obière, cõuulſi, ſuppreſſaq́; vrina, vel ſuffocati interibãt. Qui verò à morbo conualeſcebant, magna ex parte ſurdaſtri, ac ſemiſtupidi per aliquod tẽporis ſpacium remanebant; capilliq́; quàm plurimis defluebant. Cum igitur hæc res ex primatibus ciuitatis aliquot attigiſſet, è medioq́; non pauca familiarum capita ſuſtuliſſet; timorem etiam, potiſſimum in circumuicinis locis, alicuius grauioris mali, quã re vera Dei Opt. Max. beniguitate eſſet, incuſsit. Vnde prudẽtiſsimus Conſulum Senatus,

Quæ corpora sub. maris obnoxia.

Nobiles potiſſimum periclitabãtur.

Senatuscõſ.

cum Illuſtrium etiam, ac Dominorum Conſiliariorum cõſenſu, ea, quà debebat pietate, motus, tũ vt ſuorum ciuium ſaluti proſpiceret; tum vt vanum de peſte hic graſſante paſsim iam ſparſum rumorẽ ex hominum animis euelleret; non tantum ſuos, *Qui Medici fuerint conuocati.* ſed aliunde etiam accerſitos Medicos peritiſsimos, conſulendos exiſtimauit. Excellentiſsimũ igitur, eximięq;, ac ſolidæ doctrinæ Doctorem, Dominũ *Mõteclarus.* Pompeum Maceranum de Monteclaro, Deſentiani publico ſtipendio Medicinam facientem; Excell. *Moſcardin'* D. Hieronymũ Moſcardinum virum pręclariſs. nec minori eruditione, quàm humanitate præditũ; & *Brixianus.* Excell. D. Hieronymum Briſsianum Bulziani ſumma ſua cum laude tunc commorantem, omnes ſingulari eruditione, doctrina, atque experientia prędi tos accerſiuerunt; à quibus vnà cum noſtratibus *Tremenus.* Medicis, Excell. nimirum Ludouico Tremeno Sereniſsimi olim Caroli, fœliciſsimæ recordationis, Archiducis Auſtriæ, nunc verò eiuſdem etiam coniugis Sereniſsimæ, ac filiorum, Protophyſico digniſsimo, qui tum noſtro quodam fato ex aula patriam viſitarat, atq; Excell. D. Thoma Croſino, *Bonportus.* Bonporto vocato, mihi ſumma neceſsitudine, ac ſingulari amore coniuncto, & de hac ciuitate his luctuoſis temporibus optimè meritò, mecumq; *Roboretus.* Octauiano Roboreto omnium minimo, viſis non

paucis.

paucis huiuſmodi ægrotis iam ſupra nominatis ſymptomatibus laborantibus, habitaq; ſingulorum diligenti, maturaq; examinatione, communi omnium conſenſu concluſum, ac determinatum fuit, vt qua maiori poterit breuitate, & peſpicuitate deinceps dicetur.

¶De nomine, ac definitione huius vagantis febris. Cap. II.

Iſtorum omnium accidẽtium fons eſt feb.

INSTITVTVM igitur propoſitũ aggredientes; Suppoſito in primis tanquam certiſsimo fundamento, tot, tanquam varia cuiuſq; ferè generis ſymptomata, ex vnica huiuſmodi febris eſſentia, tanquam ex pernitioſo fonte ſcaturire; hanc febrem quòad nomen in primis attinet [quandoquidem, vt 6. de decretis Hip. & Plat. nos monuit Gal. eius notio primũ habenda venit] cum eodem Gal. com. 1. in 6. de vulg. morbis tex. 29. ſiue ob ſimilitudinem cum maculis à procella inductis, ſiue à guttis ſanguinis corpori inſperſis, ſiue à tuberculis in cute effloreſcentibus, Pemphingodem, latinè verò peticularem, vel etiam lenticularem cũ doctiſsimo Hieronymo Fracaſtorio lib. 2. de contagioſis morbis ca. 6. & Clariſsimo Iulio Ale-

Pemphingodes feb.

Alexandrino in ſuarum annotationum ad Gal. libros, volumine, appellare poſſumus: quamquam verè non omnibus, ſed prauis tantum, ac malignis peticulis, quæ febris verè peſtilentis propriæ ſunt, hæc denominatio conueniat. Cum eodem prætereà Gal. loco paulo ante citato febrem rubrá, tum à cauſa quæ magna ex parte ſanguis eſt, vt clarius deinde patebit; tum à rubris vt plurimum peticulis illi ſuperuenientibus, non inconcinnè nominare poſſumus. Verum quoniam de nominibus, vt pleriſq; in locis potiſsimum autem lib. 2. de diff. feb. & 2. de decretis Hip. & Plat. nec non 7. meth. & 3. meth. atq; alibi nobis teſtatum reliquit Gal. dummodo res ipſa ſignificata innoteſcat, non admodũ magna nobis gerenda eſt cura; propterea hac diligentiori omiſſa ſpeculatione ad rem ipſam definitione, [quod hic definitiuus ordo ex triplici à Gal. in principio artis medicinalis allato, & breuitati, & clariori doctrinæ magis ſit accommodatus.] inueſtigandam, ſermonem iam conuertamus.

Cũ propriè illud nomen conueniat.

Febr. rubra.

De nominibus non eſt multum curandum.

Definitiuus ordo cur hic ſeruandus.

Quantum igitur ad prænominatæ febris eſſentiam pertinet; vt ex ſymptomatibus iam relatis eam concomitantibus, & alijs annexis indagare potuimus, hac eam oratione ſic circumſcribi, definiri, ac explicari poſſe ſatis commodè exiſtimamus, vt Febris pemphingodes ſit febris putrida, acuta,

Definitio huius febr.

vt

vt plurimum ſynocha, licet interdum & bilioſa, maligna quidem, ſeu, vt Medici vocant, mali moris, & contagioſa, non tamen peſtis, ſiue verè peſtilens. Pendens ex putredine venenoſa, primo quidem ichoris ipſius ſanguinis, interdum etiam, temporis potiſsimum progreſſu, ipſius met ſanguinis, ēt ſub propria forma; modo quidē in venis circa meſentereum, & concauā iecoris partem, vt plurimum tamen in venis maioribus; & ſæpiſsime etiā materiæ catharalis in pectore, aeris præcipuè ipſius adſtringentis, & alicuius cœleſtis influentiæ concurſu, putreſcentis.

Forma.

Cā efficiens.

Focus putredinis.

Hanc verò eſſe huius febris perfectam, omnibusq; numeris in ſuo genere abſolutam definitionem, vt quæ omnia ferè cauſarum genera ni ſeſe contineat, ex eius explicatione facilius, ac plenius innoteſcet.

¶Definitionis huius febris traditæ explicatio vniuerſalis. Cap. III.

Vt verò id clarius, ac manifeſtius oſtendatur circa bonæ, perfectæque definitionis naturam paululum eſt digrediendum. Namque non omnium rerum eadem

eſt

Non eodem modo res omnes definiuntur. eſt definiendi ratio, ſed planè diuerſa, prout rerũ quoque eſſentiæ plurimũ inter ſe differunt. Cum enim definitio nil ſit aliud, quam quidditatem rei per eſſentialia, quibus conſtat, prædicata, notificans oratio, faciatq́; nos ipſius definiti eſſentiam ſcire, explanatamq́; habere; prout erit rei eſſentia, talis quoq; erit eius definitio. Cumq́; ſcire ſit rem per cauſas cognoſcere, vt primo poſteriorũ in principio docet phyloſophus, propterea definitio, vt id præſtare poſsit, has conditiones iure optimo habere debet. Prima vt definitam eſſentiam, ſeu vt phyloſophi loquũtur, quidditatem explicet per eſſentialia prædicata, ſeu partes, genus nimirum, & differentiam tanquam cauſas reſpectuque definiti, notiora, dari debet. Cum verò quæ definiuntur res, quoad noſtrum iam propoſitum attinet, ſub duplici genere contineantur, ſubſtantiæ nimirum, vel accidentis, atq; hę ſummopere inter ſe differãt, earum quoque definitiones differre neceſſe erit.

Definitio qd. *Scire qd ſit.* *Definitionis optimæ conditiones. Prima.*

Definit. ſubſtantiæ, & accidentis q̃uo differãt. Cum enim ſubſtantia ſit per ſe ens perfectũ, à nulloq́; alio, vt ſic, independens, fit, vt quæcunque ad eius pertinent perfectionem ſub eodem genere ſubſtantiæ contineantur. Non ſic autem ſe habet ipſum accidens, quod ens quoddam eſt imperfectum, ac minimè per ſe ſubſiſtens, ſed alteri, ſubſtãtiæ nimirum, tanquam ſubiecto inhærens. Hinc

fit

ſit etiam, vt ſubſtantia ſola ſimpliciter, hoc eſt, per propria attributa, genus nimirum, & differentiam, ſub eodem ſummo cum definito genere, ſeu prædicamento contenta, definiri poſsit. Accidentia verò non item; cum enim in eſſe ſuo à ſubiecto, ſine quo ſubſiſtere non poſſunt, eſſentialiter dependeant, ſit, vt, non niſi in ordine, & reſpectu ad illud, [quod per additamentum alterius rei extra propriũ definiti genus definiri vocat Auer.] eius eſſentia definitione explicari poſsit. Secunda bonæ definitionis conditio eſt, vt per illam omnium ſenſibilium accidentium, quæ in definito apparent cauſæ facilè aſsignari poſsint. Tertia cõditio eſt, vt quęcunque circa definiti eſſentiam oriri poſſunt dubitationes, ex data definitione cõmode diſſoluantur. *Sola ſubſtantia ſin praeter definitur* *Secunda.* *Tertia cõd.*

Cum igitur quod definiti nomen quodãmodo confusè in ſe continet, id definitio bona diſtinctè, ac clarè nobis declarare debeat, vt primo Phyſ. capit. 5. dicit phyloſophus; atq; conſequenter definitio ipſa definiti ſit in ſuas cauſas, vel partes eſſentiales diſtributi, quædam veluti explicatio; vt totum, eſſentiale maximè, multiplex eſt, ita quoque multiplex erit & diuiſio, & definitio: Cum non in alia, nec per alia, quàm per ea, ex quibus conſtat, rectè quidq̃ diuidi, & conſequẽter definiri poſsit. Totum verò eſſentiale [vt magnitudinis totũ, ſiue *Munus bonæ defin.* *Totũ eſſentiale*

compoſitum ex integrãtibus partibus; ſiuè homogeneæ, ſiuè illæ hæteregeneæ ſint, omittamus, quod partiri potius; quam diuidi rectius dicatur, & ex quo non vera eſſentialis definitio, ſed tantum circumſcriptio haberi poteſt] duplex eſt, phyſicum nempè, & metaphyſicum. Duplex igitur omnino etiam erit verę, ac proprię eſſentialis diuiſionis genus. Altera enim huiuſmodi diuiſio erit, qua totũ phyſicum ex materia nimirum, & forma conſtans, in eaſdẽ diſtribuitur, diuiſioq; phyſica appellatur. Altera verò erit metaphyſica, qua nimirum compoſitum metaphyſicum ex ſuperioribus, & inferioribus ſui prædicamenti gradibus conſtitutum, in eoſdem, genus ſcilicet, & differentiam; partes ſola imaginatione eſſentiam rei componentes, diuiditur. Quæ diuiſio ideo forſan metaphyſica, & ſecũdum imaginationem à phyloſophis nominatur, quia licet genus, & differentia, ſint entitates, ſeu eſſentiæ quædam realiter inter ſe diſtinctæ, [quis enim hoc negare audebit?] non propterea tamen re ipſa, vt materia, & forma, ab inuicem ſeparari poſſunt; ſed id tantum imaginatione ſola. vnum abſq; alio, tanquam diuerſum quid concipiente, fieri contingit. Modò ſubſtantia ea ſola eſt, quæ diuiſione phyſica, atq; etiam metaphyſica diuidi poteſt; Accidens verò metaphyſicam ſolummodo

Duplex diuiſionis genus.

Phyſica.

Metaphyſica.

Cur diuiſio metaphyſicè dicatur.

Subſtantia ſola vtraque diuiſione diuiditur.

do

do patitur diuiſionem. Namq; ſubſtantia ſola eſt, quæ, cum ens ſit perfectum, & ex ſubſtantijs pariter, materia nimirum & forma, phyſica compoſitione conſtet, in eaſdem quoque tanquam partes eſſentiales partiri poteſt. Accidens verò cum in ſui eſſentia nihil aliud, quàm gradus illos metaphyſicos ſuperiores, & inferiores, ſeu generis, & differentiæ includat, propterea etiam in illos tantum diuidi valet. Subſtantiam verò, cui tanquam proprio ſubiecto inhæret, veluti quid ſuo generi quidē extrinſecum, ſed ad quod naturalem habet inclinationem, ac dependentiam, includit, ſeu potius connotat. Ex his itaque colligitur, quòd cum definitio, pari quodam paſſu cum eſſentiali diuiſione progrediatur, iure quoq; optimo fit, vt qualis cuique rei competit diuiſio, talis etiam conueniat definitio; ac conſequenter ſubſtantia, ſicut diuidi, ita etiam, tàm ſcilicet phyſicè ex materia, & forma; quàm metaphyſicè ex genere, & differentia; Accidens verò metaphyſicè tantum, ex genere nimirū, & differentia, definiri poſsit. Illud ſolummodo inter ſubſtantiæ, & accidentis definitiuorum metaphyſicas videtur eſſe diſcriminis, quòd differentia in definitione ſubſtantiæ ſit eiuſdem, [ſubſtantiæ nimirum] cum ſuo genere, prædicamenti; Differentia verò in definitione accidentis, alterius ſit, ge-

Accidens metaphyſic. tantum compoſit habet.

Subſtantia vtroq; modo definiri pōt.

Accidens metaph. tantum definit.

Differentia inter defin. ſub & accidentis.

neris, ſubſtantiæ videlicet atque a proprio acciden-
tis prędicamento, diuerſi; hinc ſequitur, vt tanq̃
quid extrinſecum, in definitione accidentis, ſubie-
Subiectum accidenti tribuit diff. ctum proprium, licet non exiguam habeat differen
tiæ rationem, in obliquo ponatur: ſecus ac in de-
finitione ſubſtantię, in qua cum eius omnes partes
Subiectũ de accid in obl. prædicat. eiuſdem cum definito ſint prædicamẽti, propterea
de illo in recto etiam prædicantur. Et ideò, ſicuti
in definitione ſubſtantiæ metaphyſica, genus pro-
ximum, locum materię obtinet, differentia verò
locum formæ. vt 7. metaph. tex. 42. dicitur; ſic è
contra in definitione accidentis ſubiectum, cui in-
Forma ĩ dif. accidẽtis eſt loco generis hæret, ac in obliquo ponitur, eſt quaſi differentia,
vt diximus; forma verò, quæ in recto dicitur eſt
quaſi genus, quòd perinde eſt, ac ſi formam habe-
re rationem generis; ſubiectum verò, ſicut & effi-
ciens, habere rationem differentiæ in accidentis
definitione, dicamus. Vt propterea compoſitio
omnis, quam ipſa definitio explicat, aut ex mate-
Quas compoſitiões explicet defin. ria, & forma; aut ex rebus, genere nimirum, & dif-
ferentia, materiæ, ac formæ ſimilibus, conſtet; vt
teſtatur quoque Auer. Cum igitur optima meta-
phyſica definitio, ad hoc, vt definiti eſſentiam, &
cauſas explicet, ex immediato genere, vltimaq́;, ac
propria differentia conſtare debeat, quanam via,
ac ratione duæ hæ particulæ ſint inueſtigandæ, erit

deinde

deinde paucis explicandum.

Duas huiuſmodi vias, ex diuini Platonis ſententia. 2. poſt. tex. 14. & primo topic. 14. nobis tradidit Ariſtotiles: Vnam quidem per communium, ac ſuperiorum generum, per proprias eiuſdem generis, eſſentialesq; differentias, diuiſionem, donec ad vltimam, quæ reciprocam cum definito faciat orationem, deueniatur. Quod ſi vnica aſſumpta differentia id præſtare non poſsit [rarò ſiquidem exquiſitæ, ac propriç, eſſentialesq; rerum differentiæ haberi poſſunt,] plures tamen, quæ alioquin ſeparatim multis eſſent communes, cõiunctę ſimul, propriç efficiuntur, vt 7. metaph. docet phyloſophus, quod Auer. quoq;, cùm prædicatorum collectionem propriç differentię vim habere teſtatur, aperrè videtur confirmare. *Duplici via inueſtigari poteſt def.* *Prior ē per diuiſionem.* *Prædicatorũ collectio vim obtinet differentiæ.*

Altera definitionis particulas indagandi via eſt, per collectionem, ſiue ſimilium conſiderationem; quo pacto logici quoque, vniuerſalia prædicabilia, per rei illius, quæ eſt communis multis, ope intellectus factam abſtractionem, ſecundum quam deinde, vel plura indiuidua ſub eadem ſpecie, vel plures ſpecies ſub eodem genere collocantur, fieri docent. *Poſterior via per collectionem.*

Huiuſmodi verò duę vię, ſi inuicem conferãtur, poſterior, quamuis ſit inuentionis ordini accommodatior, *Collatio illarum viarum inter ſe.*

modatior, ſiquidem.2.poſt.15.facilius eſſe minus vniuerſalia, quàm magis vniuerſalia definire, docet phyloſophus, ideoq; à minus vniuerſalibus, tanquam à notioribus nobis, ad magis vniuerſalia, notiora naturæ, eſſe progrediendum; Prior tamen methodus, & exactior, & naturæ ordini, qui à ſimplicioribus ad magis compoſita progreditur, perfectęq; diſciplinę multo magis eſt accommodata. Quomodo igitur ex cauſis internis definiti cōſtruenda, indagandaq; ſit ipſa definitio, ſatis iam, pro inſtituti noſtri ratione, ſuperq; eſt explicatum.

Cauſæ externæ etiam ab ſolutam def. ingrediūtur.

Quoniam verò ad perfectam rerum eſſentiam conſtituendam, præter internas iam explicatas cauſas, materiam, ſcilicet, & formam, vel earum loco aliquid aliud; cauſæ etiam externæ, efficiens nimirum, ac finis, ex phyloſopho. 3. phyſic. neceſſariò concurrunt; ideò de perfecta definitionis eſſentia, vt has quoq; cauſas in ſe contineat, eſſe iure videtur. Ac de efficiente quidem cauſa, cum, quòd ab ea non fiat, nihil fit, nulla etiam apud Medicos eſt dubitatio; ſed de cauſa finali non nihil difficultatis eſſe videtur. Non deſunt enim viri alioqui clariſsimi, qui rebus præter naturam nullam verè finalē cauſam aſsignari poſſe contendunt; ad quod ſtabiliendum, hac præcipuè ducuntur ratione; Finis inquiunt, ex Ariſtotile. 2. phyſic. tex. 23. ſem

An res præter naturam cauſam habeāt finalē.

per

per habet rationem boni, apparentem ſaltē; nihil enim ad agendum quidquā impelli poſſe videtur, niſi boni alicuius, vel certè ſub ratione boni conſequendi ſpe ducatur. Deum enim, & naturam, hoc eſt, vt phyloſophi interpretantur, agentia naturalia, nihil fruſtra agere, aſſerere, quid aliud eſt, quàm ea, non niſi alicuius conſequendi finis intentione, ad agendum incitari? vt propterea etiam finis efficienti cauſæ, tanquàm potentiæ obiectum, vt primo met. confirmat quoque Auer. opponatur. Modo ſi res præter naturam hoc ex propria ratione habent, à naturalibusq́;, ac non naturalibus, in Medicorum ſcholis vocatis, diſtinguantur, vt ſemper lædant, corporiq́, noſtro nunquam aliquam noxam non inferant, quis eas boni aliquid continere poſſe affirmabit? Ex oppoſita tamen parte, quis nunquam rectè phyloſophatus animo cōprehendere poterit, agens vllum, naturale potiſsimū, quod ab intelligentia non errante dirrigi dicitur, abſq; aliqua boni aliquid conſequendi ſpe ad agendum poſſe impelli? Difficultatem hanc hūc in modum determinandam eſſe cenſemus; quod quemadmodum generatio, & corruptio à parte rei, vna, & eadem eſt tranſmutatio, ratione ſola terminorū à quo, & ad quem inter ſe differens, cum generatio vnius ſit corruptio alterius; ita vt eadem mutatio,

Deus & natura nihil agunt fruſtra.

Res præter naturā quomodo ab alijs diſting.

Solutio difficultatis.

Generatio à corrupt. quō differunt.

tio, reſpectu paſsi, ſeu totius [vt actiones enim, ita & paſsiones ſuppoſitorum eſſe, phyloſophi affirmant] cuius forma corrumpitur, dicatur corruptio; formæ verò nouę, quæ ab agente in paſſum, illud ſibi aſsimilare conante, introducitur, reſpectu; eadem mutatio, generatio appellatur. Ideo fit. quòd ſi hæc mutatio reſpectu formę corruptæ, vel ſaltem corrumpendę, conſideretur, ſic nullam rationem boni habere poterit; ſi ad nouam formã tamen, & ipſius agentis intentionem referatur, quòd boni, & conſequenter finis habere poſsit rationem, non eſt quòd quidquam dubitemus.

Quo corrup. poſſit habere rõnem boni.

Expedit enim totius vniuerſi pulchritudini, vt aſsidua ſit omnium rerum inter ſeſe viciſsitudo, ob quam etiam cuique rei à natura inditum eſſe videtur, vt non ſolum ſe tueri, ſed etiam multiplicare conetur. Eodem modo res præter naturam dum in corpora noſtra, ea variè alterando, & corrumpendo agunt, dupliciter poſſunt conſiderari. Vno quidem modo ipſius hominis patientis reſpectu, quo pacto tantum abeſt, vt vnquam per ſe [niſi forſan per accidens aliquando, & alterius morbi reſpectu, aliter eueniat, vt de febre conuulſioni ex repletione ſuperueniente, in aph. docet Hip. & de quartana febre nonnunquam, ab ea ſcilicet varios morbos fuiſſe curatos, obſeruatum eſt] rationẽ boni

Rerum viciſſitudo eſt de ratione vniuerſi.

Rerũ præter naturam ſecunda cõſid.

Morb' aliqs per accidens poteſt habere rationem boni.

boni habere poſsit, vt potius ſemper, lædendo, habeant rationem mali: Altero verò modo propriè, & ſui ipſius reſpectu, poſſunt res præter naturam conſiderari; quo quidem pacto, cum ſibi aſsimilare paſſum intentent, ſeſeq; propagare, [qua ratione etiam totius vniuerſi ordinationi correſpondet] ſic & boni alicuius, & conſequenter finis ſubire poterunt rationem. Cumq; ad agens potiſsimũ, non autem ad paſſum, referri debeat ipſa tranſmutatio, ab eodem quoq; debebit finis denominationem ſortiri. Habebunt igitur & res præter naturam, etiam finalem cauſam, nec omnino fruſtrà agere dicendæ erunt. Quãnam ergo rationem fuiſſe exiſtimabimus, quæ præſtantiſsimos illos viros, eò deducere potuerit, vt hiſce præter naturam rebus finalem cauſam denegarent? Nulla profectò, meo iudicio, eſſe potuit, niſi hæc; quòd cum hic finis nullam nobis prębeat in medendo vtilitatem, nullamq; niſi admodum genericam, [quatenus nimirum eſt præter naturam, indicat tantum ſui remotionem, quo verò id perficiendum ſit modo, non demonſtrat] ſuppeditet indicationem; propterea Medici, qui vtilia tantummodo ad curationem conſiderant, huiuſmodi finalem cauſam, ac ſi nullam prorſus haberent, contemnunt.

Cur Med. finalem cauſam contemnunt.

His igitur ita in vniuerſum, de ipſa definitione

C prę-

præmiſsis, ad rem noſtram redeuntes, vniuerſaleq́; hunc ſermonem inſtituto noſtro magis particulari applicantes, facilè iam definitionem allatam, conuenientem, ac in ſuo genere perfectam eſſe, erit demonſtrare.

¶Quod huius febris definitio benè ſit aſsignata, & de eius ſubiecto, vt febris eſt. Cap. IIII.

CVM enim eius definitum, Febris nimirum, accidens quoddam ſit, definitione quoq; accidentis, ex genere ſcilicet, & differētia, [vt ex Ariſt. li. 4. phyſic. tit. 3 1. dictum fuit] conſtante, debuit definiri. Quoniam verò quæcunq; ad Medicum pertinet conſiderare, triplici in vniuerſum rerum genere, naturalium. ſ. non naturalium, ac præter naturam demum, comprehenduntur: Febris, vt cuiq́; patet, ex iis eſt, quæ præter naturam appellantur. Horumq́; cum alia ſint morbi, alia cauſæ, alia ſymptomata, febris pariter cum immediatè lædat ſenſibiliter operationes, ſub genere morbi erit conſtituenda. Cum præterea morborū varia ſint genera; alij enim ſint in partiū ſimilarium intemperie, eaq́; ſimplici, vel calida, vel frigida, vel humida, vel ſicca; vel ex pluribus conflata;

Ad Medic. ſpectātia entia ſunt triplicita.

Rerum præter naturam tria genera.

Morbor. triū genera.

ta; & ea quidem, aut cum materia copulata, aut ab ea ſeiuncta; Alij verò ſint in partium diſsimilariũ, atq; organicarũ, eaq́; multipliciter vitiata commenſuratione; alij demum morbi ſint in ſoluta vnitate, partibus vtriſq́; communes; febris igitur cum ſit non modo morbus in intemperiè, calida quidem ſemper, aliquando etiam ſicca; nec vnius tantum partis, ſed totius, atq; vniuerſi corporis, à corde tamen dependens, ad aliarum partium ſimilariũ intemperiei differentiam; atq; iſta omnia ſub hoc nomine, Febris, comprehendantur; quod quidem, vt infimum, ac proximum genus, reliqua omnia ſuperiora, ſibi inuicem ſub ordinata, in ſe continet; nè immenſa fieret, ſi ſingula annecterentur, definitionis oratio, cęteris ſuperioribus omiſsis, hoc tanquam immediatum genus, de quo ſuperiora quoq; omnia eſſentialiter prædicantur, ex Ariſtotelis prę- *Genus prox. in hac def.*
çepto, accepimus; particulamq; illam, Febris, tanquam proximum genus collocauimus. Per quam quidem definitum hoc noſtrum, tot malorum cauſa, atq; origo, ab alijs omnibus ſupranominatis, atq; à febre diuerſis rebus, diſtinguitur; ſub proprioq́;, morbi in intemperie iam prænominata genere conſtituitur. Atque hæc quædam veluti forma, ſaltem generica, huius definiti erit. Reliqua verò in definitione poſita, cauſas alias concernen-

Quō in defi. ſ.b ſubiectū contineatur. tia, differentię locum obtinebunt. Cum autem non infima accidentis differentia à proprio ſubiecto, cui inhæret, deſumatur; hoc quoq; potentia, atque virtute ſaltem, ab eadem, Febris, particula nobis inſinuatur. Si enim verū eſt, vt omnes abſq; vlla controuerſia admittunt, quòd Febris, vt ab Auic. proprio loco definitur, ſit calor præter naturam accenſus in corde, & inde per venas, atq; arterias vnà cùm ſanguine, & ſpiritibus in vniuerſum corpus diffuſus, eius ſenſibiliter lædens operationes; & pariter vera ſit, vt veriſsima profectò eſt, illa Ariſtotel. in prædicamētis vocatis, regula, quòd quæcunq; de ſuperioribus, generibus nempè, prædicantur, de inferioribus quoq;, & ei ſubiectis ſpeciebus dici poſsint; Verū quoq; erit aſſerere, morbum hunc, quatenus febris eſt, vniuerſum corpus, potiſsimum verò ipſum cor, ſecundum ſimilares partes, tanquàm proprium ſubiectum habere: ita tamen, vt calor hic in toto, tanquam adęquato ſubiecto accenſus, à corde velut à præcipuo fonte, emanet. Cùm præterea febris, vt calor eſt, ſit qualitas; corpus verò, vel cor, eius ſubiectum, ſit ſubſtantia, propterea, vt ex antedictis facilè apparet, iure factum eſt, vt in ſupracitata febris definitione, ſubiectum hoc, corde, ſiue in corpus in obliquo; non autem in recto, vt corpus, vel cor, fuerit poſitum,

Febr. defin. ab Auicen. tradita.

Quæcunque de ſuperioribus dicūtur, de inferioribus quoque prædicatur.

Cal. febr. in toto à corde dependet.

Subiect fēb. in obliquo ponitur.

ſitum; Cùm ea tantummodò in recto, in definitione poni debere, ex Ariſt. dixerimus quæ nõ modò eſſentialia ſunt definito, ſed etiam, eiuſdem cũ illo generis, ſiue prædicamenti. Sed antequam vlterius progrediamur, pro maiori iam dictorum intelligentia, hic illud ad notandum occurrit, quòd quamuis & cor, & vniuerſum corpus, huius caloris febrilis ſubiectum ſtatuerimus, id tamen diuerſa admodum ratione fieri, erit accipiendum. In toto enim corpore calor hic febrilis, ex corde accenſus, ſemper morbus eſt, naturales facultates eſſentialiter lædens; In corde verò, quamuis ſemper, tanquam in fonte, ac cauſa caloris totius adaucti, præcedat; non tamen verè ſemper eſt morbus. Declaro. Totius corporis naturales facultates in febre propter intemperiem calidiorem, illi à corde communicatam, vitiari, non eſt quòd dubitemus, ob quã ſcilicet proprium partium temperamentum, ſeu ſingulis particulas implantatus calor, proprium, ac immediatum naturalium facultatum inſtrumentum, in igneam quodammodò naturam accenditur. Hoc verò intemperiei calidę incrementum, ex calore cum ſpiritu vitali aſſiduò à corde, in omnes particulas, pro innati calidi conſeruatione, influente, implantatus idem calor conſequitur; Hic verò influens calor, tanquam in fodina quadam, in

Totũ & cor qũo diuerſa rõe ſint feb. ſubiectum.

In toto cal. febr. ſemper eſt morbus.

Non in omni feb. calor cor. eſt mor.

Cã leſionis operationũ totius in feb.

Vnde calor feb. in toto accendatur.

ipſo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMA.

Cal. influens in corde generatur. ipſo corde, vna cum ſpiritu vitali generatur: Probus quidem, atq; ſecundum naturam conueniēter ſe habens, quando cor pariter eſt naturaliter conſtitutum; *Vitioſus cal. influens in corde quō generetur.* Vitiatus verò, propter læſam eam cordis coctionem, qua cum ſpiritu vitali, talem quoque influentem calorem, producit, Qui quidem calor, ita præter naturam auctior, & conſequēter mordacior effectus, quid mirum, ſi [quemadmodū de epilepſia ab aura maligna, cerebri expultricem *Motus conuulſiui in epilepſia unde.* ideo vehemēter excitante, memoriæ prodidit Gal. vt in toto corpore illos cōuulſiuos motus efficiat;] Eodem modo cordis facultas expultrix, irritamento illo excitata ad valide noxam expellendam, con- *Pulſus quō in feb. alleg.* citatiori etiam, atq; frequentiori motus nixu, inſurgat, pulſumq́; ipſum, & crebriorem, atq; etiam velociorem efficiat? Dupliciter porrò hæc cordis coctio, & conſequenter caloris huius influentis gene- *Cordis coctio 2. vitiatur.* ratio vitiari poteſt, vt ex Gal. de ſympt. cauſis c. 1. colligitur. ſ. & ob læſam propriam cordis coctricē facultatem; & ob errorem externum, ſeu obiecti ipſius facultatis, aliquod vitium. Hinc fit, vt non in omnibus febribus eodem ſemper modo hæc actio, ſed diuerſimodè in diuerſis oblædatur. *In oī feb. cor ſine aliquam partem affir.* Namq́; etſi generatim, in omni febre cor, ſecundū aliquam ſui partem, vel ſpiritus nempè, vel humores, vel ſolida, afficiatur; In diuerſis tamen febriū

gene-

generibus; diuerſimodè; ſecundum has diuerſas partes, calore hoc eodẽ inficitur. Namq; in ephemera ita calor in corde accenditur, vt primò cordis ſpiritus ſint affecti, & in calefacto eſſe; reliquę verò eius partes, ſecundariò, & in calefieri tantum, tales exiſtant. In putridis verò febr. primo ſint humores in calefacto eſſe, reliqua deinde ſpiritus. ſ. & ſolida, in calefieri tantum. In hectica demum ſolidę tantum partes ſint in calefacto eſſe, atq; primario, reliqua verò ſolummodo in calefieri. Vnde cum de rõne morbi eſſe videat̃, vt docet Gal. 2. meth. 3. non modo, vt diſpoſitio præter naturam ſit, ſed etiam, vt permanens, ac quodammodo in facto eſſe, ad differentiam pathos, & caloris ab ira accenſi, exiſtat. Et vt prætereà etiam hoc peculiare habeat, vt eo modo, in ſubiecto viuente ſolum, propriam ſedem obtineat, cuiuſmodi in noſtro corpore ſunt tantummodo partes ipſę ſolidę, verum animę organum, & inſtrumentum, reliquis vſum tantummodo cor ferentibus; iure fit, vt in hectica ſolum, in qua huiuſmodi ſolidę partes in calefacto eſſe conſtituuntur, calor hic febrilis, in corde verè, tanquam morbus reperiatur; & conſequenter in hectica tantum calor ille influens vitioſus, propter eſſentialem, ex morbo, facultatis læſionem, generetur. In alijs verò feb. generibus, Ephemera nimirum,

In diuerſis feb generib. ſcd̃m diuerſas ſui pt̃es cor aff.

De ratione morbi eſt vt ſit permanẽs diſpoſitio.

In hectica feb. ſolũ cor morbo detinetur.

mirum, ac putrida, cor haud quaquam morbo laborat; cum ſecundum ſpiritus tantum, vel humores in calefacto eſſe, hoc, præter naturam, calore detineatur; ab eo tamen in reliquo corpore verè calor hic, vt morbus eſt, & in calefacto eſſe imprimitur; quoniam cor tunc etiam quamuis morbo nō laboret, propter errorem tamen externū [cuius rationem calor ille, ſiue in ſpiritibus, ſiue humoribus cordis primo acceſſus habere videtur.] calidiorem ſpiritum influentem generat, atq; illum in vniuerſum poſtmodū corpus, ex quo in eo deinde morbus conſimiliter calidus inducit, influit. Sed quænam eſt huius diuerſitatis ratio, quòd calor hic adauctus in ſpiritu influēte poſsit in toto verè morbum producere; in corde verò, à quo tamen, vt à fonte emanat, morbum haud quaquam efficiat, nec in omni febre, ſed hectica tantum, cordis partibus ſolidis infigatur? Cur ab vna, vel ab alia cauſa, feb. vel ephemera, vel putrida, aut hectica producatur, id multis quidem; vt cauſæ, agentisvè, & efficaciæ, nec nō, cuidam ad hoc magis, quàm illud, propriæ analogiæ, potiſsimum verò ipſius paſsi diſpoſitioni, ad alterationem facilius, vel difficilius ſuſcipiendam, acceptum referri debet. Cur verò, ſolida cordis, non ita facilè à qualibet cauſa, ſicut in reliquo corpore, afficiantur; id meo judicio nil aliud,

In Ephe. & putrida feb. cor morbo non laborat.

Ratio ſuperiorum dict.

Cur varia febris in nobis oriantur.

Cardis ſolida q̄ totius difficil. affic.

aliud, quàm ipſius cordis nobilitas, atq; præſtantia, in cauſa eſſe poteſt: propter quam, cum ſit vitæ fons, atq; eius vel leuis noxa maximum toti corpori afferre poſsit detrimentum, illud validioribus facultatibus dotauit ſapientiſsima natura; vt ideò fieri poſsit, quòd putridus vapor calefaciens, licét ad çor primùm ſit delatus, & inde in totum à robuſta facultate expulſus, maiorem tamen in toto valeat imprimere caliditatem, quàm in corde; Cum cor facilius contrarijs reſiſtat. Si tamen calidę cauſæ affluxus ad cor diu perſeueraret, ipſius etiam ſolidis, in calidiori potiſsimum, & ſicciori cordis tẽperamento, morboſa caliditas tandem infigetur, atq; ſic deinceps hectica febris ſubſequetur. *In quibus aliæ feb. in hecticam facile mutentur.*

Ex his etiam colligitur quod, cum cor in feb. principaliter, ac primò cal. febrili affici dicimus, non eſt ita hoc intelligendum, quòd in omni febre ſemper prius calor in ipſo corde, quã in alijs partibus accendat. Namq; hoc, vt plurimum, potiſsimum in putridis febribus, in quibus non modo in venis remotis à corde ſæpè, ſed ſæpiſsimè etiam extra ipſas venas putreſcunt in varijs partibus humores, falſum eſſet; ſed id tantum diſtributionis in vniuerſum corpus reſpectu, eſt intelligendum, cum nullus calor, quocunque modo in corpore accenſus, nec in totum æquabiliter diſtribui, nec verè *Quo calor febrilis ĩ corde primum accendi dicatur.*

febris antè dici poſsit, quàm cordi prius, indè verò vniuerſo corpori fuerit communicatus, atque diffuſus.

Alia vtilis dubitat. circa ſubiectū feb.

Sed hoc loco alia non leuis inſurgit dubitatio, eaq́; non contemnenda; quam quidem, cum à nullo propoſitam viderim, eamq́; recipiat ſolutionē, ex qua ſuperius quoque, de ſubiecto febris, explicata, reddentur multò clariora, idcirco his ſubiungere nequaquam à re noſtra mihi viſum eſt alienū.

Cur cor, & nō iecur feb. ſub ectū ſtatuatur.

Ea autem eſt, cur cor ipſum, non autem iecur, huius caloris febrilis, etſi non ſemper vt morbus eſt, ſaltem ſemper vt cauſa eſt in toto morbi, principale ſubiectum, cum Auic. loc. cit. ſtatuerimus. Id enim non leuem dubitandi occaſionem prębet, quòd cum, vt deinde dicetur ſuo loco, humorum

Rō dubitādī

ebullicio, præcipua putridarum febrium cauſa, in ipſis venis, ſaltem in continuis febribus, fieri ſtatuatur, atque à venis remotioribus, verſus principium ſuum, hepar nimirum, ampliando procedatur, vt propterea etiam facillimè, ex putreſcente fomite [quando potiſsimum is circa meſenterij venas, vel concauam iecoris partem, continetur;] ad ipſum hepar aduſti vapores peruenire poſsint; atq́; inde poſtmodum, cum ſanguine, & naturali ſpiritu in vniuerſum corpus, pariter, ac à corde dicitur, diffundi; quænam, inquam, eſt ratio cur

Hepati videtur facilius calor in feb. cōica. poſſe.

magis

magis cor, quàm hepar, huiuſmodi caloris febrilis, quomodocunque accipiatur, ſubiectum ſtatuatur? Præcipuè verò, cùm, non cum Ariſtotile, ſed cum Galeno, alijsq; Medicis tenere debeamus, ſicuti neruorum principium eſt cerebrum; & arteriarum cor; ita venarum quoq; ipſum hepar; quēadmodū clariſsimè in arte medicinali nobis teſtatum reliquit idem Galenus? Accedit etiam, quòd hoc peculiare habere videtur febrilis calor, vt in definitione febris data, idem inſinuat Auic. vt naturales in toto corpore facultates, & conſequēter earum actiones lædat; quis enim febricitantium corpora non benè nutriri, & conſequenter nō modo non augeri, ſed planè emaciari, virium robur langueſcere, atq; decolorata reddi; lotium præterea ipſum à naturali ſtatu immutari, non clariſsimè videt? quorum quidem omnium cauſa affecto potius iecori, tanquam naturalis facultatis principio, quàm cordi, aſcribi poterit, vt iure in feb. totius facultates naturales lædi, dixerit Auic. de vitalibus verò, nè verbum quidē fecerit. Aut igitur, ſi primò cor afficitur, concedere debemus, putredinē prius in ipſis arterijs concipi, atque indè cordi primùm, deinceps verò ab illo toti corpori facilius communicari; quòd tamen rationi haud quaquam videtur ita conſentaneum; cum arterialis ſanguis, & ſpiri-

Hepar non cor eſt venarū principium.

Febr. quas actiones propriā lædat.

Nālis facultates lædi.

In febre facultates naturales potiſſimum lædi.

rus ſint inter humores, veluti aer, & ignis inter elementa, quæ difficillimè putreſcere docet Ariſtot. meteor. 4. & prĕterea etiam cor, vt antea quoque à nobis aſſertum fuit, quibuſq; contrarijs facillimè reſiſtat; vel, ſi putreſcunt humores in venis, prius affici hepar ſtatuendum erit; quo veluti naturalis facultatis principio affecto, affici deinde vniuerſum corpus neceſſe erit. Quamquam enim concedamus, fieri aliquando poſſe, vt iecur prius quàm cor, à vapore aduſto incaleſcere poſsit; ex illo tamē nō propterea ſtatim vniuerſo corpori caliditas cōmunicatur, niſi poſtquam cor ipſum huiuſmodi calore, præter naturam, ſecundum aliquas ſui partes ſaltē, vt antea dictum fuit, affici contigerit; vt verò huius ratio, ſaltem probabilis aliqua habeatur, illud tanquam apud omnes Medicos in cōfeſſo poſitum, eſt admittendum, cor eſſe arteriarum principium, ſicut hepar ipſum venarū, vt, præter multa à Gal. lib. de placitis, Hip. & Platonis tradita, vel anathomes ipſa oculatam nobis fidem facit. Quoniam verò vtrarumq;, hoc eſt, & venarum & arteriarum toti corpori, & ſingulis ferè partibus, æquè propemodum ad vitæ conſeruationem, atq; tutelam, in animalibus eſt opus, cum non ſimplicem illam, ac cum plantis communem, ſed multo perfectiorem vitam viuant animalia, naturaleſq;

Iecore affecto præter naturam calore, nō ideo ſequitur febr.

Cor eſt arteriarum principium.

In toto corpore ferè arteriæ & venæ ſimul incedunt.

ideo operationes perfectiori quodam modo obe-ant, vt propterea non alimenti modo, ſed vitalis quoque caloris, ac ſpiritus copia affluere debeant: idcircò etiam in omnibus natura ſagax iſtiuſmodi vaſa mutua quadam ſocietate ita coniunxit, vt pari quodam gradu in omnes penè corporis partes, pau cis admodum exceptis, incedant. Per venas ſiqui-dem ſanguis craſsior, partium ſolidarum optimū nutrimentum; per arterias verò, ſpirituoſus, ac calidior, pro calore vitali cuiq; parti innato, natu-ralium deinde operationum opifice conſeruando, defertur. *Venarum in corpore uſus*

In viuente præterea animalis corpore, cum ſatis inſignis calor vigeat, ab eo interni meatus, ac viæ ita aperti conſeruantur, vt ab vno vaſe in aliud, fa-cilis pateat acceſſus, & mutua communicatio; vt non immerito omnium vnum eſſe conſenſum, & conſpirationem vnam, Hip. penè diuinus affirma-uerit. Niſi enim hoc ita eſſet, quomodo ex diſru-pta arteria, ſanguine arterioſo effluente, poſſet, per ſectam venam, fieri reuulſio, illiusq; in contrariā partem retractio? quomodo in pleuritide, per den ſiſsimas tum pectoris, tum pulmonum membra-nas, materia illa ſatis interdum craſſa, in pulmo-nes ipſos penetraret? aliaq; propemodum huiuſ-modi infinita euenire poſſent? Cum etiam Auic. *Vaſa in corpore viuente ſibi inuicem cōmunicant.* *Meatus corporis viuentis patentes ſunt.*

in

in febre calorem illum præter naturam cum ſanguine vnà, & ſpiritibus in vniuerſum corpus, per arterias, atque venas deferri aſſerat, quà id ratione fieri poſſet, niſi ab arterijs, à corde exortis in venas ipſas, viæ ſatis amplæ paterent. Modò dubium non eſt, quòd venarum ſanguis, cùm arteriali multo ſit humidior, craſsior, atq; impurior, facilius, ac citius, à putrefactiuis cauſis, putredinem poſsit contrahere, à quocunque tandem fomite, emanãtibus vaporibus inficiatur: Non propterea tamen, [niſi propinquus admodum illi ſit putredinis focus] iecur, quàm cor, prius afficiet. Cum etiam in remotioribus partibus ſanguine putrefacto, fuliginoſus, ac putridus vapor, ex venis ad arterias, ex iam ſuppoſitis, facillimè pertrãſeat, vbi deinde ſanguini ſpirituoſo, ac facilè mobili per miſtus, dilatationis etiam arteriarũ auxilio, citius ad cor, quàm ad hepar, cum ſanguine craſſo per venas, nullo pulſatili motu præditas, perueniet; Idcirco licet primò ſanguis, vel humores in venis computreſcant, caliditas tamen, ad cor prius, quã ad iecur, & inde ad alias partes omnes tandem perueniet. Quòd verò perſeuerante in ipſis venis putredine; qui in arterijs quoq; continet̃ ſanguis, poſſit corrumpi, nullum inde ſequi inconueniens exiſtimamus, cum quòd à putrido tangit̃, putridum quoq;

Venarum ſang. quàm arteriarũ facilius putreſcit.

Cur facilè putridus vapor per arterias ad cor perueniat.

Sang. etiam arterialis poteſt putreſcere, licet difficilius.

quoq; non difficulter fiat; Neq; etiam aerem ipſum omnis prorſus putredinis incapacem eſſe affirmat Ariſtot. 4. meth. ſed ſolummodo illum, quàm terram, vel aquam, dificilius putreſcere aſſerit. Idem de arteriali ſanguine dicendum erit, quamuis enim, facilè incaleſcat, difficulter tamen putre fieri poteſt. Sed nondum ex his difficultatis ſolutio clara apparet, cur. ſ. niſi à corde in totum diffundatur febrilis calor, verè febris appellari non poſſit. Quare ad hoc iam ita reſponderi poſſe iudicamus, quòd illud fiat, quia calor ille, ſingulis partibus inplantatus, ſua temperatura, ac moderatione naturalium operationum auctor, cum aſsiduo, vt antea quoque dictum fuit, ab influente à corde vitali ſpiritu foueatur, ac conſeruetur; non poteſt in toto corpore ſimul, atq; ęquabiliter vnà implantatus vniuerſus vitiari, [quod tamen præſtare, febris, vt vniuerſalis morbus eſt, proprium eſſe uidetur] niſi eius focus, atq; origo, cor nimirum uitietur. Cum enim febris totius ſit paſsio calida præter naturam, à nullo poteſt toti facilius, atque æquabilius eodē tempore impartiri, quàm ab eodem, à quo naturalis quoq; calor, aſsiduò ſubminiſtratur; cuiuſmodi alia in noſtro corpore particula, peræter cor ipſum, non reperitur. Quod doctiſsimus Fernelius innuere quoque videtur, cum

Solutio difficultatis cur niſi a corde fiat febris.

Calor innatus ab influente conſeruatur.

Fernel.

lib.

lib.4.de feb.c.1. in hunc modum ſcripſit, Neque porrò calorem præter naturam, qui vel caput, vel brachium, vel crus ſolum occupat, quia non in omne corpus euadit, neq; ſi ex parte aliqua latè dimanet; ſed neq; ſi ex calidiore iecore pariter cum ſanguine, & halitu prodiens palmas, atq; plantas quaſi exurat, aut ēt quoquo verſum effuſus, omne corpus pręhendere videatur; non enim è corde prodijt: Vnus calor præter naturam, qui è corde per arterias, vnà cum ſpiritu profluit, vniuerſalis eſſe poteſt, vnusq; promptè, ac celeriter in corpus omne diſtribuitur. Solus igitur debet febris appellatione contineri. Et paulo poſt, Itaq; inquit cum febris maximè vniuerſalis morbus oēs vbiq; functiones offendat, debet eius partis affectio cenſeri, quæ eſt omnium conſeruationi, vſuiq; neceſſaria. Soluſq; calor prærer naturam, è corde in omne corpus effuſus, vera febris habetur, & quæ ſequuntur. Hæc Fernelius. Illud quoq; his addi poteſt, eam partem corporis eſſe ſubiectum principale, ac, vt ita dicam, originarium, [nam adæquatum, vt diximus, eſt vniuerſum corpus] ſtatuendam, quæ in omni febris genere primarium locũ habere poteſt. Huiuſmodi autem nulla alia, præter cor, eſſe videtur. In ephemera enim, & hectica, cum nequaquàm in venis putreſcant humores, neq;

Solus ex corde prodiens calor præter naturam febris eſt.

Subiectũ febris duplex.

neq; poterit etiã conſequẽter primò affici iecur,& eo mediante, reliquum corpus; ſed benè hoc fiet, ſi ſtatuamus cor: illud igitur, & non aliud, erit ponendum.

Idem quoq; ex actione, in ipſa febre principaliter læſa, comprobare licet. Communis enim omnibus partibus corporis actio, quæ lędiтur, eſt vitalis, ſeu vita ipſa, animali propria, ac multò, quàm in alijs viuentibus, plantis potiſsimum, perfectior. Vt propterea etiam, pro ſui conſeruatione, vt antea quoq; tactum fuit, & actionibus concinnè obeundis, perfectiorem, maioremq; gradum caloris requirat: Hic verò, quoniam conſumpto radicali, vt vocant, humido, quod eius veluti pabulum eſt, atq; ſubiectum, aſsiduò quòq; diſsipatur, atq; conſumitur in ipſis partibus inſitus, ac quodammodo implantatus; propterea, nè præproperè deficeret, in eius reſtaurationem, atq; conſeruationem, cor ipſum affabrè, tanquàm huius vitalis caloris perennem quandam mineram, fabricata eſt natura, cui id muneris, inter alia, eſt demandatum, vt ex ſanguinis parte tenuiore, aereq; à pulmonibus exhauſto, propria, ac peculiari facultate, vitales ſpiritus, aptum huiuſmodi caloris vehiculum, aſsiduò generaret, atq; continuò, conſtrictionis motu, per vniuerſum corpus, miro naturæ artificio diſpenſaret.

Ex actione læſa idẽ probatur.

Vita in animalibus maiorẽ caloris gradum quã in plantis requirit.

Cordis neceſſitas.

Cum igitur calorem hunc, ſiue ſpiritũ, vt ſuperius quoq; explicatum fuit, vitiari contingit, quamprimum vitalem quoq; facultatem, ab illo in vniuerſo corpore dependentẽ, oblædi, neceſſè erit, & cõſequenter, naturales quoq; facultates vitiari; vt propterea Aetius, Febrem morbum, robur vitale, diſſoluentem, iure appellarit. Si verò præter naturales, & vitales facultates, & actiones, animales quoque, vt imaginatiuam, vel intellectiuam, ſicut in phęrnitide euenit, lædi, ac vitiari contingat, hoc non propria ratione, & per ſe facit febris; nam ſic id omnibus febribus eſſet commune, ſed id præſtat alterius morbi, vt inflammationis ſuperuenientis, interuentu, & per accidens. Optimè igitur conſtitutum fuit, cor, tanquam ea pars, quæ fons eſt, & principium totius vitæ animalis [ad cerebri differentiam, quod vitæ ſenſitiuæ principium conſtituitur;] & quo læſo toti corpori affectio impartitur, non tamen è contra, febris ſubiectum eſſe, vt propterea de his, atque de huius definitionis genere, iam dictum ſit ſatis. Ad alias modò, eiuſdem definitionis particulas explicandas, accedamus.

Aetius quõ febrẽ appel.

Cerebrũ vitæ ſenſitiuæ principium.

Conclusio dẽ ſubiecto feb.

Quę igitur, à nobis in propoſita definitione addita, ſubſequuntur; nempè, putrida, acuta, ſynocha, interdum billioſa, maligna quidem, non tamẽ verè peſtilens, & quæ ſequũtur; variæ huius febris ſunt

Variæ huius feb. differentiæ, & attributa.

ſunt paſsiones, atq; attributa, quæ quidem ſpecificæ differentiæ locum obtinent, vt antea quoq; dictum fuit. Cum enim triplex ſit ſummum febris genus, vt diximus, ephemera. ſ. hectica atq; putrida, horumq; generum variç multiplicesq́; ſpecies reperiantur; per has particulas gradatim, hæc nobis definita febris, ad propriam, ac determinatam ſpeciem deducitur. Cum enim vltima illa, ac propria, de accidente potiſsimum, differentia haberi non poſsit, quam vix in ſubſtantijs quoq; eſt reperire; propterea plures eius proprietates vnà côiunximus, quæ ſimul aſſumptæ, illius ſpecificæ differentiæ vicem optimè gerunt, totiq́; definito conueniunt, cum eoq; reciprocare facilè poterunt, quamuis ſingulæ ſeparatim, multis alijs poſsint eſſe communes. *Triplex feb. genus.*

Cauſa verò efficiens huius definitæ febris, verbis illis, pēdens ex putredine venenoſa, &c. inſinuata fuit. Finalem autem cauſam, tanquam, vt antea diximus, inutilem omiſimus.

Ratio igitur omnis allatç huiuſmodi febris definitionis, generatim, ſatis iam eſt manifeſta, ſingulas modo eiuſdem particulas explicare reliquum erit.

Singularum traditæ huius febris definitionis, partium, declaratio.
Cap. V.

AD ſingulas igitur definitionis propoſitæ differentias explicandas, iam accedamus.

Cum verò malum hoc principale, quod alia deinde multa, ordine quodam ſubſequuntur, febrē eſſe, atq; ſub ea, tanquam ſub proximo genere, contineri ſtatuerimus; nè id gratis accepiſſe uideamur, primùm comprobandum ſeſe nobis offert.

Quod morbus hic ſit febris.

Id autem ita eſſe, communi imprimis omnium opinione, [qua ratione Gal. quoq; lib. de diff. morborum cap.2. morbi definitionem inueſtigauit,] confirmatur. Ea namq; à natura nobis innata eſt uia, cum Ariſt. 1. phyſ. ut à notioribus nobis ad ignotiora progrediantur; Notiora autem, quæ omnibus, aut pluribus talia apparent, eſſe uidentur.

Notiora, q.

Ad rem igitur. Nullus ferè morboſis hiſce temporibus reperiebatur, qui cùm primùm aliquam, licet in principio etiam leuiſsimam, ex ſupra nominatis, moleſtiam perſentire inciperet, ſtatim ſe febricitare, ac febre correptum eſſe, non affirmaret.

Signa communia febris in genere.

Quod quidem alia, quæ deinde ſubſequebantur, indicia, febris propria, ac peculiaria, calor nem-

pè,

pè, modo magis, modo minus mordax, in corpore perceptus; ſubſequens virium languor, frequentior pulſus, atq; crebrior, reſpiratio alterata, ſitis, & alia huiuſmodi complura, quæ febrem ipſam, vt plurimum, concomitabantur, ita eſſe certius confirmabant.

Cum verò hoc genus Febris, vt diuiſiuæ methodo inſiſtamus, in Ephemeram, hecticam, & putridam, vt dictum eſt, tamquàm in ſpecies, ſubalternas ſaltem, proximè diuidatur, quòd noſtra hæc ſit febris putrida, ſubq; putridarum genere contineatur, præter argumentum ab enumeratione partiũ deſumptum, quo neq; ephemeram eſſe, cum ad permultos dies perduret, neq; hecticam, cùm & manifeſtas habeat exarcebationes, atq; euidentiſsima humorum putreſcentium ſigna; oſtendunt etiã varia, ac grauia humorum uitijs propria, ac maximè familiarià ſymptomata, oris. ſ. amaritudo, vomitus, diarrheæ variæ, ſudores, alui excretiones graueolentes, vrinæ crudæ, turbatæ, inæquales pulſus, calor vel intus, vel extra acris, & intenſus. Quibus illud quoq; addi poteſt, quòd qui ſeruabantur, id non niſi excrementorum per varias partes, multitudine, eſſequabantur; quod manifeſtiſſimum eſt argumentum, morbum ex humorum multitudine originem habuiſſe; vt ex Gal. 2. aph.

Tria ſumma febris genera.

Non eſt hæc noſtra febris ephenera.

Non eſt hectica.

Putridæ feb. ſigna.

Curatio oſtēdit morbi naturam.

17. in illius particulæ, Oſtendit autem curatio, cõmento, clartiſsimè colligi poteſt: nec non etiam ex 22. eiuſdem libri aph. Morbos, qui fiunt ex repletione, curat euacuatio, & quæ ſequuntur.

Acuta. Acutam etiam huiuſmodi fuiſſe febrem, præter id, quòd grauia admodum, periculoq; plena accidentia inferret; declarat quòq; quòd, vt plurimum, decima quarta die terminabatur; ad xx. ra rò perueniebat; multis etiam in. xi. paucisſimis verò antè illam finiretur.

Putirdarũ febriũ ſpecies. Cùm præterea diuerſæ quoq; ſint, pro multiplici, nimirum, putreſcentium humorum natura, febrium putridarum ſpecies, bilioſæ videlicet, pituitoſæ, melancolicæ, ac demum ſanguineæ, quòd hæc noſtra maiori ex parte ſtatuenda eſſet ſanguinea, ſine Synocha, vt ſic ab alijs putridis diſtinguat̃, eaq̃; putrida, ad differentiam non putridæ, in qua *Siynocha.* feruorem tantũmodo, non aũt putredinem, concipit ipſe ſanguis, id vel maximè indicabat, quòd paulatim modò increſcendo; modò ad ſtatum ẽt vſq;, quòad accidentia ſaltem, eundem ferè tenorem ſeruando, incedebat. Accedit, quòd vt *Febre ſang. rubea dici poteſt.* plurimum corpora ſanguinea infeſtabat; vt eam propterea cum Gal. 1. illo in 6. de vulg. mor. tex. 29. vt aliàs à nobis quoq; dictum fuit, febrem rubram appellare non dubitauerimus; tum, & mul-

tò

tò magis etiam, quòd in pluribus copioſa è naribus hæmorrhagia fuerit ſublata: eſt autem diuiniſſimi propemodum Hip. in aph. aurea penè ſententia, Si talia, hoc eſt, morbum facientia, euacuent conferre plurimum, & ab ægrotantibus, euacuationem talem facillimè ferri. Vt igitur bile flaua, ſub bilis forma putreſcente, fit feb. tertiana, ſeu bilioſa; ex pituita, pituitoſa quottidiana, & tandem, ex melancolia, melancolica quartana; Ita ex ſanguine, etiam ſub propria forma, [vt fieri poſſe clarius deinde patebit] putreſente, fiet febris ſanguinea ſynocha, & propriè magis adhuc, putrida nominata.

Nonnullis etiam huiuſmodi febres magis bilioſas fuiſſe, & accidentia ſupranominata, oris nimirum amaritudo, ſitis valida, phrænitides, vigiliæ diuturnæ, excrementa tùm alui, tùm vomitu eiecta bilioſa, & huiſmodi alia, quæ multis acciderũt, manifeſtiſsimè nobis demonſtrare poſſunt. quęmadmodum etiam febris ipſius, de tertio in tertiũ, exarcerbationes; Nec profectò id mirum videri debet. Nanq; vt nonnunquàm ex ſubiecti, quod patitur, diſpoſitione, ephemeram in putridam, & hanc in hecticam ſæpiſsimè commigrare conſpicimus; ſic hęc febris, quamuis, dum putredo in ipſius ſanguinis ichore primum concepta, eſt in fieri,

Bilioſa interdum.

Vna febris ſpecies ī aliā ſæpè migrat.

ri,

ri, [quod quidem non in inſtanti, ſed in tempore fit,] à principio Synocha eſſe potuerit; In bilioſis tamen corporibus, putredo hæc, & facilè ipſi bili communicari; & in bilem, ſecundum tenuiorem ſaltem partem, ex Gal. ſententia, iam putrefactus ſanguis, tranſmutari poteſt. Cùm rarò autem vnuſquiſpiam ſolus, ac impermixtus, in noſtris corporibus, humor putreſcat, quin, propter viciniã ſaltem, aliquis alius, qui nimirum ad corruptionem ſuſcipiendam magis fuerit paratus, non inficiatur quoq;, iure propterea etiam fit, vt rariſsimè admodum, exquiſitæ, ac puræ ſub vllo genere, febrium ſpecies reperiantur; ſed ferè omnes ſpuriæ, ſeu nothæ, eæq; diuerſæ, pro diuerſa humorum inter ſe commixtione, exiſtant. Vt mirandum quòq; nobis non ſit, ſi exquiſita illa cuiusquè febris à ſcriptoribus, potiſsimum verò à Gal. in arte curatiua ad Glauc. nobis tradita harum febrium omnino ſimplicium indicia, in praxi ipſa exercenda, non ita frequenter conſpiciamus.

Rarò vnus ſolus humor peccat.

Gal. in lib. ad Glauc. de exquiſitis feb. agit.

Maligna.

Malignam verò & venenoſã. licet non in ſũmò, ſiue mali moris, & cachoetem eſſe, id vel maximè, manifeſtat, ꝙ accidentia ſuperius explicata ſæuiſſima habeat, quæ licet mortem quidem, atq; exitium minentur, non adimunt tamen ſalutis ſpem. quam quidem primo in primum prorreth. 14. morbi maligni

M. maligna quã.

maligni eſſentiã nobis Gal. clariſsimè propoſuit. Quod etiam huiuſmodi febres noſtri corporis vires ita, & multò etiam magis profectò quàm pro febrilis caloris ratione deberent, frangant, atque proſternant; vt in conualeſcentibus etiã, non niſi longo temporis interuallo, recurrente etiam nonnunquam recundiua, poſsint reſarciri; quid aliud quæſo quàm oculta quædam, atq; maligna facultas noſtri corporis, præcipuè verò cordis proprietati maximè aduerſa, in cauſa eſſe poteſt? Maligna enim feb. eſſe videtur quæ qualitate magis venenata, quàm calore manifeſto cor lædit. Vrinæ etiã fætentes in multis, ac quodamodo oleoſę, & non nihil colliquationis referentes, aliquando etiam, nec quidem rarò, turbatæ, quid aliud, quàm humorum putredinem inſignem, & conſequenter malignam nobis oſtendunt? Quòd præterea contagione, ſecus ac aliæ febres putridæ ſimplices, vt quotidiana, meæ etiam ſummo vitæ diſcrimine, docuit experientia, in proximos, & ſanguine potiſsimum coniunctos [quod inter ſymbola facilior ſit tranſitus] propagetur, maius quid profectò ſupra ſimplicem putredinem, coarguere videtur. Quod quid aliud eſſe poteſt, quàm qualitas, vt ita dicam, venefica ex inſigni putredinis gradu aborta? Cuius, vt deinde clarius apparebit, tanta eſt agendi vis, &

Vrinæ fætẽtes & oleoſa

Contagioſa.

Contagij vis

F eſſi-

efficacia, vt in quacunque etiam vel minima materię quantitate reperiatur, ſi in aliud corpus, de proximo tamen, nec ad multum diſtans [ad verè peſtilentium febrium differentiam,] aliquo contagionis modo, ſiue per aerem, ſiue per fomitem, ſiue per mutuum contactum transferatur, ab ea propagata, vel breui tẽporis interuallo, in humoribus putredine; ſpiritibusq́;, atque ſolidioribus corporis partibus ſimili deinde labe infectis, vniuerſi corporis, humorum potiſsimùm, naturalis ſtatus perturbatur. Idem quoq; ex curandi huiuſmodi febres ratione, nobis demonſtratur. Cùm enim maiori ex parte bezaarticis, & alexipharmacis, arcanaq́;, & oculta magis, quàm manifeſta facultate operantibus, curentur, eam quoque ex deleteria, pernitioſaq́; magis qualitate, quàm ſola putredine euidenti exoriri, vel leuiter in curandi ratione exercitatus, facilè iudicare poterit. Ijs. n. niſi venenoſa, nobisq́; inimica facultas ſuperetur, vel obtũdatur ſaltem, tanta eſt eius pernicioſa vis, vt calorem, ac ſpiritum vitalẽm, animæ præcipuũ inſtrumentum, omnino vincat, atq; ita interimat. Periculas etiam aliquando violaceas, aliquando etiam nigras, quæ licet rarius, nonnunquam tamẽ viſæ ſunt, quis inſignem humorum malignitatem præſeferre, negare audebit? cum illis apparentibus,

Ex modo curationis.

Bezaaticorum vis.

Ex peticul. condicionib.

bus, vel mulierculis ipſis, non multò poſt certò futura maiori ex parte, mors præuideretur? Neque profectò mirum cuiquam videri debet, quod putrefactus ſanguis tantam ſępenumero malignitatē, vt hæc grauia ſymptomata efficiat, contrahere poſſit. Namq; cum calidus, & humidus ſit, magnam, largamq; facilè aquirit putrefactionem. Cum etiā ſanguis in venis, quæ ipſum alioqui magnam vim conſeruandi habent, putreſcit, ſignum eſt à potēti admodum cauſa putredinem illam fieri; atq; præterea quò nobilius eſt id, vt eſt alimentū, quod putreſcit, tantò peiorem, deterioremq; putreſcendo concipere conditionem, quæ ex corrupto ſemine, quàm, quæ ex menſtruo ſanguine, ſymptomata deteriora proficiſcuntur, manifeſto indicio eſſe poſſunt. Ratio huius eſt, quod cum natura de conſeruatione rei præſtantioris ſit magis ſollicita, ſi quando eam relinquere alicuius ui cogatur, id potentis cauſæ vti fiat.

Cur ſang. putrefactus ita maligna cauſet ſymp.

Quamuis autem huiuſmodi maligna febris, propter ſymptomatum cum verà peſte, ſiue peſtilenti febre ſimilitudinem, aliquam cum ea habeat affinitatem, & peſtilens quodammodo ſoleat nominari; impropria tamen, & metaphorica ſolum ea eſt denominatio: Cum verè, ac propriè loquendo, nullo modo vera peſtis, neq; verè peſtilens poſsit

Non eſſe verè peſtil.

appellari; Non modò quia, ſecus ac peſti conueniat, ſalubris eſt, vt plurimum, & maxima ægrotantium pars Dei optimi maximi, ac remediorum opportunè adhibitorum auxilio, ſanitati reſtituebatur: ſed etiam quia proprijs, ac peculiaribus peſtis characteribus carebat. Peſtis enim vera, vt com. 3. in 3. de vulg. morb. docet Gal. ſicut quicunque alius morbus q. vno in loco multos ſimul inuadit, habet, vt ſit vulgaris; ſed ſimul cùm hoc habet præterea, vt multos, ac penè maiorem partem interimat; idq; quàm citiſsimè, antè quartam, vt plurimum diem perficiat; indifferenterq; quidem, cuiuſq; ſtatus, ac conditionis homines tollat; maximè verò omnium, miſeram, ac infelicem plebem ſolet affligere. Prouenitq; magna ex parte ex aere; ſiue in propria eſſentia, ſiue ob peſtilentes aliquos commixtos vapores, corrupto. Inter familiaria preterea alia ſymptomata habet quoq; colliquatiuos fluxus, antraces, ſiue carbunculos, alioſq; tumores malignos; Neq; ſolummodo ex proximo, ſed ex longinquo vera peſtis eſt contagioſa; & quę in illa contingunt criſes, ferè omnes terminantur ad mortem. Quæ omnia, & alia multa peſti valdè familiaria, ſi cum illis, quæ à nobis in huius tractatus principio relata ſunt, conferatur; planè luce clarius apparebit, hanc noſtram febrem, à verè peſtilenti

Veræ peſtis charateres.

Aer multipliciter corr.

Noſtra hæc feb. non fuit peſtis.

lenti valdè fuiſſe diuerſam; ſummaq; illos fuiſſe di-gnos reprehenſione, qui falſum illum rumorem in alienis, ac circumuicinis locis de hac ciuitate iniquè ſentientes, paſsim ſpargebant. Quod vt ita eſſe facilius oſtendamus, ſingula iam ennumerata, æqua lance ponderemus: Ac primò quidē, quamuis plurimos cuiuſcunq; ſexus, ætatis, atq; fortunæ eodem tempore inuaderet, vt propterea vulgaris, ſeu epidemicæ, ac popularis febris nomen mereratur: non habuit tamen propterea, vt quàmplurimos, ac maiorem ægrotantium partem è medio tolleret; quinimo, vt antea quoq; diximus, maxima omninò pars, vulgarium potiſsimum conualeſcebat. Et ex quotquot interrierunt, vix vnus, aut alter antè ſeptimam, plurimi verò poſt. xi. & xiiij. deceſſerunt. Preterea in vera poſte, vt diximus, & aliàs tùm alibi, tùm hic Tridenti, anno 1575. obſeruatum fuit, plebs magis, quàm nobiles periclitari ſolet; oppoſitum omnino in hac febre contigit, quæ in nobiles magis, ac melioris fortunæ homines, ſæuire viſa eſt. Quænam verò huiuſcè euētus ratio fuerit, in progreſſu magis aperietur. Quā uis verò & nos aerem quoq;, ad harum febrium generationem cōcurriſſe, vt poſtmodum ſuo loco fuſius probabitur, fateamur; diuerſo tamen modo, ac in peſte, facere ſolet, concurriſſe quoq; affermamus,

Probat hanc feb. non fuiſſe verè peſtil.

Vera peſtis plebem magis affligit.

mus,

mus, vt ibidem etiam clarius oſtendetur. Exiſti-mamus tamen, ex interna humorum putredine excellenti, maiorem ſuæ generationis partem, quàm ex ſolo aere, habuiſſe. Nulli præterea viſi vnq̃ in his febribus ſunt fluxus colliquatiui, nulli carbunculi, aliiuè tumores maligni.

Huiuſmodi feb magis ex interna putredine q̃ ex aere originẽ habuerunt.

Et quamq̃ in quibuſdam, poſt deliria, atq; profundos ſopores parotides apparuerint; illæ tamen omnes ad ſalutem ſemper terminare viſę ſunt; quęmadmodum & quæcunq; aliæ contigerunt criſes, magna ex parte ſalubres extiterunt; ſecus ac in vera peſte, vt ex 2. aph. 13. ex vltimis illis verbis, Niſi fuerit peſtilẽs cõſtitutio, colligitur, euenire ſoleat. Et quamq̃ contagioſam huiuſmodi febrem fuiſſe, experientia quotidiana id cõmonſtrante, affirmauerimus; eius tamen tanta, tamq; inſignis nõ erat contagionis vis, ac in vera peſte, vt ad longinquũ, ſed ad propinquum tantum diffundi, ac peruenire poſſet.

Feb. iſta de proximo tm̃ tum fuerũt contagioſe.

Ex ſola verò huiuſmodi contagioſa vi, ac facultate, nullo modo veram peſtilentiam inferri poſſe, præter alia; quæ Deo fauente, cùm de contagione non nulla in medium afferemus, clarius explicabimus; illud quoq; pro nunc, clariſsimo nobis poteſt eſſe argumento, ꝙ non nulli morbi contagioſi, nè dum læthales, ac periculoſi, vt phtiſis, lepra,

Ex ſolo contagio peſtis inferri non poteſt.

lepra,&huiuſmodi;ſed benigniores planè,& omninò ſalubres, vt ſcabies omnium mitiſsima, reperiantur.

Iam igitur ex dictis, vel nullo negotio, facillimum eſt colligere, febres has noſtras, malignas quidem, ſed mitiores multò, quàm verè peſtilentes, vel peſtis ipſa eſſe; deteriores verò pnicioſioreſq;, quàm ſimpliciter putridæ, & propterea inter illàs mediam quandam naturam, atq; eſſentiam obtinere; neutraſq;, cū multos quidem perdant, ſed multò tamen plures ab ea liberentur, per extremorum participationem appellari poſſe. Hæ igitur ſunt huiuſce febris præcipuæ proprietates, quę ſimul collectæ ſpecificam quodàmodo illius eſſentiam conſtituere, & formalis cauſæ habere rationem, poſſunt.

Mediæ ſunt huiuſmodi f. br. intr peſtil. & ſimpliciter put.

De Putredinis foco in hiſce febribus. Caput. VI.

SVccedit modo cauſam materialem, ſeu ſubiectum in quo indagare; non quidem ipſius febris, quandoquidem de hoc ſuperius, dū illud tum vniuerſum corpus, tū præcipuè cor cōſtituimus egimus; ſed id in quo, veluti in foco, ipſius febris cauſa, putredo nimirum, accenditur, unde poſtmodum aduſti vapores

Subiectum duplex.

res ad cor delati, indeq; in vniuerſum corpus diffuſi, huius generis febrem inducunt.

De huiuſmodi igitur loco, ſeu foco, non nihil diuerſitatis in opinionibus eſſe videtur. Namq; etſi omnes in eo conueniant, quòd, cum huiuſmodi febres ſint continuæ, & conſequenter, ad intermittentium diſtinctionem, earum cauſę; humorũ nimirum putredines, debeant in ipſis venis contineri; aliqui tamen ex eo, quòd frequenter adſint coniuncti vomitus, ventriculi ſubuerſio, nauſea, lumbricorum generatio, & huiuſmodi propè inteſtina partium affectiones, exiſtimant in ipſis meſenterij venis, ac iecoris concaua parte, circa inteſtina quoque ipſa materias computreſcere primò. inde poſtmodùm toti corpori communicari, medio tamen ſemper, vt dictum eſt, corde. Quam quidẽ opinionem videtur quoque confirmare, quòd in multis per maiorem morbi progreſſum, vrinæ ſanis perſimiles conſpiciantur; quòd putredinẽ nondum vltra iecur, in ipſas venas, [quarum potiſsima affectionum ſigna ex lotio deſumi nemo dubitat] propagatam eſſe, clarum videtur argumentum. Neq; propterea tamen, ex huiuſmodi vrinis, ad hecticam hæ febres ſunt reducendæ, cùm alia complura putridarum ſigna, tùm in pulſu, tùm in excrementis varijs, & alijs multis appareant.

Cõis opinio.

Quod ſit in meſent. venis.

Alij

Alij verò huiuſmodi putredinis focum in ipſis venis, etiã maioribus, iuxta cor cõſtituunt; in pulmonibus præterea circa ipſummet cor, ob deſtillationis materiam, cui maxima hominum pars in hac noſtra regione eſt obnoxia, putreſcentem fomitem collocandum putant. *In venis prope cor.*

Quæ quidem, non parum inter ſe variæ, ſententiæ, etſi in diuerſis quibuſdam indiuiduis omnes verificari poſsint; [non enim in omnibus vna, & eadem eſt morbi origo] De frequentiori tamen, & ea, quæ vt plurimum contingit, loquendo, poſterior opinio videtur rationi, & huiuſce febris eſſentiæ magis conſentanea; cum harum febrium plurimæ ita eundem tenorem ſeruare videantur, [quòd continentium febrium, & materiæ propè cor putreſcentis, proprium eſſe ſolet.] vt vix etiam ab ægris ipſis primis diebus potiſsimum, percipiãtur; Et præterea nullus ferè ſit, cui tuſsis admodũ moleſta, cum pituitoſo ſputo, non coniungatur. *Concluſio.*

De quibuſdam, ac immediatis efficientibus huius feb. cauſis, & de putredine. Cap. VII.

IIs, quæ ad internas huius febris cauſas, materiam, ſcilicet, & formam, ſiue genus, & differentiam, pertinere videbantur, ſuperius ordine

particularum definitionis allatæ, explicatis; ſuccedit modò, quò perfectior, abſolutiorq; iſtiuſmodi febris cognitio habeatur, vt de alijs quoq; cauſis, efficiente nimirum, vt à qua non leuis quoq; accidentis differentia ſumatur, agamus. De finali namq;, vt antea quoq; dictum fuit, cum nullum ad medendum nobis vſum præſtet; propterea non eſt, vt multum ſolliciti ſimus.

A cauſa efficiente etiã accidẽtis definitio ſumitur.

Efficiens verò cauſa, in definitione allata, illis verbis, Pendens ex putredine venenoſa, & quę ſequuntur, tacta fuit. Immediata ſiquidem putridę febris cauſa, eſt ipſa humorum putreſcentium corruptio, ex qua, vt ſæpius inſinuatum fuit, elati putridi vapores, corq; petentes, illud primum, ſecundum humores potiſsimum, quòd inter ipſos humores maior, vt plurimum ſit analogia, calefaciũt; deinde verò, vt diligentiſsimus quoq; Auic. in ea, quam febris tradidit definitione, luculenter expreſsit; vniuerſo corpori ea caliditas communicatur, atque impartitur. Vt verò febris hęc immediatè ipſam putredinem; ita putredo humorum ebullicionem, à calore præter naturali, ex obſtructionibus potiſsimum adaucto, ſubſequitur.

Cã immediata febr. putridæ.

Putredo humorum ebullicionem ſequitur.

Cùm præterea ſtatutum ſit febrem hanc nõ modò putridam eſſe, ſed etiam malignam; conſequenter quoq; dicendum videtur, putredinem hanc, ex

Non eſt in his febribus putr. ſimpl.

qua oritur, nequaquam ſimplicem eſſe, ſed quid maius in ſeſe continere. Quod, ſit nè qualitas venefica, ab inſigni putredine deſtincta; vel idem cũ ea necnè, apud Excel. Medicinæ profeſſores in quęſtione; eaq; admodum ardua verſari videtur.

Vt verò quid hac de re ſentiendum nobis videtur, clarè, ac dilucidè appareat, primum quid ſit ipſa putredo, & nũm eadem ſit apud Philoſophos, & Medicos, & alia huiuſmodi non nulla, diſquirenda erunt. Quę tractatio, cum non modo ferè propriam, ac indiuidualem quodãmodo huius febris differentiam nobis ob oculos ponere debeat, & aliarum etiam putridarum naturam explicare, ſine qua neque vera curandi ratio haberi poteſt, vt facilior reddatur, dabit hanc veniam benignus lector, vt rem paulò altius ordiamur. Erit autem tractatio admodum vtilis, nec iniucunda. *De putredine tractatio.*

Quamquam autem putredo naturalis, de qua 4. meteo. exactiſsimè tractat Philoſophus, ſit à noſtra hac febrili non parum diuerſa, vt in progreſſu melius patebit, quoniam tamen vnius notitia, ad alterius quoque cognitionem haud mediocriter conducit; propterea de vtraque nobis agendum erit, à naturali putredine inchoantibus. *Agẽdorum ordo.*

De putredine igitur naturali mixtorum acturi, cum ea quoq; ſub corruptionis genere cõtineatur,

quæ eorundem mixtorum generationi naturali, & multipliciter quidem opponitur, vt contrariorum eadem ſit ſcientia, propterea ſummum philoſophũ Ariſtot. hac in re, loco antè citato, imitantes, quid prius ſit naturalis mixtorum generatio indagabimus.

De naturali mixtorũ generatione.

Circa quam quidem, nè vlla contingat æquiuocatio, illud primò animaduertẽdum occurrit, multiplicem, ac variam eſſe rerum generationẽ, quarum cuilibet ex oppoſito propria corruptio correſpondet: de quibus Ariſtot. quoquè naturæ ordinem ab vniuerſalioribus, ad minus vniuerſalia, ſequutus, varijs in locis exactè, ac ſuo philoſophico more pertractauit.

Variæ corruptionis ſpecies.

Generatio in communi.

Prima igitur generationis in communi definitio, vt non modò ſubſtantiæ, ſed accidenti etiam conuenit, eſt quam primo phyſ. tradit, cum dicit, eam eſſe tranſitum ab non eſſe, ad eſſe, ſiue illud eſſe ſit eſſentiale, ſeu ſubſtantiale, ſiue accidentale. Huic opponitur corruptio etiam in communi, quę mutatio pariter, ſiue tranſitus ab eſſe vel accidentale, vel eſſentiale, ad non eſſe erit.

Corruptio in communi.

Generatio ſubſtã.

Secunda eſt generatio tantum ſubſtantiæ, ſiue ea ſimplex ſit, ſiue compoſita, quæ primò de generatione, tex. 23. totius in totum tranſmutatio, nullo ſenſibili, tanquam ſubiecto remanẽte, definitur.

Huic

Huic ex aduerſo correſpondet, compoſiti eſſentialis phyſici, in materiam, & formam, corruptio. *Corrpt phyſici cõpoſiti.*

Tertia verò generatio eſt ipſorum ſolum mixtorum, vt mixta ſunt; quam meteor. 4. definit Ariſt. quòd ſit permixtio, ſeu terminatio hummidi, cum ſicco; ab actiuis, calore. ſ. & frigiditate, ſupra paſsiuas, prædominantibus, Cui ex aduerſo opponitur, corruptio naturalis, quam putredinem naturalem, & mixti in elementa diſſolutionem, eodem 4. meteor. uocat philoſophus. *Mixtorum generatio.* *Putredo.*

Quarta, & vltima tandem generatio eſt mixtorum perfectorum, atq; animatorum, quatenus animata ſunt, quam lib. de morte, & vita eſſe cõmunionem, ſiue participationem animæ cum corpore, idem philoſophus definit. Cui pariter receſſus, ſiue ſeparatio animæ à corpore opponitur: ſic enim, quandò anima à corpore ſeparatur, vt animata ſunt, corrumpuntur; Propriè tamen in plantis ariditas, in animalibus verò mors, huiuſmodi ſeparatio appellatur. *Animatorũ generatio.* *Mors; & ariditas.*

Ex quibus colligitur idem animal, ſecundum diuerſos eſſentiæ ſuę gradus, has omnes corruptiones [ſiquidem etiam tot habet ſuæ generationis, ſiue eſſentiæ modos,] ſubire poſſe. Primò enim, vt animal cum moritur, ſeparata anima à corpore, *Idem animal põt has omnes corrupt. ſubire.*

re,

re; hoc degenerat in cadauer; quod deinde, vt mixtum, vel in alia mixta ſucceſsiuè comigrat, vt cum ex putreſcente cadauere, animalia quædam varia ſubnaſcũtur; & hęc tandem in ipſa elementa, atq; hæc vltimò in materiam, & formam corrumpi, atq; reſolui poſſunt.

Non in qualibet corruptione fit reſolutio ad malũ primum.

Secundò ex dictis etiam colligitur, non in qualibet cuiuſcunq; rei corruptione, fieri reſolutionẽ vſq; ad materiam primam. vt de putreſcente cadauere diximus; Verum quando aliquid corrumpitur, forma tantum, determinatumq; illius formæ quæ corrumpi dicitur, temperamentum, ſeu proprius caloris gradus, cum ſuis accidentibus perit. aliæ verò formæ in prædicamento ſuperiores, ac vniuerſaliores, eſſentialeſq; cũ proprijs quoq; ſuis accidentibus, integræ poſſunt remanere; Vt in arte factis etiam rebus manifeſtè apparet. vt cũ integram domum in tectum, parietes, ac fundamenta partimur; non ſtatim ad lapides, calcem, ligna, ferrum, & huiuſmodi alia domus elementa deuenimus; ſed ad partes; quę in hæc tandem deinceps reſoluuntur. Eodem modo proxima cadaueris alicuis integri partitio, non fit ſtatim in carnẽ, oſſa, neruos, venas, & huius generis alia, & tandẽ humores, qui ſunt quædam noſtrorum corporum veluti elementa, atq; prima principia, ſed proximè

Explicatio in artificialibus.

Cadaueris diuiſio.

ximè in membra, vt caput ventrem, & extrema, quorum ſingula deinde in illa alia ſubdiuidi poterunt, diſtribuuntur. Sic cum moritur animal. v. g. remanet cadauer, cum propria cadaueris forma, nec non proprijs, quæ ab illa, vt corpus tale eſt, proueniunt, accidentibus. Quamuis enim caloris ille gradus, formę animalis iam corruptæ proprius, propriumq; à quo anima in corpore ſernabat temperamentum, fuerit corruptum: Remanſit tamen in cadauere illo talis, ac tantus caloris gradus, qui pro cadaueris forma, mixtioneq; illa elecuentorum conſeruanda, ſufficere poteſt.

Corruptio animalis.

Cùm verò ad inſtitutum noſtrum non pertineat, de huiuſmodi omnibus generationis, & corruptionis modis, ſiue generibus, ſed de ea tantū, quæ mixtis, vt mixta ſunt, conuenit, pertractare; [humores.n.noſtri corporis, harum putridarū febrium putreſcendo cauſa, licet in animato corpore reperiantur; ipſi tamen, vtpote, qui organizatione, vt philoſophorum vocē hac vtar, carent, vitæ ſunt expertes; & ſolūmodo, vt mixta quædā, corrumpi poſſunt,] propterea alijs omnibus omiſſis, de ea tantum agemus, quæ mixtis, vt talia ſunt, per ſe competit.

Quæ corrup. humoribus conueniat.

Pro cuius maiori inteligentia, illud eſt in memoriam

moriam reuocandum, quòd multis in locis, præcipuè verò in libris de cœlo, de generat.& corrupt. & alibi nobis tradidit Ariſto. quattuor nimirum elementa, [ſeu corpora illa ſimplicia, ignem, ſ. aerem, aquam, & terram; quæ qualitatum propriarum, calidi videlicet, frigidi, humidi, & ſicci nominibus, ab Hip. & Galeno denotantur;] vt apta veluti materia eſſe poſſent, ex qua diuerſæ rerum ſpecies, totius vniuerſi pulchritudinem, & ornamentum conſtituentes, generarentur; ea ſubſtantialibus quibuſdam formis dotauit natura, quę ſecus, ac alijs perfectioribus mixtis conuenit, & intendi, & remitti poſſent; contrarijſq;, ac inuicem inter ſe agentibus, & patientibus qualitatibus inſigniuit, vt ex eorum diuerſa refractione, & proportione, perfectaque ad inuicem miſtione, diuerſæ quoq;, ac verè eſſentiales mixtorum formę variaq; eorundem temperamenta reſultarent. Ex vnico ſiquidem elemento tantum, mixta perfecta, animata potiſsimum, conſtare non poſſunt. Mixtum namq; terminationem, ac conſiſtentium ſuæ propriæ formæ, atq; operationibus conuenientem habere debet; quam quidem neq; ex ſolo humido, quia nimis fluxibile, ac indeterminatū eſt in ſeſe, ac alieno termino facilimè terminatur; neq; ex ſolo ſicco, vt in puluere patet, habere poteſt, ſed cum

De 4. elemẽtis mixtorũ materia.

Elementa. q̃ habeant vt poßunt eſſe mixtorũ materia.

Ex vnico elemẽto mixta conſtẽre nõ poſſunt.

ex

ex his tantum probè inter ſe mixtis, debita huiuſmodi terminatio oriri poſsit, fit etiam, vt ex his ſolum mixta quoq; ipſa generentur.

Cùm verò huiuſmodi conueniens mixtorum generatio, decentis, ac probæ mixſtionis, quæ miſcibilium alteratorum vnio definitur, interuentú, fiat, hęc p̄cipuè in ipſa neceſſario requiruntur, vt ex diuino Hip. lib. de natura humana tex. 19. colligitur; Quòd enim ipſe de humoribus tanq̄ ſolidarum noſtri corpis partium, elementis, illarum eſſentiam conſtituentibus affirmat; nos quoq; ad vera corporum mixſtorum elementa, conuenienter ſatis, transferre poſsumus. Primùm igitur cùm miſtio ſit vnio, & alteratorum; hinc, quod paulò antè tetigimus, ex vnico, nempè elemento, non poſſe generari miſtà, ſed, ex pluribus imperfecta etiam; ex omnibus quattuor verò, perfecta conſtare deberē colligit, vt ex eodē Hip. lib. t. 13. clariſsimè docemur. Ex verbis verò illis Hip. t. 19. cū dicit, Sanum igitur imprimis eſt. ſ. animal. cùm hæc [intellige elementa corporum aīalium, quæ quidem ſunt quattuor humores,] mediociter tum viribus, tùm multitudine mutuò inter ſe habuerint; & præſertim, ſi optimè commixta fuerint; Ex his, inquam, inferre poſſumus, in elementis quoquè; quæ ad mixtorum generationem concurrunt,

Mixtio quid.

Quæ ad mixtionē requirantur.

Plura elementa.

Humores ſunt elementa corporum animalium.

vt ea probè conſtituere poſsint, hæc tria pariter,

Temperamẽtum qualitatum.

requiri neceſſariò: vt elementa, nimirum, ſecundum qualitates proprias, & ſecundum quantitates conuenienter ſe habeant, tum tertiò, vt proba ſubſtantiarũ mixtione ſint vnita; hoc eſt non qualitatum tm̃ mutua refractione, ad determinatũ talis

Proba ſubſtantiarum vnio.

mixti temperamentũ ſint reducta, ſed ẽt ſcd̃m ſubſtantias, ſeſe ita inuicem penetrent, vt ex multis vnum quoddam, proba, atq; perfecta vnione fiat.

Cum enim ita quoq; in noſtris corporibus ſeſe habuerint humores, benè omnino valebimus: Dolebimus verò, & ægrotabimus, cum ſecundum aliquod iſtorum vitium quodpiam extiterit, vt eodẽ bil. 1.o. tex. 20. docet Hip.

Cum verò elementa ad mixti generationem requiri ſcd̃m qualitatum æqualitatem, & quantitatem proportionatã dicimus, id de proportione & æqualitate non ad pondus [nam ſic, cum calor

Proportio ſiuè æqualit. elem. in miſt. eſt quoad iuſticiam.

in mixtione, vt probè miſcere poſsit dominari dicatur, ſi, dominium hoc ſecundum caloris gradũ, eſſet omnia mixta, contra communem experientiam, ac Medicorum omnium ſententiam; calida eſſent, nulla autem frigida, & ſic opium papauer, lactuca, calida dici deberent;] ſed id de proportione quoad

Proportio geometrica & arithmetica.

iuſtitiam, & geometricã, non autem arithmetica intelligimus, ſecundum quam de temperamentis

tis agens quòq; Auic. vnicuiq; mixto caloris, frigiditatis & aliarum qualitatum, [& ſubſtantiarũ conſequenter elementorum intellige] tantum à Deo optimo Maximo tributum eſſe dicit, quantũ eſſentiæ cuiuſq; rei, pro ſuis obeundis operationibus conuenit; quæ iuſtitia quòq; diſtributiua nominari ſolet. Secundum quam quidem, vt. ſ. reſpectu terminationis paſsiuarum tantum illis dominentur actiuę qualitates, nõ autẽ ſecundum gradus intenſionem; intelligere Ariſtotilem debemus, qñ qualitates, ſeu elementa actiua, calida. ſ. & frigida, ipſis paſsiuis humido, & ſicco, in ipſa mixti generatione, dominari debere dicit. Non enim ſemper maior agendi vis, atq; potentia, maiorem tantum gradus intenſionem, ſed interdum materiæ qualitates, denſitatem. ſ. vel raritatem, maiorem, vel minorem diſtantiam; & propriæ formæ peculiarem quandam conditionem, ſeu actiuitatem ſequitur, ſecundum quam, prẹſtantiſsimi Medici affirmare ſæpius non dubitarunt, Theriacã, licet in ſecundo tantum ſit caliditatis gradu, ſiue exceſſu; piper verò propè quartũ conſtituatur; magis tñ illam, ob propriam quandã formæ actiuitatem quàm ipſum piper calefacere. Quam etiã ob cauſã Theriacę vſum pueris interdixit varijs in locis Galenus, Sed hæc obiter, & per tranſcènam

Iuſticia diſtributiua.

In mixtione quõ actiua dominatur paſſiuis.

Agendi ſpotentia non ſequitur gradus intenſionem.

Theriaca magis quàm piper calefacit.

dicta ſint. Ad rem igitur propoſitã redeamus; ſi cuti itaq; ex proba, intimaq; formarũ ſubſtantialium elementorũ, ad ipſam mixtionẽ conuenienti modo, ac proportione, ad iuſtitiam nimirum, vt diximus, concurrentiũ, forma mixti eſſentialis, ac ſubſtantialis reſultat; ita ex eorundem agentiũ inter ſe qualitatum mutua refractione, commune quoddam temperamentum, quod eſt ipſius formę proprium, ac præcipuum ad agendum inſtrumentum reſultat, in quo quidem temperamento fieri deinde poteſt, vt eius qualitatis actio magis appareat, ac prædominetur, quę alias quoq; ſecundũ gradum, & ad pondus in ipſa mixtione ſuperat. Sic enim cuiq; formę ad operandũ, licet totũ ipsũ temperamentum inſeruiat, in eo tamen aliqua magis exuberans qualitas, operationem illam comodius perficit. Namq; etſi chijlificatio, ventriculi propria actio, ipſius toti temperamento principaliter accepta ſit referenda, ea tamen caloris magis, quàm frigoris auxilio perficitur, vt hac de cauſa etiam ventriculi fundum, vbi ea potiſſimũ fieri debebat, carnoſiorẽ, ac conſequenter cæteris ſuperioribus eius partibus, calidiorem, conſtituerit æquiſſima, atq; iuſtiſſima natura. Non tamen à quocunq; exuberante calore, [cur enim alioqui in febricitantibus nõ perfectiſſima quoq; fieret,]

Forma ſubſtãtialis mixtum de generetur.

Temperamẽtum.

Coctio non à quocunq; calore ſed naturali fit.

fieret?] ſed à moderato tantum, perficitur. Namq; in harmonia etiam, [cui non indecenter noſtri corporis ſanitas comparari poteſt,] auditũ delectari maximè percipimus, quamuis vna vox, alia ſit intenſior, alia remiſsior, quamdiu, quandam inter ſe ſeruant proportionem: à qua, ſi per alicuius vocis nimiam, vltra conuenientem proportionem, excellentiam, vel immodicã etiam depreſsionem vitietur, auditum quoq; offendi ſtatim animaduertimus.

Harmoniæ cum ſanitate ſimilitudo.

Ex dictis modo id colligitur, vt etiam clariſsimus Mercurialis præceptor meus amantiſsimis, in tractatu de morb. venenoſis capit. 2. nos docuit, mixta maximè perfecta, duplices actiones edere, ſiuè dupliciter agere poſſe, vno quidem modo, per excedentem, atq; in mixtione prædominantẽ ſecundum gradum qualitatem; quo pacto alia calefacere, alia refrigerare, alia ſiccare, vel humectare; aut aliàs ab his primis emanantes ſecundas, vel tertias operationes, agere dicentur.

Mixta duplices habent operationes.

A prædominãte qualit.

Alio verò modo, edere poſſunt ipſa mixta, proprias quaſdam, ac peculiares operationes, à iam explicatis omninò diuerſas, atq; diſtinctas, communi illo, ac proprio toto ſuo temperamento; quę non quatenus in eo aliqua vna, vel duæ qualitates prædominantur; ſed quatenus oẽs ſimul limitato

A toto temperamento.

quodam-

quodam modo, ad certum illum omnium determinatumq; gradum refractę ſunt, attribui illi tantum poſſunt. Hæ igitur, quæ à proprio hoc temperamento mixti fiunt actiones, Cum non ita manifeſtam cauſam, atq; intellectu noſtro comprehenſibilem habeant, ſicuti quæ ab euidentibus qualitatibus fiunt; propterea Medici quiq; præclariſſimi, vt illas inter ſe diſtinguerent, quę à toto temperamento fiunt, à proprietate temperamenti, atque à tota forma, ſeu mixti ſubſtantia fieri dicunt: ſiue quòd à Medicis, tanquam ſenſatis artificibus, temperamentum, quòd eo ad ſenſum mutato, actiones quoq; immutari conſpiciantur, à forma mixti non diſtinguatur. [vt ideo forsã ea ſit ratio, cur Galenus in animalibus etiam perfectis, actiones omnes, non ipſi animæ, quam idem, vt purus Medicus à temperamento non viſus eſt ſe iunxiſſe; ſed ipſimet temperamento proprio, per quod pars quælibet in animali conſtituitur, acceptas referat.] ſiue etiam, vt cum philoſophis, & veritate ipſa quoq; ſentiamus, qui quidem vltra ſenſum per ſenſata ad eidem ſenſui incognita, optima ratione ducuntur, quòd temperamentum ipſum tale, proprietas quoq; à Gal. nominatum, ſit formæ ſubſtantialis, [quæ quidem, vt ſubſtantia quæuis creata immediate ex ſe nichil operatur]

Actiones à toto temperamento, vel proprietate quæ.

Temperamentum videtur forma mixti

Galenus animam à temperamento non ſeiunxit.

Proprietas Gal. quid.

Temper. eſt formæ ſubſt. inſtrumentũ

tur] proprium, atq; peculiare, quo actiones ſibi tantum proprias edit, inſtrumentum,

Ex hac pariter temperamenti proprietate, determinataq; proportione; ex qua, tamquàm proxima diſpoſitione, formæ mixti generantur, pro varia, multipliciq; rerum inter ſe, ſecundum eam, ſimilitudine, vel diſsimilitudine [vt in exteriori quoq; figura talis varietas manifeſtè conſpicitur] diuerſi modi eſſendi exſurgunt; ex quibus inter diuerſas mixtorum ſpecies, magna ſæpè numero conuenientia, atq; amicitia; vel diſconuenientia, inimicitiaq; & odium emanat. Vnde quoq; fit, vt alia alijs, ſimilibus nimirum, plurimum gaudeant, & delectentur; ſimulq; eſſe maximè exoptent: alijs verò, diſsimilibus videlicet, naturali quodam ductu triſtentur, ideoq; ſeſe mutuò fugent, atq; corrumpant. Quæ omnia, ſiuè à forma ſubſtantiali, ſiuè proprio temperamento, tamquàm eius inſtrumento, atq; ea illius proportione, aut diſproportione fieri dicamus, cùm hæc æquè nobis incognita ſint, propterea à qualitate occulta, non autem à calore, vel frigiditate, aut alijs conſimilibus manifeſtis qualitatibus fieri, non immeritò, cum tota Medicorum ſchola, affirmamus. quam quoq; veram, atq; propriam naturalis illius ſimpathiæ, & antipathiæ multarum, diuerſarumq; rerum inter

Sympathia, & antipatia rerum vnde oriatur

ſeſe

ſeſe, cauſam eſſe, exiſtimamus.

Formæ ſubſtantiales indiuiſibiles ſunt.

Illud præterea eſt ad notandum, quòd quamuis eſſentiales rerum formæ, vt ſubſtantiæ, in indiuiſibili, ſui ratione, exiſtant, fit etiam conſequenter, vt in inſtanti quoq; & generentur, & etiam corrumpantur.

Temperamẽtum manente forma ſubſtantiali forma, poteſt alterari.

Earum tamen temperamentum propriũ, à quo in mixto conſeruantur, magnam ſui latitudinem habet, vt de ſanitate quòq; ipſa omnes Medici cõueniunt; ita vt manente eadem ſubſtantiali mixti forma, ad certos quoſdam etiam gradus, modò tamen proprios limites nimium non excedat, & augeri, nec non minui poſsit. Vndè etiam fieri poteſt, vt iiſdem rerum formis ſubſtantialibus integris perſiſtentibus, per aliquam huius temperamenti tantùmmodo mutationem, & alterationem, [multò profectò magis per ſubſtantialis formæ corruptionem id fiet.] quæ antea diſsimilia, & aduerſa quodãmodo erant, ſimilia, atq; amica; nec non è contra etiam reddantur. [Quãquàm quod antea familiare, atq; amicum erat, inimicum, atq; contrarium à tota forma, niſi ea quoquæ corrumpatur, aliaq; contraria inducatur, per ſolam tantùmodo alterationem, fieri non poſſe exiſtimemus.] Vidimus enim non paucos, qui dum pueri eſſent, ſine maximo ſui in commodo

&

& nocumento, nè odorem quidem vini, aut conſimilis alterius rei perferre non poterant; adulti tamen, eo plurimum fuere delectati; facta, nempè, ratione ætatis in ventriculi potiſsimum temperamento, eadem manente eius forma ſubſtantiali, non exigua mutatione.

Cur qui abſtenij erant fiant aliquãdo vinoſi.

Eodem enim modo Hip. in aphor. multos à varijs pleriſq; morbis quibus antea erãt obnoxij, tùm locorum atq; victuum, tum potiſsimũ ætatis mutatione homines liberari affirmat. Cur id? Nulla profectò alia ratione, niſi quòd ſicuti per aeris, ex locorum diuerſitate, mutationem, & victus etiam, quo plurimũ corpora noſtra immutari clarius eſt, quàm vt egeat probatione; ita per ætatem quòq; [quæ nihil aliud equidem eſſe videtur, quàm huius vitæ noſtræ curriculum, atq; decurſus, ex eoq; pendentis in temperamento mutationis, quædam certa menſura, atq; numerus, quemadmodũ quoq; tempus dicitur menſura motus ab Ariſt.] temperamenti variæ mutationes ſibi ſucceſsiuè ſubſequantur, ac conſequenter, quæ prius naturæ quadam inimicitia diſiungebantur, conciliata poſtmodum ſimilitudine, ſummo ſeſe amore complectantur, inuicemq; plurimum delectentur: atq; etiam è contra, q̃ prius delectabant, odioſa deindè efficiantur.

Aetas quid.

Huiuſmodi autem ſimilitudo, vel diſsimilitudo

rerum inter ſeſe, non in eodem ſemper, ſed in diuerſo eſſentiæ ſuæ gradu, modo quidem generico, modo ſpecifico, modo etiam indiuiduali [tot enim eſſentiæ rerum gradus eſſe videntur] ſæpè fundatur. Quò fit, vt interdũ mutata etiam ſpecie, ſimilitudo tamen in ſuperiori, generico nempè, eſſentiæ gradu poſita, remanere poſſit. Quod niſi admittamus, ratio profectò difficulter alia haberi poterit, cur Rhabarbarum exempli gratia, quod dum planta eſſet vita prædita, ſi bilem trahendi, ratione huiuſmodi ſimilitudinis, poteſtatem habebat, aridum iàm factum, ac vita priuatum [quæ ratione propriam ſpeciem amiſiſſe, ac gradum genericum ſolum reſeruaſſe, vt tale eſt corpus, videtur,] eandem nihilominus retinuerit facultatem. Cur hoc? Quia nimirum ſimilitudo illa attractionis cauſa, inter bilem, & rhabarbarum, cum illo, non vt planta talis erat, ſeu ſecũdum ſpecificum gradum, quo talis planta conſtituebatur; ſed ſecundum genericum gradum, quatenus nimirum adhuc arefactũ rhabarbarum, tale eſt mixtum, intercedebat; qui quidem gradus, cùm, vt antea oſtendimus, ét poſt animæ à corpore receſſum permaneat, manente adhuc in eo tanto caloris gradu, vt tale mixtum poſſit conſeruare; [ſiquidem in prædicamento ſuperiora ſimpliciora ſunt, & quodammodo imperfectiora,

Cur mutata etiã ſpecie interdum remaneat ſimilitudo, vel diſsimilitudo.

Exemplum de Rhabarbaro.

fectiora, vt propterea paucioribus etiam, quàm inferiora magis perfecta, conſeruari poſsint,] idcò gradus ille mixti, & conſequenter quæ penès illum eſt, ſimilitudo, remanere poſsit; vt de cadauere antea quoquè à nobis dictum fuit; Cumq́; pleraq́; mixta heterogenea, hoc eſt, ex diuerſis partibus mixtis quòq; conflata ſint, et interdum inter ſe cōtrarijs, vt in braſsica, rhabarbaro, citro, & huiuſmodi videre licet, non eſt mirum ſi idem mixtum cum diuerſis alijs, etiam inter ſeſe contrarijs, ſecundum has diuerſas ſui partes habere ſimilitudinem poſsit, & ſic Rhabarbarū ratione ſimilitudinis attrahit bilem, & etiam pituitum.

Cur medicamēta aliqua vel uenena determinatas partes lædunt.

Neque etiam ex dictis difficilè rationem erit colligere, cur & medicamenta quædam, & venena pariter, ad quaſdam peculiares partes, vel iuuandas, vel lædendas, idq́; modò magis, modò minus, facultatem habeant. Nam neq; betonica cum cerebro, eupatorium cum hepate, aſplenium cum liene, magis, quàm cùm alia quappiam parte, & quàm alia multa conuenientiam habent, quòd vel calida vel frigida, vel adſtringentia, aut aperitiua, aliasq́; conſimiles habeant facultates, Nam multa alia talia, ſimilibusq́; facultatibus prædita reperiuntur, quæ tamen id præſtare non poſſunt: ſed id quidem agunt, quia in ſubſtantiæ illa oculta proprietate, &

proprio ſui temperamenti, ac mixtionis modo [in quo quidem haud ſecus, ac in figura humana vt diximus reperitur varietas non exigua] valdè inter ſe ſunt ſimilia.

Eadem quoq;, licet oppoſito modo, eſt ratio, cur lepus marinus pulmones magis, cantharides veſicam, quam alias partes offendant; ſic etiam cur ex morbificis, cauſis aliæ humoribus magis; aliæ ſpiritibus, & his quidem diuerſis, aliæ demum ſolidis partibus aduerſentur. Nulla enim meherclè, potior ratio aſsignari poteſt, quàm diuerſa ea antipathia, atq; analogia ex varia illa, inimicaq; vni rei magis, quam alteri, proportione emanans. Sic enim inter res quaſdam & ſpiritus naturales magis, q̃ aĩales, vel vitales intercedit diſsimilitudo: vt de lue gallica nonnulli memoriæ prodiderunt, vt propterea illi potius, quàm alii vlli ab ea inficiantur. Si namq; catharides e. g. ideò, q' calidæ ſint, veſicæ tantum vlcerando nocerent, [actiones etenim à toto temperamento prouenientes, à manifeſta etiam in illo excedente qualitate plurimum adiuuari poſſe, anteà quoq; affirmauimus.] idem quoq; alia, & multò quidem calidiora, vt euphorbium, piretrum, & huiuſmodi præſtare deberent; quod tamen non faciunt. Cur præterea neq; ventriculum, neq; inteſtina, neq;

Cantharides vt calidę, q̃ vlcerant. ſed cur tantum veſicam?

iecur,

iecur, licet proximiora ſint, non æquè lædunt? Hoc vtique, ſi calore tantum agerent, & non à forma ſpecifica, ſeu proprio temperamento operarentur, efficere deberent.

Cùm verò contrariorum contrariæ quoq; ſint rationes, ex his pariter medicamentorũ, quæ oculta in huiuſmodi morbis proprietate agunt, iuuandi modus, [vt quæ manifeſtis qualitatibus alterando conferunt, omittamus,] facilè innoteſcit. Ea ſiquidem duplicia reperiuntur. Nam alia ſuæ ſubſtantię, ac mixtionis, quam cum natura noſtra habent, ſimilitudine; ita partium principalium vires muniunt, atq; corroborant, vt illæ ita roboratæ, validius deinde à ſeſe prauam, veneficamq; qualitatem valeant expellere; atquè quæ hoc præſtant, Bezaartica medicamẽta propriè appellantur: quæ quidem prudenter vſurpata, non modo infectos curare, ſed adhuc ſanos à venenis præſeruare maximè poſſunt, quemadmodum de Mitridate rege lib. de Theriaca ad Piſonem cap. 16: memorię proditum reliquit Gal. Si tamen hæc etiam, ac potiſsimum, quæ inter illa, ſummæ ſunt actiuitatis, vt Theriaca, ac Mitridatica ipſa compoſitio, in nimia quantitate exhibeantur, non ſecus ac maior flamma minorem, ita hæc potente ſua actiuitate, licet ſimilem aliquin proprietatem habeant, ſubſtantiã noſtri

Bezaartica medicamenta.

Bezaartica in nimia quãtitate uſurpata nocent.

noſtri corporis diſſoluendo, nocere poſſunt. Alia verò huiuſmodi à proprietate occulta agentia medicamenta iuuant, non quidem ſimilitudine ſubſtantiæ, [cum diſsimilem potius eam obtineant,] vires noſtri corporis corroborando; ſed veneno iã in corpore exiſtenti aduerſa, inimicaq́;, & oculta proprietate, eius vires ita obtundẽdo, vt vel ad priſtinam naturam amicam, vel non inimicam ſaltem reducatur; vel ad minus ita obtundatur, vt amplius operari, nocereuè non poſsit; Quæ quidem & varia, pro venenoru m quoque varietate, ſunt; & propriè alexipharmaca, ſeu etiam antidota vocari ſolent. Inter quæ multa quoq; ſunt, quæ cùm ex ſe noſtri corporis proprietati ſint aduerſa, ſi corpori ſano exhibeantur, non ſecus, ac pernicioſa venena lædere ſolent; Venenatis verò, tanquã propria antidota oblata, ſalutare ſubſidium afferre poſſunt.

Alexipharmata quomodo iuuent.

Venena aliqua corpori venenato ſũt antidota; ſano verò noxia.

Cuius generis multa apud doctiſsimũ Matheolum, in præfatione ſua in Dioſcoridem, vnicuiq; facilè eſt videre. Oppoſito his omnino modo ſe habent ipſa deleteria, aduerſaq́; nobis prædita facultate, quæ quidem pro diuerſa ſui, quam ad ſpiritus, ſolida, vel humores varios habent, analogia; ita in illa corrumpendo agunt, vt quę naturalia ante nobis erant, contra naturam, inimicaq́;,

Deleteria.

atq;

atq; nobis aduerſa reddantur. Quibus quidem externis venenis conſimilem quãdã naturam, atq; ocultam proprietatem humores in noſtris corporibus non per ſolam quidem alterationem, ſed per eſſentialem formæ corruptionem, atq; putrefactionem, ſiue ea ſit cum diſſolutione mixti in quoddã terreum inquinamentum, vt in conſummata iam putrefactione contingit; ſiue ſit ſine huiuſmodi diſſolutione, ſed cum quadam tantum in alieni humoris naturam degeneratione, conſequuntur. Hoc verò quo nam pacto eueniat, vt facilius, atque clarius comprehendatur, ad eũ, vnde iam digreſsi fueramus, ſermonẽ iam reuertamur, de ipſius mixti generatione in cęptam tractationem, atq; de putredine tandem proſequentes.

Elementa quomodo ad mixtionẽ cõcurrant.

Cum enim modo iam explicato elementa ad mixti generationem concurrunt, nempè per exceſſus qualitatum contemperamentum; & probam, perfectamq; ſubſtantiarum mutuam mixtionem; & per humidi tãdem cum ſicco terminationem ab actiuis ſupra paſsiuas dominantibus factam: Non difficilè quoque ex his fuit philoſopho, generationis mixtorum, vt mixta ſunt, hanc non formalem quidem, ſed cauſalem tantummodo definitionem colligere; quòd nimirnm ſit, congregatio, ſeu terminatio humidi cum ſicco, facta à calore, & frigiditate

Definitio generationis mixtorũ ab Ariſt. data eſt cauſalis.

-ditate ſupra paſsiuas, id eſt, humidum, & ſiccum, dominantibus. Quæ quidem definitio viam, ac modum, mixtionem ſcilicet, quæ veluti diſpoſitio neceſſaria, formę mixti ſubſtantialis introductionem præcedere debet, exprimit; formam verò non attingit. Quæ quidem, ſi verum eſt, vt omnes philoſophi fatentur, quod omnis motus, cuiuſmodi etiam eſt ipſa generatio, quę quidem motus eſt ad formā ſubſtantialem, à termino ad quęm ſpecificetur, formaliter nil aliud erit, quàm ſubſtātialis formę mixti productio; facta tamen per humidi cum ſicco iam dictam terminationem. Vt propterea integra, ac perfecta generationis mixtorum definitio: hunc in modum proponi poſsit, q̄d ſit generatio, ſeu productio ſubſtantialis formæ mixtorum, per humidi cum ſicco factam mixtionem, ſeu terminationem ab actiuis prædominantibus, genita, atq; profecta.

Motus à termino ad quē ſpecificatur.

Integra definitio generationis mixtorum.

His igitur de mixtorum generatione ita præmiſſis, cum oppoſitorum oppoſitæ quoq;, vt antea ét diximus, ſint rationes, & cauſę; ſi mixtorum generationi opponitur [vt certè ex Ariſt. ſententia fit,] eorundem naturalis corruptio [ad differentiam non modo combuſtionis: ſed alterius etiam cuiuſuis violentæ corruptionis, ſiuè in cinorulentum quoddam inquinamentum, ſiue in aliud mixtum

tum à priori corrupto diuerſum, terminetur.] quę, putredo vno verbo propriè nuncupatur; quis modo non facilè videt tum mixtum, vt mixtum, interire dicendum eſſe; quando eius ſubſtantialis quidem forma corrumpitur, ſed non quocunque modo [nam hæc etiam in combuſtione, vt dictũ eſt, alijsq; modis cum pluribus violentis etiam corrumpitur] verum tunc, quando ea corruptio naturalis fit, hoc eſt, propter humidi à ſicco diſſolutionem, ex caloris innati tanta inopia, vt paſsiuis amplius non dominetur, ſed è contra potius contingat, vt calor. ſ. paſsiuarum dominio ſubijciatur. Huiuſmodi autem caloris innati in mixto penuria, fit ex ambientis externa caliditate, non ita tamen valida, vt comburere poſsit; ſed ſolum calorem à centro ad ſuperficiem euocare. Vnde imminuto calore, frigiditas ipſa [vt eſt mixtionis ex contrarijs natura, vt quantum de altero contrariorum remittitur, tantum de altero intendatur,] magis incipit dominari; & ad omnimodam interni caloris corruptionem cooperari. Quemadmodum enim calore proprio, ac moderato, mixtum ipſum regitur benè, ac conſeruatur; ita eò affecto, ac præter naturam imminuto, cum humiditas quoque propria, cui inſidet, à ſicco diſſoluatur, & euocetur, neceſſariò eius forma, atq; ſubſtãtia corrumpitur.

Quando naturaliter corrumpatur mixtum.

Quo calor mixti imminuatur.

Proprio calore vnumquodq; regitur, ac conſeruatur.

Corrupto igitur temperamento, ſeu determinato caloris gradu mixti, quo illius forma conſeruabatur, eaq; tanquã communi vinculo elementa, alioqui inter ſe pugnantia, atq; actu formali quidem, ſed tamen refracto mixtis inexiſtentia, vnita conſeruabantur; vnum quodq; illorum [vt omnium alteratorum ea eſt naturæ lex, atq; conditio, vt ablato omni impedimento, quodlibet ad propriam per ſimplicem, vt philoſophi vocant, emanationem, redeant integritatem; prioresq; ac proprias reaſſumat qualitates, vt aqua etiam ferueſacta, ab igne remota, priſtinam recuperat frigiditatem,] remoto alieno impedimento, integram, priſtinamque ſuam naturam denuo induit, & vt Hip. lib. de natura humana dicit, quodlibet ad propriam migrat regionem. Vt ex dictis non difficulter modò colligatur, Putredinem, ſeu naturalem mixtorum, vt talia ſunt, corruptionem, eorundem mixtorum generationi tripliciter opponi; ratione nimirum termini primùm; ſecundò ratione modi; tertio ratione agentis. quæ, quoniam ex iam dictis manifeſta ſatis ſunt, fuſius non explicabimus, vt propterea putredinis hanc definitionem perfectam aſsignare poſsimus, vt ſit amiſsio, ſeu deperditio ſubſtantialis formæ mixtorum, vt mixta ſunt, [huic formali cauſæ, efficientem quoq; & modum ab Ariſt. traditam

Elemẽta in mixtis formaliter reperiuntur.

Elem. poſt putredinem in proprias regiones migrant.

Tripliciter putredo opponitur mixtorum generationi.

ditam ſubiũgendo ſic] quæ fit ex diſſolutione, ac ſegregatione humidi à ſicco, in vnoquoq; humido, ex caloris innati diminutione, ab ambientis caliditate, & interna frigiditate; calore enim innato ad ſuperficiem egrediente, & euocato, vt diximus, ſecum humidum tàm aqueum, quàm aereum trahit; vnde ſequitur diſſolutio, humiditatemq; mixti non amplius regulante calore naturali, neceſſariò illius fit corruptio; remanetq; ſola terra grauis, alijs tenuioribus elementis in proprias regiones, naturali ad eas inclinatione, euolantibus.

Ex quibus id neceſſariò ſequitur, quòd quæ huiuſmodi putredine naturali intereunt mixta, cùm id ex innati caloris penuria, atque corruptione fiat; frigiditateq; interna, ex neceſsitate frigidiora redduntur; Neq; in omnimodam agentis naturam, vt in combuſtione; ſed in ſua principia, elementa nimirum, reſoluuntur. Quibus duabus potiſsimùm rationibus putredo, ſeu naturalis mixti corruptio, à violenta diſtinguitur, tàm quæ combuſtio dicitur, in qua quod corrumpitur non ſolum fit calidius, quàm antea erat, ſed etiam in agentis, quòd cum impetu agat, naturam conuertitur: quàm à quacunque alia præter naturam corruptione; cuiuſmodi eſt etiam, quæ febrilis dicitur, in qua qui putreſcunt humores, vel in alterius humoris natu-

Quæ putreſcunt naturaliter fiunt frigidiora.

Putredo naturalis à violẽta quõ differat.

In quæ finiatur putredo violẽta ſcb.

ſam excrementitiam, ac à priori diſtinctam; vel, cū conſumata iam eſt ipſa putredo, in cinorulentum quoddam conuertuntur.

Inter duas illas igitur corruptiones, naturalem. ſcilicet, quæ putredo dicitur; & combuſtionem oīno violentam ab Ariſt. 4. meteor. vocatam, media quodammodo eſſe videtur ea humorum in noſtris corporibus putredo, quæ febrem putridā appellatam accendit. Siquidem in hac qui putreſcit humor, neq; in omnimodam agentis naturam, ſed ſcd͂m temperamentum calidius tm̄ mutatur, & ſic à combuſtione propria differt; neq;, vt diximus, in ſua principia reſoluitur, quo pacto à naturali putredine ſeparatur; ſed aut, vt paulo ante inſinuauimus, in alterius humoris naturam à priori, modo quidem magis, modo verò minus, diuerſam; vel in cinorulentum inquinamentum conuertitur. ita vt in hac quoquè putredine febrili corrūpatur quidem etiam ſecundum ſubſtantialem formam, vbi potiſsimū progreſſa eſt putredo ipſe humor; ſi non ſcd͂m totum, ſecundum ſaltem aliquam ſui partē; ſed longè diuerſo modo, ac in ipſa naturali putredine, hæc corruptio contingit. Namq; tantum abeſt, vt corruptio febrilis, ſicuti naturalis, fiat per innati caloris diminutionem, vt is potius augeatur, intendaturq;, & humor ipſe multò quam antea

Putredo febrilis media eſt inter naturalem, & combuſtionē

In putredine febr. humor corrumpitur etiam ſecundū formam.

Quæ putredine febr. corrumpuntur, calid. fiunt.

antea calidior reddatur. Gal.n.4. ſimpl. 1. explicans quæ nam ea mixta ſint, quæ per aduſtionem calidiora, & quæ nam frigidiora reddantur, ſubiungit, Quæ acredinem habent, aduſta caliditatē ⟨a⟩mittunt; quæ verò non habent, aſſumunt. Cùm itaq; humores noſtri corporis eam acrimoniā non habeant, per aduſtionem illam, vna cum inſigniori caliditate aſsiſcent.

Quæ per aduſtionem fiāt calidiora, & q̄ frigidiora.

Quod quidem ni ita eſſet, quomodo cor, & illo mediante, vt ſuo loco diximus, vniuerſum corpus calefacere, & inflammare poſſent? Quomodo pituita ipſa, alioqui ex ſe frigida, per putrefactionē [quem etiam modum Medici admittunt,] ſalſa effecta, & acris, pulmones, nec non etiam vaſa erodendo, & ſanguinis ſputa, & phtiſim quoq; ipſam poſſet tandem inducere? niſi maiorem, quam antea habebat caliditatis gradū aquireret? vt hac ratione putredo ipſa febrilis ad combuſtionis, vel ſemicombuſtionis ſaltem naturam accedat. Ab ea tamen etiam differt. Nam quod verè comburitur, in ignis naturam conuertitur; qui verò hac putredine febrili corrumpitur humor, licet, vt diximus, ſeipſo calidior, aliena licet, & naturæ noſtræ infenſa caliditate, efficiatur; non tamen omninò aduritur, neq; in agentis omnimodam naturam mutatur; ſed quandam tantummodo ſemiaduſtionem

Putredo febrilis eſt quædam ſemicō-buſtio.

In febr. non omnino vritur humor.

ſtionem

ſtionem patitur, maiorem quidem, vel minorem; & modo cum diſſolutione mixti in cinorulentum [quæ enim difficilia & vtilia ſunt, ſæpius etiam repetere non eſt inconueniens] excrementum, modò [quandò nondum abſoluta eſt omninò putredo] ſine huiuſmodi mixti diſſolutione, ſed in humoris modò magis, modò minus à natura noſtra alieni ſubſtantiam, pro ipſius agentis vi, & facultate, pro materię, q̃ patitur, & etiã pro loci, in quo putredo hæc fit, diuerſitate, trãſmutatione; vnde quoq; q ex hac corruptione gñatur humor [ſi quidẽ corruptio vnius, eſt gñatio alterius] modò magis, modò minus, pro ſuo eſſendi modo diuerſo, variaq; mixtione, nec nõẽt forma ex hac reſultante, nobis eſt inimicus. Agens ſiquidem, quò eſt efficacius [cùm ſit quoq; p̃ter nãm] eò deterius op⁹ producit. Et quò materia, quæ corrumpitur, magis erat familiaris, corrupta eò deterior euadit, vt ideò ex alimentali, quàm ex excrementitia [cum enim ad actiones optimè obeũdas, non ſolũ facultas agens benè requiratur conſtituta, ſed etiam obiectum proportionatum; iure quoque ſit, vt ſi vel ipſa facultas, vel obiectum vitietur, actio etiam ipſa, & quod ab illa producitur opus, ſit vitioſum, vt 2. de ſympt. cauſis 1. colligitur apud Gal.] deterius in nobis inquinamẽtum generetur. Cuius ea eſt ratio, quod cum de ali-

Cur humor qui putreſcit modo maiorem, modo minorem malignitatẽ contrahat.

Rõne agẽtis.

Ex alimẽtali humore putreſcẽte, quã excrementitio maior malignitas oritur.

Cur ex humore alim. maior malignitas oriatur.

alimenti, quàm de excrementi conſeruatione magis ſit ſollicita natura, fit, vt illud non niſi à potenti admodum cauſa corrumpi poſsit, quæ nobis ſummè ſit aduerſa, atq; in ſimilem ſui naturam, vt omnium agentium intentio eſt, conuertat. Ratione etiam loci, in quo ſit corruptio, mitior, vel deterior ea eſſe ſolet. Cùm enim in loco proprio vis quædam; & proprietas conſeruandi locatum inſit, iure fit, vt cum quid in proprio loco corrumpitur, vt à potenti admodum cauſa patiatur. Et ideo quando ſanguis in venis putreſcit, deteriorē; vt plurimum, corruptionem ſubire ſolet.

Rōne agētis quando maior malignitas ex putr. oriatur.

Quomodocunq; autem fiat huiuſmodi putredo febrilis, clarum ex dictis eſt, eam neq; veram eſſe combuſtionem, neq; putredinem illam naturalē ab Ariſt. 4. metheor. propoſitam, ac definitā: ſed inter illas mediam quandam eſſe, vtriuſq; extremi participantem mutationem, vt propterea etiā aptè admodum putredo violenta nominetur. Quę quidem ſicuti ex parte cum illis, vt diximus, conuenit; ex parte etiam plurimum à qualibet illarum differt.

Febrilis putredo cur violēta dicatur.

Differt verò putredo hæc febrilis à naturali multipliciter, vt ex dictis facilè colligitur. Primò quidem ratione termini ad quęm, quoniam in putredine feb. humor putreſcens non reſoluitur in elementa,

Putredo febrilis quot modis à naturali differat.

Prima differentia rõne termini ad quem. menta, ſed primò in alias humorum ſpecies, [namq; humor non ſtatim, & ſecundũ ſe totum, ſed paulatim, & ſecundum partem poſt partẽ corrumpitur, vt lignorum quæ comburuntur exẽplo nobis optimè declarauit Gal. ita vt dum vna pars iam ferè eſt conſumpta, & in cinorulentũ conuerſa, alia ſit in putrefieri ſub propria adhuc forma, alia ſolum incaleſcat, vt in candellæ quoq; lichinio conſpicimus.] & ſucceſsiuè tandẽ in quoddam cinorulentũ, potiſsimum ſcđm craſsiorẽ ſui partẽ degenerat; vnde optimè quoq; aſſeruit Gal. putreſcente ſanguine, eius tenuiorem partem in bilem; craſsiorem verò in melãcholiam comigrare, vt iure deindè fiat, vt pro huiuſmodi altera parte magis dominante, alijs febribus ſanguineis, vel biliosæ; vel melancholicæ quartanæ ſuccedant; & diuturnas ipſas febres, vtpote à craſsis humoribus pendentes, ipſa quartana vt plurimum excipiat.

Sanguis putreſcens in alios humores degenerat

Feb. quartana vt plurimum febribus alijs longis ſuccedit.

Secunda differẽtia rõne modi.

Differunt ſecundò ratione modi. Namq; putredo naturalis. vt ex Ariſt. dictum fuit, fit per humidi à ſicco diſſolutionem, ex caloris proprij euocati diſſolutione, quem deinde humidum diſſolutum ſubſequitur, vt ideò mixtum, quod ita corrumpitur, fiat intrinſecus frigidius, ac ſiccius, extrinſecus vero humidius.

Putredo febrilis fit per mediã ebull.

Febrilis verò, ac violenta putredo per augmen-

tum

tu m caloris,& ab eo inductam ebullicionem fit potius;qui quidem calor ideò augetur,nō modo quia nō diſſoluitur, vel euocatur; ſed multò magis,quia aut ex obſtructionibus internis.aut cutis conſtipatione exhalare prohibetur,vnde intus detinetur,ac concentratus magis,fit ſe ipſo validior,atq; potentior. Quò fit, vt qui hoc modo putreſcunt humores,alieno calore incaleſcant magis, fiātq; deinde, ſecus ac in concoctione, quæ à naturali, ac moderato calore perficitur, quàm antè fluuidiores. Cur verò qui putredine naturali putreſcit humor,frigidior efficiatur; quiq; febrili corrumpitur,calidior fiat, aliundè, quàm ex ipſius agentis in modo agendi, differentia petenda non eſt. Cùm enim in naturali putredine calor ſenſim, ac ſenſim ſine impetu agat,tantum abeſt, vt paſſo caliditatem maiorē impartiri poſsit,vt potius paulatim, vt dictum eſt, calorem euocādo ſimilitudinis ratione, & mixti poros rarefaciendo, internum calorem imminuat, non ſecus, ac in noſtris corporibus æſtatis tempore fieri obſeruamus. In putredine verò febrili,cum calor extraneus inſigniter ob dictas cauſas auctus ſit, valide, magnoq; cum impetu agit, vt propterea maiorē paſſo imprimat caliditatem, vnde poſt modum, vt diximus, humorū ebullicio ſubſequitur; quæ quidem in humore actu humido, ac fluuido,

Cur quæ putreſcunt naturaliter fiāt frigidiora; ꝙ violenter calidiora.

uido, accedente cauſa inſigniter calefaciente, facillimè excitatur. Vnde alia non leuis inter hæc duo differentia exoritur. quod ſcilicet putredo naturalis, cuiq; corpori mixto abſolutè, licet non æquè conuenire, eſſeq; communis poteſt; febrilis verò humidis in noſtro corpore partibus tantùm propria eſt; cum media fiat ebullitione; ad quam humiditas actualis requiritur neceſſariò; & ideò iure, vt 11. meth. 8. affirmat Gal. primò competit humoribus, deindè pinguedini, tandem verò & ipſi carni. Et inter humores, calidioribus, & humidioribus facilius impartitur. Hinc fit, vt hoc obiter tangam, vt ſumma cum ratione Medici quiq;, qui ratione ducuntur, ad huiuſmodi putredinē febrilē compeſcendam, non ſolum frigidis efficienti putredinis cauſæ repugnantibus, ſed etiam exſiccantibus, nimiamq; humorum humiditatem, alterā, materialem nimirum putredinis cauſam abſumantibus, vtantur.

Differentia ratione ſubiecti vtriuſq; putredinis.

Cur frigida, & ſicca putredinem febrilem compeſcant.

Cùm igitur tot inter ſe modis naturalis putredo, atq; violenta diſsideant, ſub diuerſaq; longè ratione putreſcere iſta dicantur, facilè eſt colligere, hoc putredinis nomen, non vniuocum, ſed analogum, vel potius æquiuocum, ad illas duas corruptiones eſſe cenſendum. Quò fit vt illi toto cœlo à veritate aberrent, qui ab Ariſt. 4. meteor. lib. de pu-

Putredinis nomen eſt æquiuocum ad naturalē & febrilem.

putredine tantùm naturali traditam definitionem, humorum quòq; in febribus putredini, conuenire contendunt.

Illud quoq; hoc loco annotare oportet, varias multiplicesq; in noſtris corporibus fieri corruptiones: quarum aliæ [à termino ad quem denominationem ſumentes] naturales ſunt, præter naturam aliç. Naturalis illa dicitur, qua alimentum ratione ſimilitudinis ſuæ formæ, & mixtionis cum natura humana aptum à facultatibus immutari per varias ſucceſsiuas, ſibiq; ſubordinatas concoctiones tãdem in corporis noſtri ſubſtantiam immutatur, atq; conuertitur: in quibus quidem ſubordinatis per concoctiones trãſmutationibus, noua ſemper forma naturæ noſtræ magis ſimilis, atq; amica introducitur. Namq; licet inter alimẽtum, & noſtrũ corpus magna interſit ſimilitudo, affinitasq; ſubſtantiæ, cum tamen noſtri corporis forma maioris ſit actiuitatis, quàm ipſius alimenti, [ad medicamenti, & multò magis veneni differentiam] iure fit, vt alimentum à facultatibus noſtri corporis patiatur atq; tranſmutetur. Alię verò in noſtris corporibus fiunt corruptiones pręter naturam, in quibus, quod producitur, ac generatur, eſt opus quoddam non modo pręter naturam, & noxium, ſed aliquando quoddam veluti venenum, quemadmodũ

Corruptiones variæ in noſtris corporibus fiũt.

Corruptio alimenti.

Alimenti variæ ſucceſſiuæ tranſmutationes.

Corruptiones pręter naturam in noſtris corporibus.

in canibus etiam huiuſmodi quid aliquando gene-ratur. Quod vt fiat, neceſſarium eſt lædi aliquã coctionem; idq́; vel ipſa facultate vitiata, vel ob ipſius obiecti vitium aliquod, ſeu ob errorem externum. Cum enim in neutro illorum vitium eſt, ſed naturaliter vtrunq;, facultas, ſcilicet & obiectum ſe habet, effectus etiam laudabiles, & ſecundum naturam, cuius eſt proprium ſibi ſimilia producere, generantur. Hoc igitur opus præter naturam in corpore genitum, vt plurimum ex naturalibus, vel humoribus, vel excrementis ad præter naturalem ſtatum immutatis generatur, cõtrario tñ quodã modo, ac de alimento diximus, ita vt per hãc corruptionem ſubiectum magis diſsimile naturę noſtrę reddatur, donec tandem mixtior & forma omninò diſsimilis, quæ etiam maximè lædere poſsit, ſuccedat; modò magis, modò minus pro cauſarum vi, ac facultate, vt anteà etiam diximus. Quid ſimile interdum ex febrili putredine in noſtris corporibus generatur; ad quã nunc congruẽti definitione explicandã expanſa antea vela contrahentes, tempus eſt vt accedamus. Ea autem talis eſſe poterit, vt.ſ. putredo febrilis ſit corruptio totius ſubſtantiæ, ac conſequenter proprij temperamenti, proportionatæq́; humorum in corpore animalis viuentis putreſcentium, mixtionis: per interue-

Venenũ cur aliquando in nobis generetur.

Humor præter noſtram putreſcens deteriorem ſemper formam acquirit.

Putredinis febris definitio.

teruenientem ebullicionem, quandamq; veluti aſſationem, ſeu ſemiaduſtionem, à valido ipſos humores ambientis calore, propter obſtructiones potiſsimum, vel alia putrefaciente cauſa extrinſecus accedente adaucto, ac veluti adurente reddito, in qua, vt diximus, corruptus iam humor neq; in elementa reſoluitur, neq; omninò in agentis naturã conuertitur; ſed ei tantummodo ſecundũ caloris exceſſum, & viciatam mixtionem aſsimilatur; atq; in humorem à natura noſtra diuerſum cõmigrat, degeneratq;; non vnius quidem ſemper. [cũ neq; vna ſit, ſed multiplex eſſentiæ putredinis varietas] ſed diuerſæ, multiplicíſq; naturæ, & mixtionis, cuius quidem, varij atq; diuerſi cum natura noſtra diſſimilitudinis gradus exiſtunt; quilibetq; illorum magnam latitudinem habet. Vnde varij, multiplicesq; morbi exoriuntur, cum diſsimilia cauſarum genera, diſsimiles quoq; habeant effectus, neceſſe ſit; vt propterea quoq; alij magis, alij minus pro maiori, vel minori, modo ſecundum temperamẽtum manifeſtum tantum, modo ſecundum vitiatam mixtionem à natura noſtra receſſu, inimici, atq; lædentes efficiantur.

Varij putredinis febrilis gradus.

Ex his igitur clarum eſt, in putredine febrili varias contingere mutationes à naturali ſtatu ipſorũ humorum, qui putreſcunt. prima enim fit ſecundum

Tres potiſſimum mutationes ſiunt in putredine febrili.

Secundũ tẽperamentũ. dum manifeſtarum qualitatum temperamentum. incaleſcunt enim magis, quàm naturali eorum tẽperaturæ conueniat. Cuius rationem ex agentis valida facultate, antea attulimus. *Secũdũ mixtionem.* Secundò fit mutatio in ipſa elementorum, ex quibus humores cõſtant, ſecundum ſubſtantias mixtione, atq; commenſurata proportione. *Secundum formam.* Tertiò tandem ſuccedit in ipſa quoq; ſubſtantiali mixti forma tranſmutatio. Et quamquàm nunq; fiat ſubſtantialis formæ corruptio, quin ipſum quoq; temperamentũ corrumpatur, aliudq; formæ nouæ conueniens introducatur, iuxta illud, Quod dat eſſe, dat etiã cõſequentia ad eſſe; non ſuccedit tamen è contrà, ita vt ad quamlibet temperamenti mutationem, forma ipſa ſubſtantialis immutetur, cum eam ſub alterato ſuo temperamento, modo nimium naturæ ſuæ terminos non excedat, poſſe conſiſtere, antea oſtenderimus. *Non ſemper mutato temperamento forma ſubſtãtialis immutatur.* Cum verò temperamenti ipſius, & mixtionis, ſeu formę diuerſa ſit ratio, variæq; cauſę, hinc fit, vt ſæpe numero modo ſecundum vnum maior, modo ſecundum aliud, fiat à naturali ſtatu euariatio, ità vt cum exiguo temperamenti vltra naturæ gradum exceſſu, magna fiat ſecundum mixtionem, vel formam immutatio; & è contra, cum exigua formæ, vel mixtionis variatione, inſignis in temperamento fiat alteratio.

Cum

Cum verò, vt aliàs etiam diximus, corruptio vnius, ſit alterius generatio, neceſſariò omninò ſequitur, vt his tribus iam explicatis ita corruptis, tria alia ex oppoſito tamen correſpondentia ſuccedant.

Tria de nouo n putraſcente humore oriuntur.

Primæ igitur ſecundum temperamentum manifeſtum mutationi, ſuccedit intemperamentum, vt dictum eſt, calidius. Seccundæ ſuccedit mixtio, ac proportio elementorum inter ſe, à priori vitiata, diuerſa; Tertiæ tandem noua ſuccedet mixti forma ſubſtantialis. Hæc verò omnia cum ex tranſitu à naturali ſtatu, ad præter naturam ſucceſsiuè fiant, atq́, ex mutatione, neceſſarium planè erit, quòd ſi quæ corrupta ſunt, erant naturalia, atq; corpori noſtro amica, & familiaria; hæc, quæ ſubſequuntur, potiſsimum vbi magna facta eſt mutatio, reddantur præter naturam, aduerſa, atq; inimica, magis quidem, vel minus talia, pro maiori, vel minori, vt diximus, [neq; enim in ſæpius etiam repetendis vtilibus, nimij eſſe poſſumus] à naturali ſtatu receſſu; in quacumq; ſiquidem, ex ſupra nominatis, corruptione, magna datur latitudo. Quocunq; tamen modo vitientur ipſi humores, non modo iam inutiles, ſed etiam noxij, variorumq; morborum, pro ſuo cuiuſq; vitio, cauſæ efficiuntur.

Humores corrupti quomodo fiant multorũ morborũ cauſa.

Aucto

Aucto enim in illis ſupra proprium gradum calore, ab eo deindè totius corporis temperamentū quoq; propriuſq; caloris gradus; nec non actiones naturales, vt dictum eſt, conſequenter, ratione manifeſta vitiantur, & offenduntur. Vitiata quoquè in humoribus conuenienti mixtionis proportione, & conſequenter ſubſtantiali forma, fit vt qui corpori noſtro erant familiares, & corpus nutrire apti, reddantur non modò minus familiares, ſed interdum etiam, vbi inſignis facta ſit putredo, inimici; vt non ſolum nutrire amplius nō poſsint, ſed etiam morbificæ cauſæ iam effecti, conſimile prauæ mixtionis vitium, & conſequenter in huiuſmodi occulta intemperie morbū inducant, ſiquidem inter effectus, & cauſas ſimilitudo adeſſe debet; modò quidem in vna, modò in alia magis corporis parte, pro uaria, quam ad vnam magis, quàm ad aliam partem habet morbifica cauſa, antipathia.

Læſio a tota forma cur ita dicatur.

Cuius quidem offenſæ ratio, quòad determinatum gradum, & modum, cùm nobis ſit incognita, neq; ad vllam in temperamento excedentē qualitatem, ſed in ipſum totum temperamentum ſolum, vel in nouam ex mixtione illa ortam ſubſtātialem formam referri poſsit; ideò, vt ea ab ijs, quę ab excedenti, fiunt caliditate, alijſq; cauſis mani-

feſtis

ſeſtis diſtinguamus, illam à tota forma, ſiue toto temperamento fieri dicimus. Quòd verò huiuſmodi morbificæ cauſæ à tota forma, ſiue temperamento, ſiue mala mixtione lædentes, admitti debeant, exindè manifeſtè comprobatur, quòd dentur quoq; eius naturæ morbi, modo quodam occulto prauæ mixtionis, facultates noſtri corporis lædentes. quemadmodum ex antè citato loco Hip. lib. de natura humana, tex. 20. colligitur, cum dicit, Dolet autem homo, hoc eſt, ægrotat, cum horum [non modò per hoc, humores ipſi ex quibus ſolidæ corporis partes, tãquàm ex proprijs elementis immediatè componuntur; ſed, & elementa ipſa omnium prima, ex quibus quilibet cõſtat humor, debere intelligi videtur; cum ijs etiam malè inter ſe commixtis, non etiam partium ipſarum naturalem mixtionem vitiari, impoſsibile ſit.] quippiam aut minus, aut amplius fuerit, vel ab alijs ſeorſum conſtiterit, nec omnibus ſit attemperatũ: Conſequenter etiam, conſimiles cauſas, cum quodammodo relatiua ſint, a quibus producãtur, concedere oportet: non extrinſecus tantum accedentes, vt inſinuat etiam Gal. in principio lib. quos, & quando pugnare oportet cum dicit: ideò ſani diffi culter purgationes ferunt, quòd cum medicamentum purgans humorem non inueniat, ſanguinem,

Dari cauſas quæ à toto temperamẽto uel forma agãt, probatur.

Morbi in praua mixtione nõ modo humorũ ſed etiam elementorum.

Cauſas mixtionem diſſoluentes dari probatur.

& carnes colliquat, & ſic probam mixtionem euertit; ſed in noſtriſmet corporibus etiam ex vitiata aliqua coctione, modo antea dicto, genitas, cuiuſmodi ſunt praui, atq; maligni quidam humores, qui quidem toto temperamento, ſeu occulta proprietate, quàm manifeſta vlla, atq; euidenti qualitate, maiorem ſepenumerò noxam inferunt, vt ipſamet quoq; indicat curatio; quæ non rarò medicamentis à conſimili quoq; virtute, vel bezoartica, vel alexipharmaca, vt antea diximus, occulta; quã temperamento manifeſto, [quo interdum potius lædere deberent] perficitur; vt de Theriaca, Mitridatica cõpoſitione, Diaſcordeo, alijsq; huius claſſis nonnullis, quæ quamuis calida ſint, in hiſce tamen febribus condecenter, ac debito tempore; & modo [refracta.ſ. aliquo alio cordiali refrigerante caliditate] plurimum contuliſſe [quidquid aliter ſentientes dicant,] multorum experientia obſeruatum eſt. Quòd quidem manifeſtum argumentum nobis eſſe poteſt, humores à quibus huiuſmodi febres accenduntur, per inſignem putredinem, malignam quandam, ac quodãmodo venenoſam contraxiſſe naturam, qua exiguo etiã aucto ſupra naturæ gradum calore, magis lædunt; quam aliæ ſimpliciter putridæ, & ardentes multò maiori caliditate, benigniori tamen, nec multum nobis aduer

Humores maligni in corpore etiã generatur.

Cur feb. malignæ exiguo etiã calore multum lædant.

ſa eſſentia efficere poſſunt: vt ea de cauſa etiam vires noſtri corporis infringere magis ſoleant, vt antea quoq; cùm has febres malignas eſſe oſtenderemus, inſinuauimus. Cùm enim in his ita malignis humoribus, deleteria quædam, ac nobis inimica [minus tamen, quàm in verè peſtilentibus. Gradus enim in hac malignitate, atq; latitudinem dari, antea affirmauimus.] forma ſubſtantialis reperiatur, eaq; inſignis actiuitatis; mirum non eſt, ſi exiguo etiam interdum calore virium robur magis, quam ardentes ipſę inſigniter calefacientes, cũ benigniori tamen forma, diſſoluant. Calor ſiquidẽ, ſicuti, & quodlibet aliud accidens, magis, vel minus agendi efficaciam, ex formæ potius, cui vt inſtrumentum inſeruit, quàm ex ſui gradus intenſione, aſſumit. Qua ratione etiam philoſophi illud, licet ens imperfectum, in virtute tamen ſuæ formæ ſubſtantialis, poſſe ſubſtantiam producere, affirmare non dubitarunt; Et à nobis quoq; Theriacę, & piperis exemplo ſuperius oſtenſum eſt. Neq; profecto mirum videri debet; ſiquidem temperamentum manifeſtum, atq; occultam illam mixtionem, & ex illa ortam formam ſubſtantialem; ita oppoſitis modis immutari conſpicimus, vt vnum à naturali ſtatu multum poſsit variari, nulla etiam ferè, aut quàm perexigua ſaltem, in altero facta mutatione. Cum

Cur hæ vires multum proſternant.

Accidens in uirtute ſubſtantialis formæ operatur.

Mixtio & temperamentum contrarys modis poßunt immutari.

enim ſint quędam res diſtinctæ, atq; a diuerſis prin cipijs emanantes, fieri poteſt, vt pro cauſæ agentis diuerſitate in vno, vel altero modo agendi efficaciori, necnō ipſius paſsi concurrente ad vnam magis, quàm aliam alterationem ſuſcipiendam diſpoſitione, diuerſimodè etiā afficiantur. Vndè hoc obiter quoq; poſſe colligi videtur, nō eandem ſemper inter ſubſtantias elementorū in mixtis proportionem eſſe, quæ in ipſis eſt qualitatibus manifeſtis; quod quidem non aliunde, q̃ ex ipſarum qualitatū diuerſa actiuitate, pendere poſſe videtur. Sed de his ſatis. Ad quæſtionis modò principalis, Num ſcilicet malignitas ipſa res aliqua ſit ab ipſa putredine diſtincta; vel potius ſit ipſamet putredo, ad altiorem tamen gradum elata;] reſolutionem accedamus: quæ quidem ex dictis facilè colligitur, ſi hoc vnum ſolummodò in memoriam reuocaueri mus, per putredinem apud Medicum, tanquam ſenſatum artificem, & qui eam potiſsimum quatenus calorem præter naturam inducit, cōſiderat, nō accipi pro occultò illo mixtionis modò, neq; pro forma ex illo, orta ſubſtātiali, q̃m hęc duo ſub ſenſum minimè cadunt; verū ſola ratione intelliguntur; ſed pro manifeſta illa ſecundum calidius temperamentū alteratione, quādoquidem has tres mutationes in putredine ipſa contingere, ſupra affirmauimus.

Proportio ſubſtantiarū & qualitatum in mixtis non ſemper eſt eadē.

Queſtio in hoc tractatu principalis.

Putredo apud Medicos quomodo accipiatur.

Vnde

Vnde ita ſumendo, iure Gal. 2. meth. 5. de generatione [quam vnam, & eandem à parte rei cum corruptione, ſiue putredine, ſolo diuerſo reſpectu differentem eſſe oſtendimus,] loquens, dicit Generationem eſſe viam in ſubſtantiam, ergo pariter, & putredo pro via in ſubſtantiam, non autem pro termino accipienda erit, potiſsimum cum Ariſtoteles quoque 7. phyſic. tex. 32. finem tranſmutationis non eſſe, niſi æquocè, ipſam tranſmutationē dixerit. His igitur ita ſe habentibus, ſi verum eſt, vt antea probauimus, quod malignitas ipſa, quæ occultò quodam modo corpora noſtra lædit, in ipſa vitiata mixtione, nobisque aduerſa reddita, vel ſaltem in forma illa ex tali mixtione reſultante, conſiſtat, quis modo malignitatem ipſam, quamuis ſuæ originis principia, & cauſas ipſi putredini, inſigni tamen, acceptas referat, ab ea tamen, tanquàm terminū à via, ſeu à motu, cauſam ab effectu, ſubſtantiam demum ab accidente maximè differre facilè non videt? Potiſsimum verò cum ex alijs corruptionis generibus etiā, q̄ ex ſola putredine febrili, huiuſmodi malignitates, vt in epilepſia ab aura illa venefica, & hiſtericis affectibus, tùm ex ſanguine menſtruo, tùm maximè ex ſemine corrupto, oriri non raro conſpiciamus: quæ quidem malignitas cum magnam habeat cum harum febriū mali-

Generatiō & corruptiō vna eſt mutatio.

Reſolutio quæſtionis.

Malignitas non tantum ex putredine febrili, ſed ex alijs etiā corruptionibus generatur.

malignitate ſimilitudinē; atq; in illis ab huiuſmodi putredine illa ſciuncta ſit, eodem modo quoque in his febribus, ab ipſa putredine manifeſta, licet illi copulentur, diſtingui dicendū erit, & iure meritò, diſtinctam quoq; requirere curandi rationem.

Putredo manifeſta quomodo curetur.

Cùm manifeſta putredo ſolis frigidis, & ſiccis conſpicua ratione inuentis compeſcatur, vt aliàs diximus: Malignitas verò ipſa multiplex, atq; varia, licet illis quoq; non parum adiuuatur, validiora tamen, occultioriq; modo conferentia, ſola experientia adinuenta, requirit. Quæ quidem diuerſa ſunt pro varia, atq; multiplici malignitatis natura, atq; ſpecifica differentia; propter quā, vt teſtatus quoque eſt Gal. non omnes huiuſmodi febres, ſicuti & veræ ipſæ peſtes, eodem ſemper medicamēto, & antidoto, ſed aliæ vno, aliæ vero alio curantur.

Malignitas quomodo curanda.

Ex his autem non erit admodum arduum inuenire, quæ nam ſit propria, atq; ſpecifica harum malignarum febrium eſſentia, atq; ab alijs differētia. Cùm enim eas inter ſimpliciter putridas, atq; verè peſtilentes quodammodo medias conſtituerimus, facilè ex hoc etiam eſt inferre, eas quidem naturæ noſtræ eſſe, quàm ſimpliciter putridas, magis; minus verò, quàm verè peſtilentes, aduerſas atq; inimicas. In ſimpliciter enim putridis humores putreſcentes ſuperficiariā, & benigniorem putredinē

con-

conċipiunt, quæ quidem licet interdum multum ſupra naturale temperamentum incaleſcant; ſecundum tamen mixtionis modum, vel ſubſtantialem formam, non multũ à naturali ſtatu recedunt; neque illi multum diſsimilis eſt reddita, quò fit, vt etiam minus lædant.

Putredo in feb. ſimpliciter putridis qualis.

Secus in verè peſtilentibus feb. euenit, in quibus tantus fit ſecundum mixtionis modum, & ſubſtantialem formã à naturali ſtatu receſſus, vt quidquid ex huiuſmodi inſigni, intimaq; putredine, ſiue alterius naturæ ſit humor, ſiue inquinamentum cinorũ len um, generatur, omninò aduerſam naturæ noſtræ, deleteriamq;, ac venenoſam aquirit facultatem ſummę actiuitatis. Vndè fit quod ſicuti ſimpliciter putridæ, licet aliquando caliditatem intenſam adiunctã habeant, & conſequenter, quæ hanc conſequuntur ſymptomata, vt ſitis, vigiliæ, & huiuſmodi, videantur ſatis moleſta; cum tamen non ſecundum intimas partes, ſed ſuperficiarias tantũ, neq; intenſè admodum putreſcant, internam ſuam naturam alimentalem, qua vires adhuc fouere poſſunt retineant, neque vires multum debilitent. Contrarium in verè peſtilentibus fit; hæ namque cum occultò magis modo, quàm inſigni caloris exceſſu, vel alia euidenti qualitate offendant, fit vt ſenſim etiam, abſq; graui vllo accidente, præter ſu-

Putredo verè peſtil.

Feb. ſimpliciter putreda quæ nocumenta magis inferant.

Cur feb. verè peſtilentes ſine inſigni ſymptomate aliquãdo interimãt.

mam

mam virium imbecillitatem ęgri ad mortem contendat; atq; nonnunquam etiam ob venenatos huiuſmodi vapores è putredinis foco ad cor delatos, ſpiritus vitales corrumpentes, ſyncopas, aliaquè animi deliquia inducant.

Diuerſa eſt particularis malignitatis natura.

Vt verò huiuſmodi deleteria facultas, atq; maligna, in vniuerſum naturæ noſtrę eſt aduerſa; ita particulatim aliqua vni parti magis, quàm alteri, aliqua ſpiritibus magis, ijſq; vel vitalibus, vel naturalibus, vel animalibus, quàm vel humoribus, aut ſolidis partibus, vel è contra aduerſatur. Vnde etiam maximè fit, vt vna huiuſmodi malignitas, multò q̃ alia ſit pernicioſior. Quæ enim partibus magis prę cipuis aduerſatur, magis quoq; eſt periculoſa.

Cur malignitas ſpiritibus vitalibus inimica omniũ ſit pernicioſiſſima.

Quæ cum ſpiritibus potiſsimum vitalibus inimicitiam gerit, omnium eſt pernicioſiſsima. Cuius quidẽ ea ratio aſsignari poteſt, quò dhi ſpiritus, cum primum noxam aliquam inſignem percipiũt, quò ſe tueantur, in cor, tanquàm in propriam arcẽ ſeſe recipiant: illicq; facillimè idcirco læſiones ſuas quoq; impertiunt. Non tàm cito autem, nec tàm facilè lędunt humores ipſi vitiati, atq; excrementitij etiam minus: ex horum enim læſione, tantùm non percipit detrimenti ipſa natura, quantum ex alimentalium, vt ex quibus vires aſsiduò reſtaurantur, vitio, ac nocumento. Sic igitur ſe habent febres

bres tùm ſimpliciter putridę tùm etiam verè peſti-
lentes. Inter quas, vt diximus, hæ noſtræ malignę,
ac peticulares mediam quandam naturam habēt.
Sunt etenim ſimpliciter quidem putridis deterio-
res; verè aūt peſtilentibus benigniores, multò, ac
tutiores. Quoniam licet putredinis gradum occul
tum ex illa vitiata mixtione, vel forma, nobis ad-
uerſum, magis quàm ſimpliciter putridæ, conti-
neant; non tamen ille adeò nobis eſt aduerſus, atq;
inimicus, quemadmodum eſt in verè peſtilentibus
ipſis: vt propterea, quamuis multi ex his malignis
febribus intereant, plurimi tamen etiam euadant.

Quomodo hæ noſtræ feb. ſint mediæ inter peſtil & ſimpliciter putridas.

Eòq; hę noſtræ febres ſunt ſimpliciter putridis de-
teriores, quòd non modo aduerſam nobis magis,
quàm illę contineant proprietatem; vérumetiam,
quia ad ſanguinem, qui inter humores omnes no-
ſtrarum virium præcipuus cuſtos iure habetur, pe-
culiarem quandam, vt antea diximus putredo illa
maligna, habet contrarietatem.

Collatio harū febrium cū ſimpliciter putridis.

Sanguis præcipuus eſt virium cuſtos.

Quò fit, vt non poſitiuè modò à mala illa eiuſ-
modi putredinis qualitate; ſed ēt priuatiuè, pro-
prio nimirum, atq; præcipuo nutrimento deſtitu
tæ, vires offendantur, ac magis debilitentur.

Dupliciter ſanguis putrefactus lædit.

Cùm verò nobis aduerſæ huiuſmodi humorū,
deleterięq; facultatis, magnam admodum latitu-
dinem eſſe, ſit manifeſtiſsimum; ita in hiſce febri-

 bus

bus idem quoq; reperiri cenſendum erit, vt & pro maiori, vel minori putredinis gradu; pro agentis

Varius in his feb. malignitatis gradus.

cauſę maiori vi, & efficacia; ac pro maiori paſsi diſpoſitione, aliarumq; huius modi circumſtantiarũ conditione; maior, vel minor quoq; in illis prauitas reperiatur; atq; ſic, vt medię, ad alterum extremorum magis, vel minus accedant.

Correlaria.

Ex dictis multarum quæſtionum, ac dubitationũ ſolutiones facillimè haberi poſſunt; inter quas ea, quam ab initio ferè tetigimus, primò occurrit,

Cur gallico morbo infecti in his febribus magis periclitabantur.

cur ſcilicet, qui morbo gallico erãt coinquinati, in hiſcè febribus magis periclitarentur. Etſi enim huius rei multiplex ratio aſsignari poſsit, ea tamẽ mihi potior eſſe videtur, quòd cũ hic morbus ſit quoquè in intemperie malę mixtionis humorum, in ſimilaribus partibus, abſq; alicuius ſæpènumero manifeſti intemperamenti indicio, inter alias, quas corpori noſtro infert noxas, hanc vnam quoq; habet vt ad reſiſtendum quibuſuis contrarijs reddat maximè imbecillum; ijs potiſsimum cauſis, quæ à toto temperamento mixtionem probam ſoluendi, magnam vim habent; cum inter ſymbola faciliorem eſſe tranſitum philoſophorum quoque teſtimonio ſit comprobatum. Cùm igitur harum febriũ malignitas ex praua illa mixtione orta, conſimilemq; in alio efficere apta, ſi corpori deprauata

ta ſimiliter mixtione vitiato, vt eſt lue gallica infe-ctum, occurrerit, quid virum, ſi vitium illud adaugendo, maximè lædere poſsit?

Verùm quoniam in hoc de putredine ſermone prolixiores multò quàm à principio nobis propoſueramus fuiſſe videmur, tempus eſt vt receptui canamus; vbi vnum ſolummodo addiderimus. Eſt autem, quanam ratione hanc inſignem putredinem excrementorum fætor ita ſubſequatur, vt ex illo potiſsimum, præter alia indicia, febrem malignam Medici inferre conſueuerint; ita vt eius inſeparabilis quidam effectus cenſeatur? Huius quæſiti exacta ſolutio, vt de odorum generatione, & cauſis ageremus, poſtularet: ſed quoniã tractatus hic, nobis conſtitutos limites, nimium excederet, nè hoc eueniat, breuiter ita reſponderi poſſe exiſtimamus. Quòd odores, ſapores, & colores, huiuſmodiq; ſiue ſecundæ, ſiue tertiæ qualitates dicantur, cùm ſint mixtorum tantum corporum proprietates, ex illis primis elementorum variè inter ſe refractis, atq; alteratis reſultant. Quemadmodum igitur, vt clariori exemplo vtar, ex varia luminoſi corporis, cum opaco mixtione, diuerſi medij colores, prout vnius magis, quàm alterius extremi participant, oriuntur; ita odores, & ſapores, [qui tantã inter ſe videntur habere affinitatẽ, vt odores quoq;

Quomodo fætor ſit inſignis putredinis ſig.

Odores, ſapores & colores, vnde generentur.

ſaporum nominibus explicentur.] ex varia humidi cum ſicco, tanq; ex materia, à calore vti efficiente facta mixtione naſcuntur; ita tamen, vt in ſapore humidum cum ſicco eò modo miſcentur, vt ipſum, humidum aqueum ſuperet, ac dominetur ipſi ſicco; in odore verò contrarium fiat, vt humido nimirum ſiccum aereum dominetur; vt propterea etiam; odor ſicci; ſapor humidi eſſe dicantur.

Ex quibus qualitatibus ſapor, & odor generentur.

Odorata sũt calida.

Odorata præterea, vt talia ſunt, debent eſſe calida; namq; non defertur odor per mediũ ad ipſum obfactus ſenſorium, niſi in ſubſtantia quadam tenui, vaporoſa, atq; aerea, quam ex odorato corpore, ſine caloris auxilio excitari atq; eleuari poſſe videtur impoſsibile: vt ideò odorata omnia, quà talia ſunt, dominantem caliditatem habeant, videatur omninò neceſſarium. Quoniam verò nos homines cæteris animantibus obtuſiorem obfactus ſenſum habemus, fit vt eius proprias differentias minimè percipiamus, ſed quatenus tantùm ſenſum ipſum benè, vel malè afficere videntur, à nobis diſtiuguantur; vt propterea gratus atq; ſuauis; & ingratus, ac fætidus, tanquàm duo extremi cõſtituantur. Cumq; huiuſmodi odores, vt alias multas qualitatus, rebus natura, tanquàm ipſarum nobis vel amicarum, vel aduerſarum indicia, quibus ad conuenientia perſequenda, vel nociua, atq; aduerſa

Homo obtuſiorem olfactũ quã alia animalia habet.

Cur odores & ſapores ſint rebus inſiti.

ſa fugiédá excitaremur, tribuiſſe videat̃; hinc colligi poſſe manifeſtũ eſt ideo, gratos odores nos plurimũ delectare, q̃a ex mixtis proportionata nobis mixtione conuenientibus proficiſcantur; contra verò fętidi, ex diſsimili naturæ noſtræ mixtione cum oriantur, propterea etiam nos lædere cõſueuerũt.

Cum igitur in putreſcentibus humoribus, & mixtio, atq; forma naturæ noſtrę aduerſa oriatur, mirum quoquè non eſt, ſi hęc etiam ſecunda qualitas illius primæ, atq; occultæ, veluti quidam index, nobis pariter noxia, atquè ingrata reſultet.

Vt popterea fœdus iſte odor, nobis minus conuenientem, ac familiarem eſſe eius mixti nudi prouenit, naturam oſtendat, ac iure meritò inſignem quoq; putredinem conſequatur. Sed hæc de huiuſmodi quæſito probabiliter tantum dicta eſſe volumus, alij meliorem afferent rationem, atquè hæc de his ſatis.

De putredinis in his febribus ſubiecto, alijſq; earundem mediatis cauſis.

Cap. VIII.

CVm putredinem, eamq; non ſimplicẽ, ſed malignitati cuidam naturæ noſtræ quodam modo aduerſæ coniunctam, immediatam

harum

harum febrium cauſam ſtatuerimus: Conſequens modò eſt, vt huius quoq; malignæ putredinis cauſas tùm materiales, tùm effectrices inueſtigemus. Cum enim alicuius humoris ſit corruptio, & à cuius diuerſitate, diſtinctas quoq; putridarum febrium ſpecies ſuboriri, antea etiam aſſeruerimus, primùm, in quonam hæ febres humore, atq; putredo iſta, ſuũ in noſtris corporibus habuerit fundamentum, indagandum videtur. Cum antea ſub ſynocharum, & interdum etiam ſub bilioſarũ genere has febres collacauerimus, conſequens quoquè eſt, vt dicamus, humores, ex quibus oriebantur, aliquando bilem, maiori tamen ex parte ſanguinem ipſum extitiſſe.

In quonam humore putreſcente hæ febres fundẽtur.

Quamquàm enim quilibet humor calore, & humiditate ad putredinem magis diſpoſitus, huiuſmodi malam putredinem poſsit contrahere; vt plurimum tamen, vt ex illis, quæ antea in mediũ attulimus, dum ſanguineam, maiori ex parte, huiuſmodi feb. eſſe probaremus, colligi poteſt, in ſanguine putredinẽ hanc primò fundatam fuiſſe, ad illumq; peculiarem analogiam habuiſſe, ſatis eſt manifeſtum.

Quo quidem ſanguine putrefacto, mirum non eſt, ſi propter contactum, & viciniam, alij quoq; humores, bilioſi pręcipuè coafficiantur. Neq;

pro-

profectò indicio noſtro eſt, vt in dubium vocetur, quòd ſicuti alij humores ſub proprijs formis putreſcere conceduntur, [prout quidem Medici putredinem accipere ſolent:] eidem ſanguini quoq; id poſsit contingere; cùm hac in re non vnius, quam alterius maior ratio eſſe videatur; ſumendo inquã, vt diximus, putrefactionem, non, vt philoſophi, pro inſtantanea illa mixti formæ ſubſtantialis amiſſione; quãdoquidem hanc in inſtanti introduci in materiam iam diſpoſitam, anteà quoq: oſtendimus: ſed pro præcedenti illa ſecundum manifeſtũ temperamentum alteratione, quam pariter, cum Galo. 1. prorrhetic. 2. & 17. à lignis, quæ conburuntur ſumpto exemplo, non exiguam habere ſui latitudinem declarauimus.

Sed circa paulò antè ennarrata, maxima ſeſe nobis offert dubitatio, putreſcat nè primo in his febribus ſanguis, ac deinde ab eo alijs humoribus puttedo communicetur; an verò è contra, putredo primum alios humores, deindè tandem & ſanguinem ipſum aggrediatur. Cum enim ſanguis calidus, & humidus ſit, putredini videtur maximè obnoxius. Alia tamen ex parte cum ille ſit theſaurus vitæ, cuius conſeruationis ſummoperè ſtudioſa, atq; ſollicita eſt ipſa natura, ratio poſtulare videtur, vt ipſum præcipuè, magiſq; quàm alios hu-

Sanguis etiã ſub propria forma putreſcere poteſt.

Putrefactio quo apud Medicos ſumatur.

Dubitatio An in his feb. putreſcat primo ſanguis.

humores, à corruptella tueatur; & ſic illos prius, deindè verò, ſuperata tandem natura, & ipſum ſanguinem putredo occupabit. Hac in re ita ſtatuendum videtur, affici quidem ob rationes allatas ſanguinis partem ichoroſam, & magis excrementitiã, quòd, & mortificæ cauſæ ad ſanguinem ipſum habeant præcipuam analogiam, vt oſtendimus; & portio illa humoris, vtpotè humidior, ad putredinem concipiendam, ſit magis parata; progreſſu tamen temporis in alimẽtalem quoq; ſerpere ipſam putredinem poſſe, nullo modo eſt dubitandum. Cuius quidem manifeſtum indicium eſſe poteſt, quia ſi alimentalis ſanguinis pars fuiſſet primò putrefacta, ſtatim etiam à principio virtus ipſa, alimento proprio deſtituta, concidiſſet, nec vllo modo, ſecus ac in plurimis eueniebat, ita benè vſq; ad. 11. vel 14. morbi diem perſiſtere potuiſſet; & conſequenter ob imbecillas vires, adeò proficua, atq; ſalubris, vt multis quidem fuiſſe euentus ipſe nobis comprobauit, ſanguinis miſsio non extitiſſet; ſi ipſius ſanguinis pars alimentatis antè humores alios conputruiſſet. Fiunt igitur primum putridi ſanguinis ichores ipſi, deindè verò & humores alij, atq; idémet quoq; ſanguis alimentalis, pro cuiuſq, maiori, ab huiuſmodi cauſis alterantibus, ac putrefaciẽtibus ad patiendum diſpoſitione; nec

Reſolutio.

Quod primo ychores ſanguinis putreſcunt.

non

non pro talium cauſarum ad vnum magis, quàm ad alterum humorem maiori, vel minori antipathia. Vt quamuis [quemadmodum ſuperius allata ratio comprobabat] Natura ſit de ſanguinis, quàm aliorum humorum conſeruatione; & de cordis quoq; quam cuiuſcunq; partis tutella, magis ſollicita; non propterea tamen inconuenit, quòd ſi cauſę aliquæ accedant, quę maiorem cum his, quã cum alijs, habeant analogiam; atq; contrarietatem, quin ét prius affici, atq; corrumpi poſsint; cũ ex philoſophi quoq; decretis, non quodlibet agat in quodlibet, ſed in proportionatum tantum, ac benè diſpoſitum ſubiectum. Cur porrò ex putrefacto ſanguine, quàm ex alio quouis humore, ſæuiora ſymptomata, atq; malignitas ſuboriantur, antea capite, v. & alibi etiam rationem adduximus. Ex his igitur mirum nobis haudquaq̃ videri debet, ſi pro putreſcentiũ humorum diuerſitate, atq; affectarum partium imbecillitate, multiplicíq; cauſarum ui, & facultate, varios, diuerſosq; morbos, taliaq; ſymptomata ſuboriri conſpiciamus.

Reſpondetur rationi in contrarium allatæ.

Non quodlibet agit in quodlibet.

Cauſæ verò huius inſignis, atq; malignæ putredinis in huiuſmodi febribus, efficientes, aliæ ſunt ad eam tantummodo diſponentes; aliæ verò diſpoſitum iam corpus in pellentes; & vtręq; quidem aut internæ, aut externę. Cum enim non ex quo-

Cauſarũ putredinis malignę diuiſio.

O rum

rum cunq; humorum, ſed ſanguinis potiſsimum, nec non aliquando bilis corruptella, eas præcipuũ ſui ortum habere conſtituerimus; atq; ad corruptionem hanc efficiendam, non modo humor putredini tali aptus, tamquam paſſum; ſed etiam putredinalis calor pręter naturam adauctus tãquàm efficiens, & ebullicionem introducens, requirantur; hinc fit, vt quæcumq; cauſæ ad diſponendum ad has febres concurũt alterum iſtorum reſpiciãt; & ſic vel huiuſmodi iam dictos humores generare; vel genitos in noſtris corporibus retinere; atq; demum calorẽ pręter naturam adaugere poſſunt. Huiuſmodi igitur cauſæ diſponentes, ſiue poſtea ſint generantes, ſiue colligentes, in ſpecie tam internæ, quàm externæ, variæ multipliceſq; pro humoris ipſius, qui multiplicatur, natura, eſſe poſſunt. Cumq; dupliciter, vt ex Gal. lib. de curatione per ſanguinis miſsionem cap. 19. & alibi colligitur, ſanguis fiat naturæ moleſtus, vt cum ab ea regi probè, gubernariq; minimè poſsit, facilè deinde computreſcat; vel ſcilicet cum ita creuerit multitudine, vt vel vires præmat, & dicitur plenitudo quoad vires, vel arterias, & venas diſtendat, ſindat, vel rumpat, & plenitudo quoad vaſa nuncupatur; aut fit ſanguis naturæ inutilis qualitate, cùm propriam ſcilicet qualitatem ad vnguem non

Cauſæ diſponentes ad putredinem.

Sanguis dupliciter à natura ſua recedit.

Plenitudo duplex.

ſeruat,

ſeruat vt ita benè, ac antea, nutrire poſsit; Hinc ſequitur, vt duplices quoq; ſint huiuſmodi cauſę, aliæ quippè, quę ſola quantitate, aliæ quæ præter naturali aliqua qualitate vitioſum reddunt.

Cauſæ ſolam ſang. quantitatum multiplicantes.

Quæ ſanguinem ſola quantitate nimia peccantē multiplicant, internæ quidem ſunt, optima corporis tùm totius, tùm maximè Iecoris temperatura calida, & humida; ſine vlla ventriculi, vel alterius concoctionis mineræ læſione manifeſta. Huic tamquam concauſæ adiuuantes accedunt totius corporis habitus quadratus, ac benè conſtitutus, ætas iuuenilis, & huiuſmodi aliæ. Quibus ſi externæ quòq; conſimiles aliæ cauſę, potiſsimum verò copioſa, lauta, ac boni ſucci victus ratio acceſſerint, dubium profectò non eſt, quin futurum ſit, vt multa ſanguinis copia generetur; quæ ſi deinde diutius in corpore, vel intermiſſo ſolito exercitio, atq; vita otioſa; vel ſuppreſſa aliqua ſanguis conſueta aut per vterum, aut per hæmorrhoidas, aut ꝑ nares, [hiſce.n.multis modi à ſuperfluis ſolet ſe exornerare natura]euacuatione retineat, cui dubiū, quòd multorum morborum ea fomes atq; origo eſſe poſsit? vt non immeritò quoq; 1.aph. 3. hac de cauſa bonum quoq; habitum, quo à multis imminentibus malis, corpora ꝓſeruētur, eſſe ſoluēdū, minuēdamq; plenitudinē, cōſuluerit diuinus Hip.

Concauſæ.

Cōſuetæ quibuſdā ſang. euacuationes.

Cauſæ malâ qualitate ſãguinem inficientes. Si verò ſanguis non quantitate tantùm, ſed qualitate magis, vt cum nimis calidus, & humidus, calidus & ſicus, cuiuſmodi quoq; eſt ipſa bilis, à naturali ſuo ſtatu receſſerit, vt hanc ob cauſam putredini obnoxius magis reddatur; tamquàm opus quoddam præter naturam, vitiatam aliquam coctionem neceſſariò conſequitur; quod quidem dupliciter, vt 2. de ſymp. cauſis à Gal. nobis teſtatum eſt, cap. 1. fieri poteſt. Vel ſcilicet læſa aliqua, *Coctio dupliciter lædi poteſt.* ſiue ventriculi, ſiue, & maximè iecoris, propter aliquam, potiſsimumq; inæqualem intemperiem, vel naturalem, vel aquiſititiam ſaltem, coctrice facultate; Vel ſaltem ob errorem aliquem externũ: qui quidem potiſsimum à praua, indecentiq; victus ratione, non modo in quantitate nimia, & excedenti; ſed in qualitate etiam, modo, ordine, & tempore, vitiata, deſumendus erit. *In victu quot modis peccetur.* propter quas quidem cauſas conſimiles illi humores in corpore generantur.

Qui quidem poſtmodum ſic geniti, ſi vel otio pariter, deſidioſaq; vita, ac ſedentaria; vel ſuppreſſa aliqua conſueata antea euacuatione, vt periodica aliqua diarrhea, & ſanato aliquo vlcere diuturno, & huiuſmodi; vel adſtringentium rerum immodico vſu, aut huiuſmodi aliqua aliæ cauſa è corpore exire prohibeantur, fiunt pariter diuer- *Retinentes in corpore humores prauos cauſæ.*

ſorum,

ſorum, pro cuiuſq; naturę uitio, partiumq; in quas influent, diuerſitate, morborum cauſæ.

In pellentes verò corpus iam diſpoſitum, in ipsā putredinem cauſæ, ſunt illæ ferè omnes, quæ ipsā putredinis cauſam efficientem, calorem nimirum præter naturam, in corpore iam prædiſpoſito, ad augere poſſunt; quæ quidem ſiue ex aſſumendis, ſiue faciendis, ſiue foris incidentibus, aut etiam euacuandis deſumantur, calorem hunc dupliciter intendere poſſunt, aliæ nimirum per ſe, aliæ verò per accidens, id præſtantes.

Impellentes cauſæ.

Cauſæ calorem præter naturam excitantes duplices.

Per ſe quidem, quæcumq; prima ſui ratione calefacere poſſunt; cuiuſmodi imprimis ſunt vſus rerum calidiorũ ſiue alimentorum, ſiue aromatum, aut medicamentorum; violenti tùm animi, tùm etiam corporis motus, atq; intempeſtiui; immodicus, ac importunus balneorum calidiorũ vſus, atq; nimia aeris ambientis caliditas, potiſsimũq; magna eius inæqualitas, vt cùm eadem die modo calor, modo frigus fit, ex 3. aph. Hip. autumnales morbos expectare oportet. Cuius quidem ea poteſt eſſe ratio, tum quòd ſubitas mutationes, vt alibi quoq; idem teſtatus eſt Hip. ſine noxa perferre non poteſt natura noſtra; tum quia cum ex aeris magna intemperie inæquali, diuerſimode, modò intro, modò foras, cum impetu in noſtris corporibus

Cur aeris inæqualitas multos morbos pariat.

ribus agitentur humores, non modo ex hoc motu violento, quæ eius eſt natura, in caleſcunt; ſed et impetuosè in venas, maximè anguſtiores impingẽtes, obſtructiones varias in diuerſis corporis partibus, potiſsimum verò in ſuperficialibus, quando calori excedenti frigiditas intenſa de repentè ſuccedit, efficiunt. Calore enim valido à centro ad circumferentiam humores attracti, à repentina frigiditate ſuperueniente inibi impinguntur; prohibitaq; vaporum, atq; fuliginum, quæ aſsiduò ex ipſis humoribus, à noſtrorum corporum potenti calore excitantur, euaporatione, caliditas neceſſariò augetur, quam deinde humorum ebullicio ſubſequitur: In qua cùm fumi illi aduſti aſsiduò eleuati, nõ poſsint propter obſtrutiones, vel cutis conſtipationes exhalare, ad cor ipſum retrocedentes deferuntur.

Frigoris poſt calorem occurſus noxius

Vt propterea abſq; huiuſmodi obſtructionibus, aut cutis conſtipationibus, febres putridas, [niſi ex mero cõtagio omnino oriantur. ab hauſto enim contagij ſeminario, immediate etiam corrumpi poſſe humores, clarius deinde explicabitur.] fieri poſſe vix videatur.

Per accidens verò, calorem in noſtris corporibus augere poſſunt, non ſolum internę obſtructiones, vel à ſola quantitate, vel mala quoq; humorũ qualitate,

Cauſa per accidens calorẽ augentes.

qualitate, craſsicie nempè, lentore, & viſciditate, pêdentes, qui quidē tales ex vitiata aliqua, vt diximus, concoctione generant; ſed ēt ex quarūcunq; adſtringentiū rerū vſu tùm intrinſecus; tū ēt extrinſecus quæmadmodū quoq; ex cutis conſtipatione; quæ quidem multis de cauſis fieri poteſt; interdum enim fit ex aliqua nimis exſiccante, & conſequenter adſtringente inunctione, unde plurimi ſcabie, ex interna corruptione ſanguinis pendente, infecti, cùm nulla præcedenti euaccuatione eſſent prius inaniti, vnguētis huiuſmodi ex ſublimato, & ſimilibus inuncti, in febres incidiſſe non rarò uiſi ſunt, Idem quoq; balneorum ex aquis thermalibus ferreis, vel aluminoſis vſus efficere poteſt; quæmadmodum etiam corporis habitus denſus. Idem quoq; aëris frigiditas, ſi ei poſt violentum potiſsimum motum, & calefactionem, de repentè corpora exponantur, omnium maximè, ob ſupra dictas rationes, efficere ſolet,

Cutis conſtipationis cauſa.

Inunctiones adſtringētes.

Balnea.

Tot igitur cùm ſint cauſarum genera, quæ pro ſui magnitudine, putredinem quoq; magis, vel minus intenſam, atq; malignam in noſtris corporibus efficere ſolent, facilè modo, quænam ex illis ad has noſtras efficiendas febres concurrerint, eſt colligere.

Quę cauſę ad haurum febrium putredinem efficiēdam concurrerint.

Ac primò quidem ex parte diſpoſitionis ipſius

paſsi,

paſsi: has conſpiraſſe cauſas, exiſtimamus.

Imprimis quidem ſanguinis ipſius, non in quantitate ſolum, ſed etiam in qualitate, vitium. Sanguinem ſola etiam quantitate peccantem, huius putredinis venenoſæ pabulum imprimis fuiſſe, ſi quæ ante dicta ſunt, in memoriam reuocauerimus, corpora nimirum, præcipuè ſanguinea, iuuenilia, quadrata: & rubicunda, ac demum, in quibus ſanguis ipſe alijs humoribus predominari manifeſtè conſpiciebatur, tentata fuiſſe, & mortis periculũ ſubijſſe; quòd, vt alias quoq; diximus, prauitas iſta putredinalis, ad ipſum maximè ſanguinem haberet antipathiã, haudquaq̃ profectò inficiabimur.

Sãguinis copia.

Qualitas praua in ſanguine.

Malam quoq; in ipſo ſanguine qualitatem aliquam adfuiſſe, his non contemnendis coniecturis, ad credendum inducimur. Si enim verum eſt, quod paulò ante diximus, prauos, ac vitioſos in nobis generari humores, non modò ob internos morbos, facultates ipſas oblædentes; ſed etiam ob vitium quodcumq; ipſius obiecti; [quod quidem cum Gal. 2. illo de ſymp. cãis. 1. externum errorem appellauimus;] quis negabit, ex vitioſis, quibus aſsiduò vtimur alimentis, prauos quoq; ac vitioſos ſuccos generari? hoc non modo non negat, ſed maximè admittit, ac comprobat Gal. ipſe 2. aph. 36. A mala quoq; aeris intemperie, prauaq;

Alimenta vitioſa prauos humores generant.

tem-

temporum conſtitutione, uitiatos terræ fructus nobis reddi; ita experientia quotidiana mihi clarum videtur, vt nemo, niſi ſtupidæ admodum mẽtis, dubitare poſsit, His igitur ita ſe habentibus cùm præterito, quo ſegetes eſfloreſcebant tempore, copioſiſsimæ, ac diuturnæ pluuiæ præceſiſſent; ſubſequutaq; ſit inſignis admodum, per quinq; ferè continuos menſes, [res profectò mira, nullaq; hominum memoria antea obſeruata] ſiccitas, atq; caliditas, qua non minores tantum plantæ, ac herbæ, ſed pleriſq; etiam in locis magnæ ipſæ arbores exaruerint, unde tanta demum ſubſequunta eſt rerum omnium egeſtas, vt nil penè aliud, quàm modicum triticum, atq; vinum colligi vltimis illis mẽſibus potuerit, vt multos varijs in locis [non in hac tamen, Dei optimi Maximi benignitate, regione ad hoc extemum res deuenit] non ſolum glandibus, furfuribus, ſed etiam ex paleis [ſi tamen credibile eſt] confectis panibus, victitaſſe; alios verò his etiam deficientibus, fame ipſa interemptos fuiſſe, relatum ſit, his, inquam, ita ſe habentibus. qui cum ratione negare poterit, tum alimenta quoq; in regionibus illis, in quibus, vt in hac quoq;, ea viguit temporum conſtitutio, prauitatẽ non leuem, atq; empireuma, ſeu, vt ita dicam, ignei tatem, magnam profectò ad putreſcendum

Vnde alimẽta noſtra ſuerint uitiata.

Inſignis æſtatis ſiccitas.

Inſignis egeſtas.

Empireuma

aptitudinem quandam contraxiſſe? Vt hæc forſam non minima, inter alias plures cauſas, fuerit, quòd nobilibus magis, quàm plebeis huiuſmodi febres fuerint exitioſæ. Cum enim hi, aliunde, potiſsimum ex Germania, vbi ea minimè viguit conſtitutio, allato; illi verò nobiles nimirum, maiori ex parte, proprio, ac noſtrate tritico victitarẽt, hinc maiorem putredinis occaſionem nobiles, quàm plebem ipſam contrahere potuiſſe credendũ eſt; Cum pręſertim, vt diximus, neq; legumina neq; herbæ, neq; vlli ferè alij fructus, etiam praui quibus, pauperes ali poſſent præter triticeum panẽ, eumq; in exigua adinodum copia, ſuppeditarentur. Quæ quidem rerum omnium inopia, aſsiduis potiſsimum laboribus, quibus pauperum corpora ad aquirendum victum, vti coguntur, coniuncta, fuit in cauſa, vt ipſorum corpora [ſecus ac nobilium, qui ob rerum affluentiam, delicatam, otioſam, atq; penè deſidioſam vitam, multã quoq; humorem copiam, coacerurant;] adeo exſiccarentur, vt nihil fere ſanguinis ſuperflui pro putredinis pabulo reſidui relinqui videretur.

Nobilibus cur magis quàm plebeis hæ feb. fuerint perniciosæ.

Hiſcè cauſis ita diſponentibus, aliæ quoq;, & non paucæ quidem impellentes acceſerunt. Inſignes nimirum æſtatis, diuturniq; calores, & ſiccitates; atq; deindè infenſæ hyemis frigiditates ſubſequutæ.

Cauſæ in has febres impellentes.

ſequutæ. Summā præterea aeris inęqualitatem, quæ quidem huic Tridentinæ regioni admodum eſt familiaris, et eo potiſsimum autumni tempore viguit, magnam quoq; hiſce febribus tribuere potuiſſe occaſionem, ſi quæ de aeris inęqualitate paulò ante ex Hip. 3. aph. attulimus, conſiderauerimus, planè nihil dubitabimus.

Quæ in Tridentina ciuitate ſit magnæ inæqualitatis aeris cauſæ.

Quęnam verò in hoc noſtra ciuitate huius tantę inæqualitatis, multarum ex deſtillationibus potiſſimum ægritudinum cauſa, author exciterit, ſitq; etiam nunc ſtetuenda; cum non modo ab æſtate in hyemem, & è contra ſine vllo ferè, aut certe q̄ exiguo veris, vel autumni medio tranſeamus: ſed etiam in eadem die inſignis modo calor, modo excellens frigus percipiatur, vnde poſtmodū multa morborum genera emanant, varia, muliplexq; aſſignari certè poteſt. Potiſsima autem, atq; præcipua eſt vrbis ipſius in media quadam ualle circūquaq;, potiſsimum verò ab ortu & ab occaſu excellis, nec admodum diſtantibus montibus circūdata, auſtro verò, & aquiloni magis obuia atq; aperta, ſitus atq; poſitio: Quò fit vt ventis ipſis auſtrinis calidis & humidis, omniumq; maximè putrefactiuis; nec non ſeptentionalibus maximè frigidis ſit expoſita. Accedit quod ad aquilonarē plagam in loco qui Zambana dicitur, & ab auſtro in

Situs Tridētinæ ciuitatis

Paludes circunſtantes. alijs, qui Naldenum, & Matarellum appellantur, plaudes non paucæ reperiuntur. ex quibus ſpirantibus ventis illis prauæ admodum ex halationes in vrbem ipſam deferuntur. In montibus etiam altis proximè circum iacentibus, ad principium ſępe maij vſq;, vt hoc anno etiam contigit, copioſę niues reperiuntur, à quibus antè ortum & poſt occaſum ſolis [quorum hic tempeſtiuè, ille verò tardè ob dictam montium celſitudinem aduenit] manè & veſperi, nec non etim tota nocte ciuitati maximum frigus ſępe numero impartitur. Interdiu verò, potiſsimum paulò poſt meridiem, cum Solares radij è dirrecto montes illos, ciuitati ab ortu ſuperemi nentes, le laſtre vocatos, omnino ferè terra detectos, ac nudos, petant, ex hac ſupra ciuitatem ipſam radiorum reflexione inſignis admodũ æſtus excitatur. Cum igitur nocturno, matutino, & veſpertino tempore frigus, interdiu vero calor non mediocris vigeat, ac dominetur, quantum huiuſmodi repentina, interdumq; extrema mutatio ad multos producendos morbos momẽti habeat, qui Hip. aph. 51. ſecundę particulę, & aph. 4. tertiæ particulæ, aliàq; eiuſdem ẽt Galeni loca, vel primis labijs attigerit, ignorare non poterit.

Quod verò ad huiuſmodi vulgares, commu-

nes,

nes, & epidemicos morbos producendos aer ipſe quoq; concurrerit, clarum itidem eſt ex eodē Hip. lib. de natura humana, cum dicat, Quando eodē tempore, naturæ eiuſdem morbi multos cuiuſcumq; ſtatus, ætatis, temperaturæ, ſexus, & victus indefferentur inuadunt, cauſam eſſe communem, & in aerem potiſsimum, tamquàm huiuſmodi cōmunem originem eſſe reſſerendam.

Aer etiam ad has febres concurrit.

Num verò noſter hic aer ſolis manifeſtis qualitatibus, calore nimirum, vel frigore, aut etiam utriuſq; mutua, vt diximus, viciſsitudine, tantum; an verò oculta etiam ac peſtilenti aliqua labe infectus concurrerit. hoc in data à principio huius febris definitione à nobis inſinuatum fuit, quando ab aeris potiſsimum adſtrictionē fieri, affirmauimus: ab hac.n. inter alias cauſas coaceruatis in noſtris corporib. humoribus, difflareq; ꝓhibitis, maxima putredini occaſio, a ſuperueniēte etiam poſt modum validiori caliditate, tribuebatur.

Qua ratione aer concurrerit.

Nullam enim, pręter iam dictas manifeſtas, aliam ocultam, aut peſtilentem in aere fuiſſe qualitatem, communi omnium conſenſu concluſum, atq; ſtabilitum fuit, vt multis quidem rationibus demonſtrari poteſt.

Aerem nulla peſtilentī qualitate fuiſſe infectū.

Cum enim dupliciter potiſsimum malignus, ac venenoſus aer fieri ſoleat; vel ſcilicet per propriam inter-

Dupliciter corrumpitur aer.

internamq; ſui ipſius corruptionem; vel per putres atq; malignos ipſi commixtos vapores: neutra cauſa in hoc noſtro aere locum habuit. Non quidé prior, quandoquidem talis aeris corruptio eſſentialis calidam & humidam intemperiem eiuſdem conſequi ſolet: Cuius potius oppoſita, ſicca nimirum, per plures menſes, ſine ulla omnino pluuia perdurauit, vt antea quoq; dictum fuit. A qua quidem ſiccitate tantum abeſt, vt aer putrefieri potuerit, vt potuis, ſi quæ in eò putredo extitiſſet, omnino corrigi potuiſſet. iuxta Hip. illud ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores.

Secundum propriam eſſentiam.

Neq; etiam per putridorum, atq; corruptorum vaporum commixtionem, aliqua qualitate fuiſſe infectum aerem erit exiſtimandum. Siquidem nullæ huiuſmodi cauſæ, unde illi oriri potuerint, non cadauera inſepulta, non terræ hiatus aperti & huiuſmodi aliæ præceſſerunt.

Per admixtionem.

Verum non à priori ſolum ex huiuſmodi malignarum cauſarum defectu; ſed à poſteriori, & euentu quoquè idem, manifeſtè comprobari poteſt.

Ex infecto enim quocumq; modo is talis ſit, aere, non homines ſolum, ſed animalia cætera quoquè, quæ inſpirando viuunt, non modo ægrotaſſe, ſed ex attracto, inſpiratoq; venenoſo halitu, de-

Infectieris ſigna.

repentè

repentè concidiſſe nonnunquam fuiſſent viſa. Maxima præterea eorum animalium, quæ ex putri naſcuntur, copia extitiſſet. atq; alij cum plures huiuſmodi putrefacti aeris effectus apparuiſſent, quorũ tamen nullus viſus eſt vnquam.

Sed obijciet hic quiſpiam, non nè in hebdomada ultima quadrageſimæ, quæ ſancta nominatur, exhalationes quædam accenſæ, tamquam ignes quidam nocturno tempore in aere viſæ ſunt? Non nè in quibuſdam locis terrę etiam motus ſunt exauditi? Si ſic, vt reuera eſt, cur non modo à prauis vaporibus infecti aeris; ſed etiam eiuſdem infectionis cauſarum manifeſta apparuiſſe indicia inficiabimur? *obiectio*

Fateor equidem me quoq; Tridenti vnà cum multis alijs huiuſmodi exhalationes in ipſo aere obſeruaſſe. *Reſponſio.*

Memini etiam dum præterito menſe Iulij propè Segonzani caſtrum, cum illuſtri domino Innocentio à Prato, eiuſdem iuriſdictionis domino, mihiq; plurimum obſeruando, quæm q; & obſeruantię, atq; amoris & honoris ergò nomino, recuperandarum virium gratia [quod moleſtis æſtiuis caloribus fugiendis, locus is ſit maximè accomodatus, aeriſq; optima ſalubritate donatus,] poſt huiuſmodi febrem, per plures dies huma-

Segonzani auditus terremotus. humaniſsimè, quæ verè nobilis eius eſt, & benigna natura, tractatus degerem, terræmotum etiã quændam me animaduertiſſe; ſed, vt quod ſentio libere dicam, tanti momenti has duas cauſas fuiſſe, vt vniuerſæ huius regionis aerem eo breuiſſmo tempore, quo perdurarunt, inficere potuerint, non poſſum vlla ratione mihi perſuadere.

Accedit etiam, quod cum multis menſibus antea, quam hęc apparerent, huiuſmodi febres maximè graſſarentur, ab ijs originem habuiſſe, licet forſan aliquid tunc quoq; conferre potuerint, nõ videtur rationi conſentaneum; maximè verò cum loca illa in quibus terremotus is auditus eſt, omnino ſana, & omni ab huiuſmòdi labe libera, toto eo tempore fuerint.

Aer manifeſtis qualitatibus cõcurris. Clarum igitur eſſe poteſt, nulla peſtilenti, aut maligna qualitate [alioqui enim cur veram peſtem non effeciſſet? cur huiuſmodi peſtilentis qualitatis antea enummerata indicia non apparuiſſent?] ſed manifeſtis tantum, modo quidem inſigni colore, & ſicitate, humores adurendo; modò inſigni frigiditate meatus corporis conſtipando, ſuaq; varia inæqualitate humores varioquoq; modo agitando, ad has efficiendas febres ipſum aerem concurriſſe.

A calo ẽt hos morbos inductos fuiſſe. Quęmadmodum verò antea ex Hip. ſententia lib. de natura humana, morbos illos qui eiuſdem natu-

naturæ cum ſint, plures tamen diuerſarum conditionum, & ſtatus homines ſimul ocupant, in aerē, tamquam illis comunem cauſam referendos eſſe aſſeruerimus: Ita cum huiuſmodi peticularès noſtræ febres non hanc ſolum noſtram regionem ſed multas alias, totamq; pene Italiam, eiuſq; plurimas, atq; præcipuas vrbes, varia etiam aeris temperatura, ac conditione ex proprio cuiuſquè ſitu & alijs, quæ locorum aerem alterare poſſint. donatas, ſint depopulatæ. atq; Romæ, Bononiæ, Cremonæ, Parmæ, Mediolani, Brixiæ, Veronæ, Patauij, Venetijs, & alibi, vt nobis relatum fuit, nobilium præcipuam partem ſuſtulerint; his omnibus communem quoq; cauſam, quæ certè nulla alia, q̄ ipſum cælum, à quo omnium philoſophorū etiam conſenſu corpora hæc omnia inferiora reguntur, ac gubernantur, eſſe poſſe videtur, aſsignare debebimus. Ad quam inſinuandam, à cæleſti quoq; influentia fieri ſubiunximus. quam quidem admittere nullum incoueniens eſſe exiſtimamus; cum alàis ex huiuſmodi ſyderū vario motu, interſeſeq; diuerſo aſpectu vniuerſales in toto ferè terrarum orbe morbos fuiſſe procreatos, multarum hiſtoriarum teſtimonio eſt cōprobatū. inter quos quidem fuit febris illa cū copioſa deſtillatione cōiuncta, quæ anno 1580. totum penè terrarum or-

Cæleſtis influentia.

Morbus ille cōmunis anni 1580. unde.

bem perua ſit; & paſsim Mal del mõtone italicè vocabatur. quam non aliunde, niſi ex huiuſmodi ſyderum aſpectu cerebro potiſſimum aduerſo, promanaſſe cenſendum eſt, qui illud quidē oculto quodam modo lædens deſtillationes adeo copioſas cũ febre pituitoſa inducebat, vt niſi aſsiduo tuſsientes audirentur. Idem quoq; de his noſtris febribus eueniſſe, inter alia ſatis mihi comprobare videtur, ꝙ ab Aſtronomis, [vt ex ijs prognoſticis quæ de hoc anno hic Tridenti impreſſa fuerunt, quilibet videre poteſt,] fuerint ante quàm aduenirent cum præcipuis fere quę illis annectebantur ſymptomatibus huiuſmodi febres præindicatæ. Vt iure cum diuino Hip. in huiuſmodi morbis quid diuinum, arcanum, ac prorſus cæleſte contineri, ſtatuere poſsimus.

Diuinum in morbis.

Verum iſta cum illis, quæ paulò antè de aere à nobis dicta fuerunt, alicui fòrſan pugnare videbuntur, Si enim è cęlo in hęc inferiora huiuſmodi influētiæ, ac malignę qualitates emanant, eas per aerem tamquam per medium tranſire neceſſe erit; & ſic verum erit dicere praua illa qualitate aerem fuiſſe infectum. Ad hoc ita reſpondemus deferri quidem huiuſmodi qualitates per aerem tamquam per medium; non tamen verum erit dicere ab illis infici, ac corrumpi aerem, reddiq; peſtilentem; nam nõ

Obiectio.

Cælum diuerſimode aerem & corpora noſtra alterat.

quod-

quodlibet, vt anteà quoq; diximus, agit in quodlibet, ſed in proportionatum tantum obiectum. cui potiſsimum aduerſam habet analogiam, atq; proprietatem. ita enim cantharides per os aſſumptæ non ventriculum, non Iecur, nec renes, ſed veſicam tantum, quamuis per alias prius partes pertráſeant, exulcerant, quia nimirum cum veſica tantū habent aduerſam proprietatem; ita influentiæ hæ cum non ad aerem, ſed corpora noſtra, determinatasuè illorum partes habeāt proprietatem; quāuis per aëra permeent, in illum tamen non ęquè, ac in corpora noſtra, agent. Sed de his ſatis.

De Contagio Caput. VIIII.

Contagioſas eſſe huiuſmodi peticulares febres; & conſequenter etiam per contagium ſeminariū putredinis malignæ corpus ingreſſum, ſine vlla etiam obſtructione vi ſua putrefactiua, in hunc vel illum, pro ſui analogia, humorem, agendo, putrefacere poſſe, antea quòq; à nobis dictum fuit. Cum igitur contagium ſit, non modo veluti huius febris attributum quoddam, ſed externæ etiam cauſę ſi non primò quidem generandi, ſaltem propagandi uim habeat, & ab eo non pauca ad curationem, & pręſeruationem vtilia, de ſumi poſsint; idcirco de eo *Cur de contagio agēdū.*

hoc loco, aliqua cum diligentia, nobis tractandum occurit.

De contagio igitur; in harum febrium gratiam tractaturus, cũ tria quęſita de quolibet abſoluenda nobis. 2. poſter. proponat Ariſtot. An ſit, quid ſit, & propter quid ſit; de primo, quod ordine alia præcedit, quoniam ita manifeſtum eſt, vt nulla omnino probatione egere videatur, nè verbum quidem mihi faciendum exiſtimarem, niſi apud quoſdam non infimæ authoritatis Medicos de eo dubitari viderem. Quos tamen profectò vel ipſa experientia quottidiana, ſenſibus obuia, coarguere videtur; Siquidem, vt ab initio, quoq; relatum fuit, quottidie plurimi in eadem domo, qui cum ægris potiſsimum conuerſabantur familiarius, ſucceſsiuè eodem morbo, iiſdemq; penè ſymptomatibus conſtipato, inficiebant̃; Neq; eſt, quòd hoc vigilijs ipſis, animi paſsionibus, & huiuſmodi alijs cauſis adſcribamus; nam hę cum diuerſimode, diuerſa potiſsimum corpora afficiant, uarij potius, atq; diuerſi, ex varia cruditate pendentes morbi, ſuboriri deberent. quod non fit. Cùm igitur in omnibus eiuſdem ſint naturę, à cauſa etiam illis communi prouenire dicendum erit; quę certè alia imaginari non poteſt, quàm idem contagionis ſeminarium, omnibus illis per inſpiratũ potiſsimũ

Tria de quolibet q̃ſita.

Quod hæ febres ſint cõtagioſæ.

aerem

aerem eiuſmodi putrida exhalatione ab ægris emanante infectum, communicatum. Quæ quidem cum propria contagioſi morbi natura eſſe videatur, quanam ratione has febres contagioſas eſſe, [quamuis tamen ſecus ac verè peſtilentes] negare, in ſolaſq; vigilias, dolores, & huiuſmodi; non autem in contagium ipſum ſatis manifeſtum, referre poſsimus non video. Scio equidem duos meos famulos diuerſæ tùm ętatis, tum habitus, & temperamenti, ſatiſq; rubuſtos, qui mihi aegrotāti nocturno potiſsimum tempore aſſidebāt, poſtq; ego Dei opti. Maxi. ſumma benignitate fui ſanitati reſtitutus, eodem, quo ego laboraueram morbo, huiuſmodi nimirum febre, fuiſſe correptos; quos tamen neq; animi angore, cum uacui omnibus alijs curis eſſent, neq; nimijs vigilijs, cum non interdiu ſolum, ſed maiori etiam noctis parte optimè quieſcere poſſent, ſed contagio ſolum in eundem morbum deueniſſe, exiſtimo. *Exemplum proprium.*

Multos alios huiuſmodi caſus, ac integras penè familias, hoc modo infectas, recenſere poſſem; ſed quia mihi admodum ſuperfluum eſſe videtur, adeo res eſt ex ſe perſpicua, propterea ad ſecundum quæſitum, quid nempe contagium ſit, explicandum accedemus; tum deinde alia, quæ ad eius eſſentiam patefa-

tefa-

tefaciendam facere videbuntur, proſequemur.

Contagÿ ſignificatio.

Contagium igitur, vt ex ipſius nominis ui, atq; ethimologia ellici facilè poteſt, nil aliud quàm contactu ago; ſeu contactu agens ſignificare videtur.

Vnde morbi illi qui contactu ipſo, non quidem, vt principali agente, ſed vt cauſa, ſine qua non potius, apti ſunt in aliena corpora agere contagioſi denominantur.

Morbi per cõſenſum nõ dicuntur cõtagioſi.

Cum.n.contactus, quandam corporum diſtinctionem, quæ tamen ſeſe quoppiam modo contāgant, inſinuare, ac connotare videatur, ex hac vocis vi nobis pariter inuitur, actionem hanc inter corpora diſtincta fieri debere. Vt propterea morbi illi verè contagioſi ſint dicendi, non qui in eodem corpore ab vna parte alteri comuuicantur, & per conſenſum dicuntur, cum ſæpè numero pars, quæ morbificam cauſam alteri communicat, eodē morbo, quem in illa efficit, non ſit affecta; ſed qui in aliena corpora ita apti ſunt agere, vt in illis ſimilem ſibi morbum, ſiue affectū præter naturam cauſam morbificam potiſsimum, à qua in corpore illo morbus deinde generatur, producant.

Hæreditarÿ morbi a contagioſis diffe runt.

Quæ quidem ratio quamuis morbis etiam hęreditarijs conuenire aliquo modo videatur, quod & hi

hi filijs talem morbificam cauſam, quæ ei, quo parentes laborant, conſimilem morbum inferre poſſit, impertiantur; plurimum tamen inter ſe differunt. Hæreditarij namq; ex ipſis generationis noſtræ principijs, parentum nempe ſemine vitioſo, [vt quod ob infecto; ac vitiato corpore decidens: ſiuè vitium illud in manifeſto intemperamento, ſiue in malæ mixtionis modo conſiſtat, conſimilem, cum illo, naturam obtinet] vel ſanguine menſtruo, quo quidem non modo ſecundum carnoſas partes generamur, ſed toto eo tempore, quo in vtero matris moram trahimus, nutrimur, aptitudo illa in conſimile parentum vitium ſui originem habet; vt propterea filij parentibus non minus morborum, quam poſſeſsionum hæredes, ac ideo etiam hæreditarij morbi iure vocentur, ſuccedant. Vt verè fælices illi appellari poſsint, qui ex benè conſtitutis, non autem morboſis parentibus oriuntur. fæliciuſq; multò cum humano genere ageretur, vt elegantiſsimus quoq; Fernelius teſtatur, ſi ſoli perentes benè habiti, atq; ſani tantum, procreandis liberis operam darent. Non vtiq; tot morboſa, & valetudinaria, atq; vt Gal. vocat nuetra corpora ex decidentia, quod leui quacumq; de cauſa in morbos incidant, reperirentur. Hi verò contagioſi morbi non ab ipſo ortu, ſed nobis iam in

Vnde morbi hæreditarij oriuntur.

Qui filijs operam dare deberent.

lucem

lucem editis, ex vario contactu, vt poſtmodum dicetur, extrinſecus accedunt. Neq; etiam hi inuicem conuertuntur. Nam non omnis [licet aliqui eſſe poſsint, vt phtiſis, lepra &c.] contagioſus eſt hęreditarius, nec vice verſa, omnis hæreditarius eſt contagioſus. Cur? quoniam nimirum ex diuerſis principijs oriuntur. diuerſiq; inter ſeſe maximè exiſtunt.

Morbi contagioſi et hęreditarij nō conueniuntur.

Inter hęreditarios quidem hi maximè numerantur, Epilepſia, arthritis, nephritis, lepra, deſtillatio, morbus gallicus, & huiuſmodi alij. Quorum quidem nonnulli, vt lepra, phtiſis, gallicus, poſſunt eſſe contagioſi; tales tamen non ſunt, quatenus hæreditarij, nam ſic contagioſum eſſe, & epilepſię, & nephritidi, & arthritidi, contra experientiam, conueniret. Nunquam enim quæmquam per contagium vel nephriticum, vel arthriticum effectum fuiſſe, vel etiam epilepticum, memini me legiſſe, aut etiam audiuiſſe.

Qui morbi ſunt hæreditarij.

Inter contagioſos verò alij diuerſi pariter, vt ex morſu vel ictu à venenatis beſtijs illata læſio, morbus gallicus, elephantiaſis, ſiue lepra, phitſis, ſcabies, ophtalmia, febres peſtilentes, atq; malignę, multò magis verò ipſa peſtis, recenſentur. quę quidem peſtis ideò etiam cum contagio ſimpliciter profertur, per quandam, vt Rhetores vocant, anthono

Contagioſis morbi.

thonomaſiam, ſeu eccellentiam cum omnium maximè, & ad diſtans etiam ſit contagioſa, intelligitur. Ex quibus ſolis luce clarius apparet, multos eſſe contagioſos morbos, vt eſt ſcabies, ophtalmia febris peſtilens, qui tamen non ſunt hæreditarij.

Cur cõtagio abſolute prolata peſtem ſignificat.

Cùm igitur contagioſum eſſe morbum aliquē, à quacumq; alia eiuſdem ratione, ſit quid diſtinctum, vt quænam illa ſit contagij natura clarius innoteſcat, ea nobis via, quam antea ex Platonis, & Ariſt. ſententia, ad rerum eſſentias, inueſtigandas, tamquam maximè accommodatam commendauimus, vtendum erit.

Qua methodo contagij definitio inueſtiganda.

Quamuis igitur ſupra nominati morbi contagioſi, vt ex propria cuiuſq; definitione patere poteſt, diuerſæ inter ſe, deſtinctæq; ſint naturæ, atq; diuerſarum partium; in hoc tamen omnes, quòd ſint contagioſi, cùm conueniant, ſi cur ita, contagioſi nimirum dicantur, indagauerimus, explanatam quoq; contagij naturam, perſpectamq; habebimus.

Si itaq; per ſingulos eorum diſcurramus, cur quilibet illorum contagioſus dicatur, rationem inquirentes, nullam profectò aliam potiorem, omnibuſq; communem, conuenientemq; inueniemus, quam quod quilibet illorum aptus eſt per cõtactum, [licet hic in diuerſis, diuerſo quoq; mo-

Quid morbis cõtagioſis vt tales ſit commune.

do; pro cuiuſq; propria natura fiat,] conſimilem ſibi morbum in alio corpore generare; potiſsimũ in illo, cum quo aliqua intercedit, ſiue euidens, ſiue oculta naturæ ſimilitudo. Hæc igitur aptitudo, conſimilem, in aliud corpus, affectum præter natutam propagandi, erit ipſius contagij communis, omnibuſq; conueniens, generica ſaltem, eſſentia.

Cõtagio tria ſignificat.

Cum enim contagio, tria potiſsimum, morbũ contagioſum, hoc eſt, potentem contagione inficere; prauã, quæ alteri corpori cõicatur, qualitatẽ; & tandem ipſam communicationem ſignificare videat; atq; potẽtia ipſa intrinſeca magis, & de eſſentia morbi, q̃ eius actio, quæ quidem mō adeſt, mō abeſt, eſſe videat, idcirco magis placuit, vim ipſius, ẽt nominis, Contagioſi, cõſectantes, per ipſam aptitudinem, atq; potentiam, quam per actum ipſum, ſcdm, contagiũ definire. Potentia.n. atq; talis aptitudo ſibi ſimilem in alio producendi, ſemper illis annexa adeſt; actus verò ipſe talis operandi, non ſemper. Verum tamen eſt ſemper, etiam quando actu non operantur, dicere contagioſos eſſe, licet, actu ſimilem morbum non efficiant, poſſunt tamẽ efficere. Non enim tantũmodo hominem animal rationale appellamus, quando actu intelligit, atq; diſcurrit; [ſic enim dum dormit non eſſet ho-

Contagio ꝑ potentiã melius definitur.

mo appellandus] ſed quia potentiam & facultatē, qua poteſt diſcurrere, habet; ſic etiam, exempli gratia, carbunculum peſtilentem non modo tunc contagioſum appellamus, quando actu alium inficit, ſed etiam quando inficere aptus eſt; alioqui enim ſi hominem quempiam vera quoq; peſte laborantem, ſolum ab omnibuſq; ſeparatum aliquo in loco conſtituamus, ibi tunc cum actu nulli morbum communicet, ſi pro actu tantum, non pro potentia, contagio ipſa accipiatur, ipſum contagioſo morbo laborare dici haud quaquàm poterit.

Erit igitur contagio potentia actiua [ad differētiā paſſiuæ] ex morbi particulari quadā eſſentia emanans, quæ quidem aliquo contactus genere, mediato ſcilicet, vel immediato, vt infra clarius patebit, conſimilem ſibi præter naturam affectum in alio producere poteſt. Potentia actiua, quę ſub prædicamenti qualitatis ſecunda ſpecie continetur, proximum huius definiti genus eſt; Reliqua verò, [motus enim à ſuo termino ſpecificatur,] locum differentię habent. Cumq; actio nil ſit aliud, quàm motus quidem, quo aliquid producitur, actiuus, quęcumq; ad motum, ſiue actionem efficiendam omnino neceſſario concurrunt, ad cōtagionem quoq; efficiendā conſpirare, neceſſe erit. *Contagionis definitio.*

Quæ ad contagium efficiendum neceſſaria requiruntur. Quare hæc quatuor potiſsimum requiruntur, cõcurrantq́; opus eſt; agens inprimis tali potentia præditum; ſeu terminus à quo, & vnde motus; terminus deinde ad quẹm, ſeu paſſum, in quod talis conſimilis affectio introducitur; tertio requiritur actio inter hæc duo; ad quam quidem tãquã condicio ſine qua non debitus contactus, ſi non ipſorummet corporum, virtutis ſaltem alicuius medij interuenientis ope, vbi modus quidam particularis quoq; concernitur; tandem requiritur etiam temporis conueniens interuallum.

Hæc enim omnia neceſſariò requiri videntur, vt potentia illa actiua tamquam actus primus, ad ipſum actum ſuum ſecundum, ſeu actionem deducatur. Quorum ſingula particulatim nobis iam ſunt diſcurrenda.

Agens in contagio. Ac primum quòad terminum à quo, ſeu agẽs ipſum, quod affectum alteri communicat, neceſſariò, cum læſionem inferat, eſt quid præter naturam; Sanitas enim ipſa non eſt contagioſa, & quod ſanum eſt ſimpliciter, nihilq́; præter naturam in ſe habens, non poteſt affectum vllum alteri communicare. Requiritur igitur, vt ſit primum pręter naturam conſtitutum. Cum verò id tripliciter fieri poſsit, vel ſcilicet morbi, vel cauſæ, vel ſymptomatis alicuius ratione, (totidem enim ſunt

rerum

rerum præter naturam genera] Symptoma, cùm morbum ipſum tamquàm vmbra corpus, vt dicit Galenus, conſequatur, per ſe abſq; morbo [niſi tamen actio læſa, vt antea diximus, fiat per errorē externum.] eſſe non poteſt. Erit igitur corpus tale præter naturam conſtitutum, vel per morbi alicuius, vel ſaltem cauſæ morbificæ, quę talem ſibi ſimilis productricem vim habeat, præſentiam.

Vtrumq; locum habere ex dicendis facilè patebit. Hic verò morbus ita contagioſus, cum ad aliquæm ex tribus illis, vel ſcilicet in ſimilarium partium intemperie, vel vitiata diſsimilarium commēſuratione, vel ſoluta vnitate vtriſq; partibus communi, ad nullum alium, quàm ad ſimiliarium partium in intemperie præcipuè, morbum reduci poſſe videtur, quandoqnidem in his partibus potiſsimum, ipſarum actionū præcipua vis, atq; facultas, cęteris omnibus vſum magis conferentibus, conſiſtit. Quoniam verò huiuſmodi in intemperie morbi, alij ſunt in ipſa intemperie manifeſta, vel ſimplici vel coniuncta, & vel cum materia aliqua, vel ſine ea; alij verò ſunt in intemperiè occulta, quę quidem non vnam tantum modo qualitatem, ſed mutuam omnium inter ſeſe proportionem, probamq; ipſarum ſubſtantiarum mixtionem, non modo humorum, ſed elementorum etiam, vt, de

In quo genere cōtagioſi morbi ponātur.

Morbi in intemperie no⟨..⟩rę.

putre-

putredine agentes, demonſtrauimus, concernit; cùm de propria vllius manifeſtę intemperiei ratione ſit, vt vim contagioſam habeat, [ſic enim cuiq; tali intemperiei cõueniret;] propterea hic morbus propriè, ac per ſe, non poteſt ad vllam manifeſtã intemperiem reduci. quamuis ſi cum caliditate quoq; contagioſa vis coniungatur, multò efficacius, atq; citius operetur.

Caliditas cõtagij vim accelerat.

Quare ad morbum in temperie oculta erit reducendus; in nulloq; alio conſiſtere eſt exiſtimandum, quàm in peculiari, ac quodam huius intemperaturę, ſeu mixtionis vitiatæ determinato gradu; ex quo deindè, tamquàm peculiaris paſsio à propria virtute emanat facultas illa contagioſa nominata, non ſecus atq; ex varia, diuerſaq; luminoſi corporis, cum opaco, permixtione, varij tùm extremi, tùm medij colores oriuntur, à quibus deindè pro varia cuiuſq; ex ſuis principijs naturã, effectus quoq; varij producuntur; vt quòd albus color ſpiritus viſorios nimium diſgreget, quòd niger nimium quodammodo congreget; quòd viridis, vel alius conſimilis, viſum nobis recreet; atq; vt pariter ex diuerſa humidi cum ſicco proportione, atq; à calore diuerſo facta concoctione, varij vario quoque modo guſtum noſtrum efficientes, oriuntur ſapores; Ita ex determinato quodam vitiatæ, in

Facultas cõtagioſa unde fiat.

Colorũ cauſæ.

noſtris

noſtris corporibus, mixtionis modo, qualitatem quandam morbificam, talis potentię, vt ſibi ſimilis ſit productiua, atq; in alium conſimile vitium poſsit transfundere, oriri poſſe, à ratione non videtur alienum. Si igitur contingat, aliquando cauſam aliquam conſimilem morbum inducere in noſtris corporibus potentem occurrere, abſq; dubio profectò talis morbus inducetur. Huiuſmodi verò cauſa aliquando quidem aliunde nobis extrinſecus aduenit, ab aliquo conſimili morboſo corpore, & malè affecto communicata; aliquando etiã in noſtris corporibus ex vitiata aliqua coctione generatur; à qua deinde partibus ipſis ſolidis conſimilis morbus introducitur. vndè poſtmodum partis affectæ actio ita vitiatur, vt conſimile aliud excrementum multiplicet, cui pariter, non ſecus ac ipſi ſemini prolifico à teſtibus gignitiua facultas, ſibi ſimilis productiua inprimatur; vt illud quoquè in aliud tranſlatum corpus, ſimilem illi morbum poſſit inferre: vt mutuus quidam, ab hujuſmodi cauſa, ad talem morbum, & è contra, circulus eſſe uideatur; Quamuis, ſi non tempore, natura ſaltem ſemper cauſa effectum præcedere debeat. Namq; non ſolum quando extrinſecus maligna cauſa infertur; ſed etiam quando in corpore generatur, ...ùm, vt plurimum, & ſemper ferè ob errorem externum,

Cauſę efficientes morborũ contagioſorũ

ternum, vitioſum nimirum humorem, tamquàm obiectum generatur, dum putreſcendo, vel corruptionem aliam malignam ſubeundo, conſi milem quoq; prauam naturam aquirit.

Cauſa morbi alte.i cōmunicari poteſt

Quomodocumq; autem hæc cauſa in corpore aliquo reperiatur, ſiue intus genita, ſiuè ex trinſ.il latá, fieri poteſt, vt antequàm talem morbum corpori, cui ineſt, inurat, [quòd quidem non temporis momento, ac ſtatim, ſed interuallo fit,] aliud extrinſecus corpus, ſi illi communicetur, inficiat. De ea, quæ in corpore generatur, in mulieribus, quę mēſtrua retenta habent, exemplum habemus. ab his enim vaporibus prauis exhalantibus infantes tenellos, vel ſolo vetularum aſpectu infici, ita in omnium animis confirmatum eſſe videtur, vt nullā prorſus, maiorem requirat demonſtrationē.

Vetulæ ſolo aſpectu infantes aliquando inficiunt, faſcinantq;.

De altera etiā huiuſmodi cauſa maligna extrinſecus accedente in morbo ipſo gallico, iam paſsim longè, latèq; propagato, argumentum clariſsimū habemus. Si quis enim cum muliere alioqui ſana, quę tamen cum alio lue gallica infecto, paulo antè rem habuerit, coeat, facile fieri poteſt, vt experiētia ſæpius comprobauit, vt, qui ſecundo cum ea coiuit [quamuis ipſa nondum tam citò morbum contraxerit, ſed morbificam tantum cauſam] vt lue illa gallica, hauſta nimirum ſeminis illius vitioſi à

Exemplum de morbo gallico.

priore

priore illo, coeunte derelicti, portiuncula, inficiatur; quæ quidem paulatim ſerpendo, ita ſeſe per alios humores, & ſpiritus multiplicat, donec tandem partibus ipſis ſolidis, ſolis vita præditis impartita, verè morbi no nen mereatur. à quo deinde, vt dictum eſt, varia huiuſmodi praua excrementa multiplicantur, vt tunc demum, qui ita iam infectus eſt, non modo per eam partem, qua ipſe morbi cauſam contraxit, ſed per alias quoq; alium poſſit inficere. Hinc ſæpenumerò videmus mulieribus ex coitu lue gallica infectis, infantes ex oſculis; & è contra, nutrices ſanas, ab infantibus ex gallicis parentibus genitis, ſuctione infici; & pariter matres infantes à nutriribus infectos deoſculantes, contaminari; vt hac ratione integras familias, ab vnica nutrice, ad perniciem vſq; extremam, ubi morbus maximè malignus erat, contaminatas fuiſſe, ſæpius ſit obſeruatum, atq; multis hiſtorijs, ſi liceret confirmari poſſet; Cuius quidem ea eſt ratio, quòd cum morbus iam ſolidas corporis partes obſederit, tunc omnes eius contenti quoq; humores, & ſpiritus, eadem labe contagioſa inficiũtur; qui in alia corpora tranſlati, conſimilem naturalem ſubſtantiæ noſtri corporis ſtatum, ac probam mixtionem euertendi, vim habẽt. Vt iurè à Gal. proditum ſit, cum putridum, (adde etiam ma-

Nutrires ſæpe infantes inficiunt, & con.

S lignum

lignum atq; contagioſum ſiuè ex putredine, ſiuè alijs de cauſis fiat,] ſpirantibus, non omninò tutam, ſed maximè periculoſam eſſe conuerſationem. Sed hæc de termino à quo dicta ſint ſatis.

De paſſo in contagione. Succedit modò terminus ad quem, ſeu paſſum ipſum. Cui quidem imprimis, ad hoc vt patiatur, recipiatq; malam ipſam impreſsionem, agens prædominari habet, eoq; robuſtius eſſe, cùm actio, victoriæ ſaltem non fiat, niſi maioris inæqualitatis ratione.

Verum, vt antea quoq; oſtendimus, cùm non quodlibet agens, in quodlibet ſubiectum, ſed in proportionatum tantum agat, & ad quod peculiarem habeat antipathiam, qua particularia quoq; venena, determinatas tantum partes lædunt, vt de cantharidibus, & lepore marino diximus; & quędam medicamenta partes quaſdam determinatas magis, quàm alias, iuuent; propterea in quonam hæc inter agens, & paſſum ſimilitudo conſiſtat eſt perquirendum.

Similitudo inter agens & patiẽs in quo conſiſtat. Omnes ſiquidẽ aſſerunt, inter ſimilia potiſsimũ corpora, contagium maximè cõicari; atq; ſimilia ſimilibus facillimè infici. Vt propterea, cùm maior ſit inter ſanguine coniunctos huiuſmodi ſimilitudo, ij etiam potiſsimum inter ſe communicent

Cõſanguinei cõtagione facilè inficiuntur.

cent contagium; quemadmodum in hiſcè febribus noſtris eueniſſe vnicuiq; eſt notiſsimum; propriaq; mei ipſius experientia, vt integras alias familias ab vno in alium tranſlata infectione, coinquinatas omittam, verè teſtari poſſum. Quanquã enim toto hoc anno, aliquot centena hominum huiuſmodi morbis laborantium viſitaſſem; nunquam tamen, Dei Opt. Max. beneficio, quidquã læſionis percepi. At cum mihi dilectiſsima ſoror, [cuius anima requieſcat in cœlo] ex eodem morbo laboraret, ab eiuſq; miniſterio aliquando, vt fraternus amor impellebat, vllis perſuaſionibus abſtineri non poſſem, morbum eundem adeo ſæuũ contraxi, vt iam ab omnibus ferè de recuperanda ſanitate, retinendaue vita eſſet deſperatum; Multiq; alij huiuſmodi caſus euenerunt. Ex quibus ſatis manifeſtè colligi poſſe videtur, corporum inter ſe ſimilitudinem, ad concipiendum contagium, plurimum momenti obtinere.

Quòd tamen, num ſcillicet, ratione magis ſimilitudinis, vel diſsimilitudinis, & contrarietatis facilius cõmunicetur contagio, non ita clarum videtur. Siquidem experientiæ iam ante allatæ ipſa ratio videtur repugnare. Namq; morbi huiuſmodi contagioſi, corpora noſtra maximè lædunt. Læſio autem fit alicuius actionis, & alterationis medio;

Dubitatio.

An ratione ſimilitudinis, vel diſſimilitudinis facilius communicetur contagio.

dio; & actio tandem contrarietatem quandam ſupponit. Vnumquodq; enim agit, vt ſibi paſſum aſſimilet; quo conſequuto, vtpotè iam aquiſita inter illa duo ſimilitudine, ceſſat actio, quam quoq; inter ſimilia nullam fieri oſtendunt philoſophi. Vt vice verſa, quò maior eſt contrarietas, eo validiorem quoq; fieri actionem, ac cōſequenter læſionē obſeruamus. Quis enim ex valde, quàm parum contrarijs, atq; aduerſis, nos magis lędi vnquàm negabit?

Reſponſio. Ad hanc difficultatem vt facilius pateat ipſa reſponſio, illud, quod antea diximus, eſt in memoriam reuocandum; tria nempè ad contagionem actu efficiendam potiſsimum, vt alia nunc omittamus concurrere. Imprimis enim concurrit terminus à quo, corpus nimirum, quod primò malè affectum eſt. Secundò concurrit corpus, cui, tamquam termino ad quem, communicatur ipſa affectio.

Tria præcipuè ad contagium concurrunt.

Tertiò tandem & vltimo concurrit affectio ipſa, ſiue ea ſit morbus, ſiuè cauſa, quæ communicatur.

Iam verò hæc tria diuerſimodè inter ſe conferri poſſunt; vel corpora, nimirum, agens & patiens inter ſe; vel eadem cum morbo ipſo; vel morbi cauſa. Modò ſi corpus ægrotans cum ipſa affectione

præter

præter naturam, morbo nempè, vel morbi cauſa, conferatur; profectò inter hęc, cum intercedat actio, neceſsè, eſt, vt diſsimilitudo, atq; contrarietas adſit; alioqui enim quomodo ab ijs corpus deſtrueretur? Cum igitur contagium facilius inter ſimilia communicari dicimus, per ſimilia intelligere, atq; conferre debemus terminum à quo, cum termino ad quem, non cum ipſa præter naturali affectione, quandoquidem certum eſt, inter morbum, ſeu eius cauſam, & corpus humanum intercedere diſsimilitudinem, ac contrarietatem. *Solutio difficultatis.*

Non eſt igitur ea ratio, quòd inter ſimilia facilius communicetur contagio, vt quidam afferere videntur, quòd ſimile facilè ſibi ſimile recipiat, quoniã receptio fiat ratione ſimilitudinis. Namquè licet id forſam de receptione rei alicuius perfectiuæ admitti poſſet; non habet tamen locum in receptione rei corruptiuæ, cum cuiq; rei à natura inditum ſit, vt quibuſq; contrarijs, atq; corruptiuis, quantum fieri poteſt, reſiſtat. *Reijcitur alia reſpõſio.*

Quòd verò facilius inter hoc pacto, ſuperius dicto, ſimilia contagium communicari diximus, ita eſt intelligendum, quod affectio præter naturam, quæ vni alicui corpori facilè inpartitur, alteri quoquè priori ſimili, ab eo infecto facillimè communicari põt; & ratio eſt, quia ſicuti affectio illa priori

eſt

eſt inimica, vt ideo illud poſsit lædere; alteri quoq; pariter priori ſimili, erit aduerſa, ac proindè æquè illud lædet. Namq; duo ſimilia ſicuti ſe habent ad aliquod tertium, ita illud tertium ſe habet ad vnumquodq; illorum. Sic igitur huius difficultatis ſolutio patet.

Cum ergò morbum, vel morbi cauſam, quæ in aliquod determinatum, & ſibi diſsimile corpus agit; in aliud pariter illi priori ſimile, eodem modo agere, ſtatutum ſit; nunc in quonam ea ſimilitudo inter duo illa corpora, quibus æquè affectio illa præter naturam aduerſatur, & ratione cuius facilior fit per contagium communicatio, conſiſtat, inueſtigandum occurrit.

Similitudo inter agens & patiens quæ.

Ea igitur ſimilitudo, vel in arcana quadam, ac nobis oculta totius temperamenti proportione, determinatoq; mixtionis quodam modo, vnde naturales illas ſympathias, atq; antipathias potiſsimũ exoriri antè diximus, poſita eſt: Vel in temperamento manifeſto: Propter priorem quidem maximè fit, vt cum ea inter conſangineos, vtpote qui ab aliquo communi principio, cuius naturæ ęquè ferè participes videtur, deriuent, propterea etiam facillimè contagium inter ſe communicent. Cum enim ſimilem quandam, ac ſibi communem habeant temperamenti totius proprietatem, iure fit

Similitudo ĩ temperamenti proprietate.

vt,

vt, quæ cauſa morbifica vni aduerſatur, æquè alijs quoq;, vt ſuperius oſtendimus, repugnet. Cum verò in diuerſis animãtium ſpeciebus, diuerſa quoq; maxima ex parte [nam aliquando, vt de rhabarbaro viuente, & areſacto antea oſtendimus, aliqua et inter diuerſas ſpecies poteſt huiuſmodi ſimilitudo reperiri] ſit temperamenti proprietas; conſequenter fit, vt ab eadem etiam cauſa diuerſimodè ſæpenumerò afficiantur, & quod vni amicum eſt, & familiare, alteri poſſet eſſe inimicũ, atq; aduerſum; vt de cicuta ipſa, quam quidem ſturnis ipſis alimẽtum, hominibus verò venenum eſſe conſtat, & multis alijs ſimilibus, memoriæ proditum eſt. Eadem ratiò quoq; aſsignari poteſt, cur morbus aliquis alicui animantium ſpeciei poſsit eſſe peſtilens, & contagioſus; vt paſtores ſuo magna damno ſæpenumerò experiuntur, à quo tamen homines detrimenti nihil patiuntur, & quidem etiam vice uerſa. Hæc etiam præterea eſt ratio, cur diuerſæ quoque peſtes varijs quoq;, atq; diuerſis antidotis, aliæ nempè vt dicit Gal. Bolo armeno, alia vrina humana, atq; alijs aliæ curentur. Sic etiam propter quãdam indiuidualem proprietatem, maioremq; vel minorẽ alicui particulari cauſæ reſiſtendi vim, quotidie non eodem ſemper modo, neq; æquè omnes homines, eadem ſpecie peſtis, ſed alios quidẽ

Cur morbus vni ſpeciei peſtilens, nõ ſit ita alijs.

Cur non æquè omnes inficiantur.

facilius.

facilius, ac promptius, alios verò vel omnino nunquam, aut certè difficilius infici obſeruamus. Si hoc inter eiuſdem ſpeciei indiuidua vſu venit, quantò magis in diuerſis ſpeciebus contingere poterit?

Vt igitur quæ ſimilia hoc modo inter ſe ſunt, ab vna, & eadem cauſa æquè affici poſſunt; ita quæ quoquè ſunt diſsimilia, diſsimimiliter pariter afficientur.

Similitudo in manifeſto tẽperamẽto. Alteram verò huiuſmodi ſimilitudinem facilè contrahendi contagium, in manifeſto corporis tẽperamento [quod quidem illius quoq; occultæ mixtionis, vt plurimum, ſolet eſſe index] conſiſtere diximus. Idcircò, vbi precipue malignitas, illa cõtagioſa ex putredine humorum ortum habet, corpora calida, & humida, prauiſq; ſuccis referta, vt quæ putredinem facilius concipiunt, contagionem ſuſcipiunt.

Cauſæ coadiuuantes ad contagium. Præter has ſimilitudines, concurrunt quòq; aliæ non nullæ cauſæ ad efficiendum, vt contagium facilius, atq; difficilius contrahatur. Cum verò dupliciter potiſsimum [de his febribus precipuè loquor] contagio inferatur, vel ſcilicet per inſpirationem, hauſto vna cum aere maligno putredinis ſeminario; uel per cutis poros in arterias præcipuè ipſas, ſeſe eodem ſeminario inſinuante. *Duplici potiſſimũ modo contagio afficimur.*

Priori

Priori quidem modo, qui calido ſunt corde, & qui etiam alia de cauſa, vt poſt validum exercitium, copioſè inſpirant, citius atq; facilius; contrarij difficilius, & tardius, inficiuntur. Huc quoq; illi referri poſſunt, qui reſpirationis organa ampla, vel anguſta quoq; habent.

Poſteriori verò modo, qui cutis meatus anguſtos, ac ſtrictos habent, denſumq; corporis habitum, licet hi interna putredine facilius corripiantur, extrinſecus tamen aduenientes noxas difficilius admittunt, & non ita facilè, per conſequens, tali contagione inficiuntur. E contra verò, qui laxo, àc rarò corporis habitu præditi ſunt, ſe habent. Vndè aliqua ratio hauriri poteſt, cur in his noſtris malignis febribus mulieres minus, quàm viri, periclitarentur; Quamquàm enim hoc & menſtruræ purgationi, alijſq; huiuſmodi cauſis, acceptum referri poſſe, me minimè lateat, cùm tamen ſint, quam ipſi viri, frigidioris temperamenti, cutis quoq; meatus anguſtiores, & cor etiam minus calidum habent, vt propterea vtroq; illo modo minus affici, quam calidiores viri poſsint. Sed hæc probabiliter tantum dicta eſſe volo.

Corporis habitus.

Cur mulieres minus cõtagio inficiãtur.

Quæmadmodum autem in omni actione, ſi ex parte agentis victoria ſubſequi debet, neceſſarium eſt, vt ipſum ſupra patiens prædominet: ita quoq;

vt paſſum facilè in ſe recipiat, debet eſſe imbecillius, atq; ad reſiſtendum impotentius; ſiquidem, vt omnes philoſophi fatentur, actio victoriæ ſemper ex maioris inæqualitatis parte ſe tenet.

Quoniam vero omnis actio fit per contactum; propterea, vt ab vno corpore alteri communicetur contagio, ea ſeſe contangant oportet; contactuſq; ipſe, tamquã condicio ſine qua non fieret actio, requiritur neceſſariò. Cum verò non modo cum ſecundum corpora de proximo ſe tãgunt, ſed interdũ etiam de longinquo communicari huiuſmodi contagionem ſit obſeruatum; multiplicẽ quoq; huiuſmodi contactum eſſe poſſe, dicendũ erit. Quare vel immediatus erit corporum ipſorum mutuus contactus; vel mediatus, ita vt medio aliquo interueniente, ſecundum virtutem ſaltem, ſi non ſecundum ſubſtantiam, corporea ſeſe contangant. Hoc verò medium, quod huiuſmodi morborum ſeminaria de corpore in corpus transferre poteſt, ex omnium penè Medicorum ſententia, duplex eſt; aer nimirum ipſe, atq; fomes. Dixi per medium transferi Seminarium, namq; morbũ ipſum cum accidens ſit, quod de ſubiecto in ſubiectum minimè tranſire poteſt, deferi medio non poteſt. Cum igitur ab vno corpore in aliud non transferatur morbus, & conſequenter neq; etiam ſym-

Contactus multiplex.

Medium quo fit contagio 2.2.

ſymptoma, quod morbum ipſum ſequitur; reliquum eſt [quandoquidem, vt antea diximus, quid prçter naturam huiuſmodi contactu defertur] vt cauſam morbi transferri dicamus: quæ quidem aliud eſſe non poteſt, quam ſubſtantiæ aliqua portiuncula, ab ipſo infecto corpore, vel eius putredinis foco, in medium illud commigrans, conſimilem cum illo naturæ noſtræ aduerſam facultatem obtinens; vt ſicuti ſemen à corporis partibus deciſum, ab ea, quam ex illis ſuſcepit alteratione, ſimiles partes generandi aptitudinem aquiſiuit, vndè hæreditarios morbos potiſsimum oriri antea affirmauimus; Ita materia, ſeu ſubſtantia hæc ex infecto corpore emanans, ab eo talem adepta eſt facultatem, vt in aliud corpus delata, conſimilem morbum generare poſsit, vt ob hanc cum ſemine ipſo ſimilitudinem Seminarium contagij, & aptè quidem, appellari conſueuerit.

Cauſa eſt q de corpore i corpus communicatur.

Hoc verò ſeminarium, vt poſsit agendo, ſimilẽ illi, vndè profluxit, morbum producere, debet primò debitam quantitatem obtinere, tùm nè tam citò à medij qualitatibus diſsipetur; tùm quoniàm agens omne, ad hoc, vt poſsit agere, conuenientem quandam habere debet quantitatem, vt multis in locis cùm Ariſt. ipſe quoq; Auer. nobis teſtatum reliquit.

Seminarium contagij qd.

Condiciones quas debet habere ſeminarium contagij.

Præterea, vt de corpore in corpus facilè migrare poſsit, debet eſſe ſubſtãtia tenuis, vel vaporoſa; cuiuſmodi ſolus eſt humor, vel vapor, & interdum ét ſola ipſa qualitas, vel ſubſtantia adeo ſaltem tenuis, vt omninò ſit inſenſibilis: ſicuti in ſtupore à torpedine inducto, vel ophtalmia eſſe videtur.

Qualitas ſola cõtagioſa.

Quoniam verò nullius rei actio fit inſtanti, ſed in tempore, ideò ut ſeminarium hoc corrumpere, vel alterare poſsit, debet conuenienti tempore cũ paſſo commorari, & conſequenter tenacitatis cuiuſdam, atq; viſcoſitatis, vt firmius adhæreat, particeps eſſe. Debet præterea vltra qualitates quaſdam manifeſtas, [inter quas caliditas quidem vnicuiq; qualitati veneficæ coniuncta, illius vim, & actionem promouet, atq; intendit.] ad hoc, vt intemperiem illam mixtionis, & formam naturę noſtræ aduerſam introducere poſsit, tali potentia, ac facultate quodam modo gignitiua, ſeu ſimilis productiua eſſe præditum; qua quidem, ſecundum variam ſuam, ad diuerſas corporis partes, vel humores, aut ſpiritus, contrarietatem, in illa alterando, & corrumpendo, modò citius, modò tardius pro maiori quoq; vel minori ſui efficacia, agat. Hæc verò facultas non aliundè, quàm ex tali, determinatoq; illius mixtionis gradu, & forma ſubſtantiali naturę noſtræ omnino, vel alicui determinatæ

Seminarij cõdiciones.

Facultas cõtagio uiſceſſectiua vnde oritur.

parti

parti inimica oritur. Vnde fit, vt quodlibet huiuſmodi Seminarium non agat in quodcumq; ſed in ſibi tantum diſsimile obiectum. Quamuis enim tabus ex ſcabioſo corpore emanans, per inſpirationem ad pulmones attrahatur, eos tñ haudquaq; quæmadmodum externam cutim, ad quam proprium habet reſpectum, inficiet. neq; à phtiſico putrida emanans exhalatio cutim, ſed pulmones tantum, ob iàm dictam rationem vitiabit. Sic q̃ verè venena ſunt, prius mortem non inferunt, quã cor, cui principaliter aduerſantur, occuparint. Cuius læſio deindè toti corpori communicatur.

Quodlibet Seminarium agit in proprium obiectum.

Venena propriè cordi aduerſantur.

Num verò huiuſmodi Seminarium, quodcunq; illud ſit, ſiue vapor, ſiue humor, ſiue etiam ſola, ac pura qualitas, agat ſemper in corpora noſtra, vel humores, aut ſpiritus putrefaciendo tantum, vel interdum etiam ſolum alterãdo, occultoq; illo modo humorum, atq; elementorum, vt antea diximus, probam mixtionem diſſoluendo, apud Eccl. Medicos videtur in lite poſitum. Exiſtimamus tamen, vt quod ſentimus, in medium proferamus, in diuerſis diuerſo modo operari. Quamquàm enim ex putreſcente corpore, ab calorem putredinalem, & ebullicionem facilius attolli, & alteri deinde impartiri vapores putridi, ac maligni poſsint, vt hanc forſam ob cauſam febres verè peſtilentes,

Num ſeminarium agat ſemper putrefaciendo.

atq;

atq; malignæ, ꝙ in his inſignis reperiatur putrefactio, ſint maximè contagioſę; pôt tñ & hoc abſq; putredine, potiſsimū in corpore viuēte euenire, in quo inſignis ille calor fuligines, & exhalationes, a q-bus non modo pili, ſed & ſordes ſuperficiei noſtri corporis adhęrentes maximè producuntur, aſsiduo generat, atq; ad cutim attollit; Quænam enim in ſpiritu, ex oculo in ophtalmia emanante, putredo eſſe poteſt? In ſcabie etiam potiſsimum ſicca, & arida, contagioſa tamen, vel nulla, vel admodū profectò exigua putredo aderit: In peſte quin et; vbi ea potiſsimum ad ſpiritus vitales habet analogiam, ſæpiſsimè ægros ante interire, ꝗ vel vlla febris, vel aliud putredinis ſignum conſpiciatur, obſeruatum eſt. In commorſo etiam à cane rabido, ſi humores eſſent putrefacti, cur febris nō adeſſet? In his igitur certum quidem eſt, per corruptionem prauos huiuſmodi, ac quodammodo venenatos humores generari; nō ſemp tñ putredinē ipſam adeſſe coniunctam, quandoquidem, vt aliàs oſtendimus; præter ipſam putredinem varia alia ſint corruptionis genera. Mirum igitur illud non ſit, quādoquidem, huiuſmodi pernicioſas cauſas, oculto quadam modo, atq; à tota forma magis, quàm manifeſta caliditate, quæ ſemper tamen ad putredinem febrilem eſt neceſſaria, agere, iam

Non in omni contagione eſt putredo.

antea

antea, ſæpius repertum fuit.

Cum igitur ſeminarium hoc malignũ, ad hoc, vt in alio corpore cõſimilem morbum efficiat, debeat illi communicari, vt hoc fiat, [niſi quidem immediatè corpora ſeſe contingant] neceſſariò aliquo vehiculo eget, quo ad diſtans defferatur. huiuſmodi autem medium ſeu vehiculũ duplex eſſe diximus, aerem nimirũ ipſum, & fomitem vocatum.

Mediũ cõtagij duplex.

Vtrumq; verò vt hoc munus præſtare poſsit, debet inprimis omnis excellentis qualitatis, actiuę potiſsimum, inſignis nimirum caloris, aut frigoris expers eſſe. alioqui enim ab huiuſmodi exuberante qualitate, vis illa ſeminarij contagioſa, in exigua quidem materiæ mole, & quantitate, licet virtute, atq; potentia multum polleat, poſita, corrumperetur; vt ea potiſsima ratio omnino eſſe videatur, quòd in extremis temporum conſtitutionibus, ſummis nimirum æſtatis coloribus, inſigniq; hyemis frigore omnis pęnè contagij vis extinguatur, ac diſſipetur. Quam quidem rem atentius animo ſæpius percurrens, ſatis certè vnquam mirari non potui, cur Cayri, [quæ totius Egipti metropolis eſt, atq; Proregis Turcarum ſedes,] quo tempore incremẽtum Nili fluuij incipit, quod ſtato die circa mediũ Iurnij ferè ſemper euenit, cum immodicus tunc aeris calor attemperari, atq; remitti, & ad quandam medio-

Aer Illius conditiones.

Cur in ſummo frigore, vel calore peſtis extinguatur.

Cayri quando peſtis extinguatur.

mediocrem temperiem. ab extrema illa reduci ſoleat, nihilominus tunc omnis contagio, quantumcumq; maligna, & atrox fuerit, ita omnino abolertur, vt quamuis, [quemadmodum non ſemel ipſe proprijs oculis vidi] adeſſent etiam bubones, & alij huiuſmodi tumores peſti familiariſsimi, adhuc aperti, nullam tamen omninò contagioſam, atq; malignã amplius facultatem obtinebãt, ita vt qui per multos menſes, fugiendi contagij gratia, ab alijs ſeparati manſerant, ſinè vllo amplius periculo tunc primum tutò, ac liberè cum alijs commercium habere incipiant.

Proſper Alpinus. Verum quoniam huius rei cauſam, ab Ecc. Proſpero Alpino meo eo in loco olim præceſſore viro quidem apprimè docto, mihiq; ſumma neceſsitudine coniuncto, in doctiſsimo ſuo De Medicina Egiptiorũ tractatu, quem iam typis mandandum bibliopolę commiſſum eſſe audio, & quem quidem ſummopere deſidero, inter multa alia ab eo ibidem diligentiſsimè obſeruata, explicatum iri ſpero, ideo in ea inueſtiganda, cum potiſsimum ad rem noſtram non magnopere pertinere videatur, non immorabor. Sed de aere omiſſo ſermone, ad ipſum fomitem tranſibo,

De Fomite. Fomes igitur, [qui quidem corpus illud dicitur, quod in ſeſe contagij ſeminarium recipit, atq; ita con-

conſeruat, vt alteri deindè poſsit communicare;] vt recipiat rarus, ac laxus, ſeu poroſus eſſe debet, cuiuſmodi potiſsimum ſunt pani linei, & ex lana, necnon ex goſsipio: Vt verò conſeruet nullam quoq; vt de aere diximus, inſignem qualitatē actiuā habere debet. Non debet præterea aeri mul tum perſpirabili, & agitato, diu potiſsimū, eſſe expoſitus, alioqui enim ab eo facilè ſeminarium diſſipabitur. Ad hoc verò, vt hic fomes ſeminariū illlud, quòd in ſe continet, alteri cōmunicet, aut commoueri aliquo modò, aut incaleſcere debet; vt vel motu illo, vel calore uiſcidum, ac lentum, quietumq; ſeminarium excitetur. Niſi enim ex illò fomite commoueatur, nunquam in aliud corpus commigrare poterit. *Eius condi ciones.*

Quod verò in huiuſmodi fomite malignū hoc ſeminarium interdum diu conſeruari, ac tandem poſt longum tempus alios inficere; necnon præterea etiam ab vno fomite alteri quoq; fomiti com municari poſsit; ita clarè, ac doctè à clariſſ. Hieronimo Mercuriali præceptore meo colēdiſsimo, ac nunquàm ſatis laudato, in tract. ſuo verè aureo de peſte cap. 14. eſt demonſtratum, vt maiori probatione omnino egere non videatur. *Mercurialis*

Inter alias condiciones, ad contagium diſſemi nandum neceſſarias, debitum quoq; tempus, vt

ſine quo nulla actio perficiatur, requiri antea diximus. Hoc verò multipliciter variari contingit, tum pro potentia ipſius agentis, magis vel minus actiua, tum etiam pro ipſius paſsi maiori, vel minori reſiſtentia.

Vbi enim inſignis eſt huius ſeminarij actiua facultas, atq; exigua paſsi reſiſtentia, confertim, ac breui tēporis interuallo, à ſeminario in humores, vel alias corporis partes propagata malignitate, morbus citiſsimè introducit, longiori verò tēpore, vbi illa aliter ſeſe habuerint. Vndè mirandum non eſt, ſi nō modo permultos menſes interdum, vt in morſu canis rabidi conſpicuum eſt, ſeminarium ſine vlla manifeſta læſione deliteſcat; ſed in ipſa etiam ſæuiori peſte per multos ſæpè dies eodem modo occultetur; vt anno 1588. Conſtantinopoli mihi ipſi, vt alios multos prætermittam, cōtigit. Cū enim apud illus. & Ecc. legum Doctorē, dominum Bartholamæum Pezzen. Tridentinum quoq;, [quæm quidem, vt hoc ſaltem ejus in me ſingularis humanitatis, & beneuolētiæ; meiq; in ipſum grati animi extet teſtimonium, debiti honoris gratia nomino] Cæſareum ad Turcarum Imperatorem Oratorem meritiſsimum &c. agerem, fortè fortuna factum fuit, vt aliquot eiuſdem famuli peſtilenti morbo, qui ei ciuitati ſolet eſſe

Seminarium ſæpe ſine vllo nocumento ſenſibili deliteſcit.

Pezzen.

admodum familiaris, inficerentur; Quos ego, qui quidem nouus omnino in ea ciuitate eram, deq́; graſſante peſte nihil audiueram, cum aliquoties uiſitaſſem, detecto tandem morbo, qui à non nullis occultabatur, ne ſi quid labis ex ea viſitatione cōtraxiſſem, alijs familiaribus communicarem, ab eorum commercio in proprium cubiculū me ſubtraxi, rei euentum expectaturus. Vbi quidem ad decimam vſq; diem ſine vlla omninò moleſtia permanſi. Cum verò tunc demum omni me periculo liberum exiſtimarem, nonnulliſq; antidotis, Theriaca potiſsimum optima Cairi confecta, lapide bezaar, bolo armena, & huiuſmodi non nullis, p̄miſſa ēt aliqua euacuatione interim, vſus eſſem, iam è conclaui exire decreueram; Vixq; egreſſus eram, dum in inguine dextro erumpentem bubonem peſtilentem cæpi perſentire; qui quidem ſuperueniente quoq; alio in altero inguine, ad extremum vitæ, ita me deduxerat, vt iam de funere tractaretur; Dei optimi Maximi imprimis tamen, tum eiuſdē illus. Oratoris auxilio, cura, diligentia, atq; ſollicitudine, quæ illius ſumma eſt humanitas, atq; benificentia, à tanto malo fui liberatus. Vt ſumma propterea cum ratione, in quacumq; optimè conſtituta ciuitate, legibus ſancitum ſit, vt qui ex infectis peſte locis veniunt, tamdiu ab alijs ſeque-

Auctoris caſus.

ſtrati ſeorſim teneantur, donec omnis contagioſę infectionis ſuſpicio ſit abolita; quod in peſtilentibus morbis ad ſummum quadraginta diebus, ſolet euenire.

Ex dictis igitur, quænam ſit vera contagij, atq; contagioſi morbi natura patet. Quæ quidem vt eſſentia quædam generica, varios, atq; diuerſos modos ſub ſe, tamq; proprias differentias, contagionis varias ſpecies conſtituentes, continet. Quę differentiæ, etsi de particularibus contagij ſpeciebus ſeparatim prædicari poſsint, non omnibus tamen diuiſim contagioſis morbis conueniunt. Huiuſmodi autem differentiæ variæ eſſe poſſunt; exempli gratia, quòd contagio fiat cum putredine, vel ſine putrediue, quòd morbus vnus contagioſus alicui animantium ſpeciei, vel vni parti corporis tantum, & non alijs ſit talis; quòd, vel per contactum immediatum tantum, vel etiam ad diſtans fieri poſſit: Quòd contagioſorum morborom alij ſint mortales, alij minimè tales; & alię huiuſmodi multæ differentiæ; quæ profectò non cuiuſlibet contagij in genere proprietates ſunt, ſed quarundam tantũ ſpecierum propriæ; atq; à principijs, & cauſis, à quibus fit contagio ſimpliciter, diſtinctis, atq; diuerſis, proficiſcuntur. Namq; v. g. quòd aliquis morbus contagioſus ſit etiam mortalis, non ideo

Variæ contagioſorũ morborũ differẽtię.

illi

illi conuenit eſſe mortale, quia ſit contagioſus; nã ſi omnis contagioſus eſſet mortalis, idem dicendum de eſſe maligno, vel non, & alijs. Quare eſſe. v.g. malignũ eſt proprietas alicuius tantum ſpeciei morbi contagioſi, illius nimirum, qui præter uim, & potentiam ſeſe multiplicandi in alio, habet etiã cum natura noſtra antipathiam quandam, atq; inimicitiam inſignem, quæ ex contraria nobis mixtionis proportione exoritur, vt dictũ eſt, ſiue hæc per putredinem, ſiue per aliquam aliam ocultam alterationem, & corruptionem poſtea fiat. Quare ij mihi non admodum rectè ſentire videntur, qui cõtagionem in genere definientes [pace ipſorum dixerim] eam pernicioſam, vel putrefactiuam potẽtiãm eſſe dicunt; atq; alias huiuſmodi ſpecificas differentias generi attribuunt; cum per has additas differentias, magis, quàm definito conueniat, reſtringant ipſam definitionem; vt propterea de omnibus ſub genere contentis dici verè non poſsit, contra bonę definitionis nobis ab Ariſt. tradita documenta: ſiquidem definitio cum definito æquè latè patere debet; & quæcunq; de genere dicuntur, de ſingulis quoq; eius ſpeciebus prædicari vt dicũt philoſophi, debeant.

Malignitas non cõuenit cũbus morbis cõtagioſis.

Reijcitur ſententia quorundam de definitione contagij.

Patet pariter ex dictis, ob aſsignatas à principio rationes, eos max. in errore verſari; qui non per

poten-

Correllaria. potentiam, & actum primum, ſed per operationem, ſiue actum ſecundum, ipſum contagium definiunt.

Conſtat præterea ex dictis, non omnem contagioſum morbum eſſe malignum, quamq; è contra vt plurimum, malignus, ſit etiam contagioſus.

Obiectio. Sed abijciet nobis hoc loco aliquis id, ꝙ anteà, dũ febres has malignas eſſe probaremus, in medium attulimus; Inter alias enim rationes, quibus id cõfirmare conabamur, hanc quoq; propoſuimus, quia nimirum ſunt contagioſę, vndè hanc conſequentiam intulimus, ſi ſunt cõtagioſę, ergo ſunt etiam malignæ.

Reſponſio. Huic difficultati ita reſponſum cupimus, quòd etſi de omnibus morbis, generatim loquendo, non valeat iſta conſequentia, eſt contagioſus, ergo eſt malignus: quandoquidem ſcabies, & multi alij contagioſi morbi reperiuntur, qui tamen haudquaquàm maligni ſunt. De febribus tamen loquendo, conſequentia illa tenere videtur. Quoniam febres ratione ſui moris, in ſalubres, quæ ſimpliciter putridæ ſunt, & minimè cõtagioſæ; & in peſtilentes, atq; malignas, quæ pariter cõtagioſæ ſunt diuidunẽ; vt oĩnò benè inferãt,

Contagioſa febris vel eſt peſtilens vel maligna. morbus hic eſt febris contagioſa, ergò vel peſtilẽs abſolutè eſt, vel ſaltem maligna; atq; etiam hæc, eſt febris non contagioſa. g. non eſt peſtilens, neq; maligna.

maligna. Cuius quidem ea poteſt eſſe ratio, quòd in febribus potentia ipſa contagioſa, non ex quacumq; ſimplici putredine oritur, ſed ex intenſa tantum, cum ſummme ſit actiuitatis; ex qua pariter intenſa putredine, licet ſub peculiari alia, & oculta ratione, oritur quoq; ipſa malignitas.

Cur porrò ſimpliciter putridæ febres non ſint cõtagioſæ licet ex illis etiam vaporũ tenaciũ copia exhalare in alia corpora poſsit, ratio ex ſupra dictis colligitur, quia nimirum, non quidquid ex vno corpore in aliud transfertur, aptum eſt contagium inferre, vt de multis patet, ſed id tantum hoc preſtare poteſt, quod talem vim ſui ſimilis productiuã in ſe continet, quæ quidem non ex quacumq; putredine, ſed intenſa tantum, & magis oculta, quàm manifeſta, [licet ab hac quoq; calida potiſsimum intemperie adaugeatur.] exoritur. *Cur feb. ſimpliciter putridæ nõ ſint contagioſæ.*

Quid tale in ipſomet animalium ſemine conſpicimus, quod quantumuis ex præcipuis corporis partibus, ſecundum ſui materialem partem deciderit; niſi tamen in teſtibus, à peculiari illorum facultate & proprio tẽperamento ſit elaboratum, peculiariq; tali temperamenti mixtione, & potentia donatum; virtutem illam generatiuam aquiſiuerit; infæcundum, vt in ijs, qui diuturna, atq; aſsidua gonorrhea laborarunt, facilè eſt videre; rema- *Similitudo contagij cũ ſemine.*

nec.

net. Eodem modo non quilibet vapor putridus aptus eſt contagionem inferre, ſed qui tantum gignitiua, vt ita dicam, morboſa facultate, ex determinato quodam mixtionis modo, & forma ex inſigni putredine orta, ac nobis inimica, præditus eſt; à qua quidem peculiari forma, vel mixtionis temperamento tantum, huiuſmodi corruptiuam facultatem aquirit, [licet modo quidem maiorē, modò minorem] vt quæcumq; attingit corpora, eaq; potiſsimum, ad quæ propriam analogiam habet; in ſui ſimilem naturā conuertat. Cum igitur in febribus ſimpliciter putridis non admodum inſignem fieri, ſaltem ſecundum formam à naturali ſtatu receſſum, atq; putredinem dixerimus, ideò neq; facultas multum nobis aduerſa, ac conſequentur quæ in noſtra corpora multæ ſit actiuitatis exoritur.

Cur feb. verè peſtil. ſint cōtagioſæ ad diſtans.

Ex hoc eodem fundamento ratio colligi poteſt, cur febres verè peſtilentes, non modo è proximò, ſed etiam ad multum diſtans, ſint contagioſæ; noſtræ verò hæ peculiares malignæ non item, ſed tātum è proximò; Ratio nempè eſt, quòd cum malignæ fiant ex mitiori putredine, vt antea quoquè

Harum feb. malignitas cito diſſoluitur.

oſtendimus, eius malignitas non eſt tanta, vt diu perdurare poſsit abſq; eo, quòd à medio, per qđ fertur, non diſſoluatur; ad quod etiam materiæ

aliqua

aliqua diuerſitas accedere poteſt, vt ſcilicet qđ ſeminarium verè peſtilentis, in materia magis tenaci, atq; uiſcoſa, & conſequenter, quæ diutius vim ſuam retinere poſsit, ſit fundata.

Ex dictis igitur cum ſit facilè, quæcumq; de cōtagio in his febribus occurrunt dubitationes, diluere, huic iam ſermoni finem inponemus.

De Cauſis variorum ſymptomatum in his febribus Caput. X.

EXijs, quæ de huiuſmodi febris eſſentia, & cauſis ſuperius à nobis dicta ſunt, non erit multum operoſum, atq; difficile, omnium quoq;, quæ ipſi ſuperueniebāt ſymptomatum, reddere rationem; ex quo quidē ſecunda bonæ definitionis condicio, ab Auer. 4. celi tex. 2. & à nobis etiam antea allata, clarius quoquè innoteſcet.

In primis igitur, vt à modo inuaſionis harum febrium, inchoemus, ita paulatim, ac latenter inuadebant, vt à multis vix admodum perciperentur, occultèq; quodammodo ſeſe inſinuabant ob humoris, ichoris ipſius ſanguinis, qui primò vt plurimum putredinem, eamq; à principio leuem contrahebat, naturæ benignitatem. Minus enim noxæ ex humoris excrementitij, quàm alimentalis *Cur hæ feb. ſenſim inuadebant.*

putrefactione prouenire, ſuperius à nobis fuit explicatum.

Cum verò ſenſim, ac ſenſim; [quæ eſt harum febrium, quàm verè peſtilentium, atq; illarum cauſarum ſiuè caloris, ſiue ſeminarij putredinalis benignior natura], propagaretur putredo, vt iam nō excrementitios ſolum, ſed alimentales quoq; humores, atq; totam maſſam ſanguineam inuaderet; debilitata admodum, ac quodammodo à praua putredinis qualitate iam adaucta, virtute ſuperata, maxima humorum confuſio, & ebullicio fiebat; vt tunc primum ſymptomatum malignantium caterua, ac conſequenter praua ipſius met morbi natura ſeſe pandebat. Vt iure meritò hæ febres rebelles, malignæ, ac proditoriæ, alijſq; huiuſmodi vocibus nuncupentur, quòd primò nimirum ingreſſu ſerenam, ac placidam quodammodo faciem, lenitatemq; præſeferrant latenter tamen ſerpant, ſuamquè malignitatem fundant.

Cur hæ feb. rebelles dicã tur.

Inuadebant verò vt plurimum cum leui horrore, vel horripilatione; tùm ob caloris natiui concentrationem ad ipſum putredinis focum; tùm ob alicuius humoris à venis ad extra eas, à virtute in principio morbi adhuc robuſta, effuſionem, vt propterea etiam intermittentium febrium ſpeciē præſeferrent: Cum verò à propagata in alimentales

Horroris & horripilationis cauſa.

humores,

humores corruptella, virtus iam debilior efficeretur, & ab agitata craſsiori materia anteà collecta, in venaſq; minores impingente venæ ipſę obſtruerentur, vt materia amplius è venis non poſſet expelli, iure efficiebatur, vt febris ipſa in continuam, modo quidem continentem, modo proportionatam, prout materiæ illæ putreſcentes in maioribus, vel minoribus vaſis contentæ erant, commigraret. *Cur ex intermittenti in continuā migrent.*

Dolores autem capitis, deleria, vigiliæ, & etiam ſopores, à copioſis ex putredine in caput elatis vaporibus, ac diuerſas eius partes pro ſuæ naturæ varietate infeſtantes, efficiebantur. Si enim acres vapores cerebri membranas ſenſu exquiſito pręditas petant, eas pungendo, ac mordicando dolores quoſdam lacceratiuos, atq; mordicatiuos; nec non cerebrum ipſum exſiccando vigilias inducunt. Cum verò ſpiritibus animalibus in ventrinculis cerebri commiſcerentur, eos tum inflammando, tū diuerſimodè agitãdo deliria, ſeu paraphrenitides; nonnunq; verò, vbi præter calidiorem intemperiē humoris bilioſi, vel ſanguinis copia accedebat, efficiunt. Si verò anteriorem potiſsimum ventriculum cerebri occupeent pituitoſi humores ſoli, ſapores, ſi cum bilioſis permixti, coma etiam vigil afferre ſolent. Delirij porrò, aut huiuſmodi ſo *Doloris capitis vigiliarū q; cauſa.* *Delirij futuri ſignum ex lotio.*

 poris

poris certum, ac penè infallibile indicium obſeruabat cũ vrina, quæ prius erat craſſa, & aliquando nimium turbata, nulla ſubſequuta, vel præcedente inſigni euaccuatione, derepentè clareſcebat. Quã doquidem manifeſtiſsimum erat argumentũ, materiam prauam, quæ lotio prius permixta, atq; cõfuſa, illud conturbabat, natura vtpote ipſi morbo iam ſuccumbente, amplius expellere non valente, ſponteq; ſua quaſi turgentem, ac furibundam ad caput ipſum deferri; iuxta illud Hip. & Gali. decretũ in aph. Quibus vrinæ turbatæ minguntur, ijs capibis dolor aut adeſt, aut aderit. Et propterea etiam ex affecto cerebro, ſiue eius menbranis inflammatione, oculi quoq; ipſi quodammodo flammei in his efficiebantur, conſpiciebanturq;.

Conuulſionũ. Conuulſiones, quæ omnibus ferè contingebãt, potiſsimum ijs, qui interituri erant, non ex nimia ſiccitate, vel etiam repletione factas fuiſſe indè quòd modo abirent, modò redirent, conijci poterat; vt propterea à cauſa facilè tum accedente, tum recedente, cerebriq; expulſionem irritante, factas fuiſſe fatendum ſit, ideoq; motus potius cõuulſiuos, vel conuulſionem non proportionatam ad materiam, vt Auic. appellere videtur, quàm veras conuulſiones fuiſſe dicendos. Interdum etiam ex cerebri inflammatione, tamquàm cucur-

Motus conuulſiui.

bitula

bitula ad ſeſe vapores acres, atq; aduſtos attrahente, potiſsimum quibus facies, & oculi rubicundi, & inflammati apparebant, fieri potuiſſe, non videtur à ratione alienum.

Gulæ vlcerationes, ſeu excoriationes tùm à vaporibus acribus ab inferioribus ad eas partes delatis, febriliq; incendio; tùm aliquando ab acri aliqua deſtillationis materia ui caloris inſignis à capite liquefacta, factas fuiſſe cenſendum erit. *Vlceratio gulæ.*

Deglutitio læſa non ſolum ob ipſarum faucium inflammationes, & excoriationes, quę vt plurimũ coniunguntur, & tumores ex pituita à capite vi caloris febrilis quodammodo fuſa; ſed potiſsimum etiam ab affecto cerebro mentis quadam alienatione interdum, vt quaſi deglutire neſciant; atq; à ſęuitia morbi deperdita omninò ipſius ventriculi attractrice facultate, ob caloris natiui omnimodam ferè extinctionem. Quod quidem ſymptoma cum accidit, ab hac poſtrema potiſsimum cauſa, exitiale admodum, cùm ea facultate, quæ ad conſeruandam vitam maximè habetur neceſſaria, ſtomachus deſtituatur, eſſe conſueuit. *Deglutio læſa.*

Difficilis verò reſpiratio magna ex parte fiebat, tùm ob auctam cordis refrigerationis, ob calorem febrilem, neceſsitatē; tùm ob impeditum thoracis motum ex cerebro malè affecto, & conſequenter *Reſpiratio difficilis.*

mouen-

mouendi facultate vitiata; Adde etiam, ob multas pulmonum obſtructiones à catharali materia ex capite in pectus deſcendente; à qua etiam tuſſes multæ, atq; moleſtæ, & pituitoſa ſputa proficiſcuntur.

Loquella amiſſio. Loquellæ articulatæ amiſsionem, etiam integra manente reſpiratione, quæ multis quidem contigit, ob neruorum reccurrentium affectum, in nimia potiſsimum exſiccatione, vel inflamatione; nec non etiam à materia craſſa imbibita, factam fuiſſe, non nunquam etiam ex quadam mentis alienatione, cenſere debemus.

Linga ariditas. Lingua vero arida, ſicca, ſcrabra, & nigra [niſi talis ſit ex granatorum potiſsimum, vel prunorũ aut alterius conſimilis rei vſu] ex vaporibus aduſtis ad has partes delatis, & febrili eodem feruore efficit. Vndè quoq; niſi vel à capite pituita deſtillet inſipida, vel mens ipſa ægrotet, ſitis inextinguibilis exoritur, quæ quidem non percipitur, vbi mentis adeſt alienatio, ex Hip. apli. Quicumquè dolentes partes aliqua dolorem non ſentiunt, ijs mens ægrotat.

Parotides. Parotides etiam nonnullis apparuerunt, natura cerebrum à craſsis, & pituitoſis potiſsimum humoribus, qui ſomnolentiam antea magna ex parte inducebant, repurgante; & ad emunctoria propria

ex

ex cerebro, ſummo cum iuuamento, præcipuè quando id criticè contingebat, vt ſæpius quidem eueniebat, relegante.

Vomitus, & alui excrementa maiori ex parte bilioſa, natura pariter ab vniuerſo corpore, pręcipuè tamen à putredinis foco ad haſce partes humores iam corruptos protrudente, fiebant. Neq; tamē hinc febres has bilioſas potius, quam ſynochas, & ſanguineas ſemper [licet aliquando tales fuiſſe antea admiſerimus] fuiſſe eſt exiſtimandum. Namq; etſi ſanguis, dum putreſcit, eſtq; ipſa putredo in fieri, poſsit propriam ſanguinis naturam, vt aliàs quoq; confirmatum fuit, retinere, quemadmodum alij humores etiam; poſtquàm tamē iam omninò perfecta eſt putredo, vtplurimum tenuior ſanguinis pars in bilem; craſſa verò in melancholiā à validiore illo, & ſemiaſſante calore transmutatur. Quamuis autē in multis ex proprijs ſignis intenſam admodum putredinem fuiſſe, perſpectum omninò eſſet, vix tamen unquam fluxus alui colliquatiui, ſicuti in verè peſtilentibus euenire ſolet, in quibus ſummus eſt putredinis, & malignitatis gradus, apparuerunt.

Excrementa bilioſa.

Sanguis putrefactus in alios humores degenerat.

Vermes etiam plurimis in ventre generabantur, qui deindè tum ſurſum per vomitum, tum infra per ſeceſſum excernebantur, ex materia excremen-

Vermes.

titia.

titia inibi potiſsimum ob ventriculi læſam coctionem congeſta, ac magna ex parte pituitoſa, putrefacta; à calore tamen ſatis valido naturali ipſorum inteſtinorum, qui quidem in materiam illam corruptam, ac omninò à natura noſtra alienam agens, cum illam propter eius uitium non poſsit in ſubſtãtiam partis tranſmutare, ſaltem in hanc vermis ſubſtantiam conuertit. Vt propterea vermis, vt opus quoddam præter naturam, in vitiatam quidẽ inteſtinorum coctionem, ſed non ob læſam facultatem à morbo, ſed potius ob errorem externum, ob materiæ nempè ipſius vitium, referri debeat.

Suppreſſio lotij. Vrinæ illa omnimoda ſuppreſsio, cùm non nulli per duos dies, non nulli per tres, & plures omninò mingere non potuerint. etſi forſam ex deficiente materia ſeroſa à calore febrili conſumpta, vel exſiccatis etiam vrinarijs vaſis, & cõſequenter nimiũ anguſtatis prouenire potuerit: Probabilius tamen duplici alia de cauſa eam factã fuiſſe exiſtimamus: tùm ſcilicet ob viarum, & colli ipſius veſicæ à materia craſſa intus detenta obſtructiones, cum vtplurimum in his vrinæ craſſę, atq; turbatę præcedere cõſueuerint: tum verò, & multò quidem magis veſica ipſa non modo ſecundum ſenſum, ſed etiam ſecundum motum per conſenſum à laborãte quoq; cerebro malè affecta. Quandoquidem alijs multis

tis fruſtra ſæpenumerò tentatis auxilijs, immiſſa tādem ſyringa copioſum lotium fuerit eductum. Vt propterea inter laborantis cerebri, mentiſq; ipſius alia multa indicia, hoc quoq; iuxta aph. illum antea citatum, Quicunq; dolentes parte aliqua, & quæ ſequuntur, recenſeri optimo iure debeat.

Lotium verò multis in morbi potiſsimum progreſſu turbabatur, ſubiugaleq; vt à principio diceba mus, reddebatur, ob inſignem putredinem adauctam, maximamq; humorum confuſionem, & perturbationem; eos iam natura præ malignitate quaſi victa non potente amplius regere, ac ſeparare. *Vrina ſubiugalis.*

Cuius quidem inſignis putredinis ſoboles eſt etiam, antea diximus, fætor ipſe; qui potiſſimum in lotio percipiebatur; in quo quidem nonnunquam pinguedinem quandam, ac veluti vnctuoſitatem ſupernatãtem, quæ inclinato etiã vaſe ipſius lateribus abhærere manifeſtè conſpiciebatur, ob ſolidarum corporis partium pinguedinis ab inſigni calore factam colliquationem, obſeruabamus. *Fætor lotij.* *Pinguedo lotij.*

Cur porrò etiam dum febris putrida eſſet, & in ipſis venis humores putreſcerent; vrinæ tamen in quibuſdam per multos dies, ſimiles omnino ſanis perſeuerarent; vt varia præſtantiſsimorum hominum eſt ſententia, ita profectò difficilis quoq; ra- *Vrinæ ſanis ſimiles.*

tio eſſe videtur. Quod tamen probabilius nobis hac in re videtur, eſt; quod vt ex dictis de putredine colligi poteſt, id ideo forſam fiat, quòd in hiſce febribus praua potuis, & oculta qualitate, quàm putredine manifeſta, humorumue incendio, vel cōfuſione peccet materia ipſa alioquin craſſa, atq; viſcida: quæ quidem vt cor petendo malignitate ſua poteſt eius expultricem irritare, ac pulſum ea ratione potuis, quàm aucto calore frequentiorem reddere; ita ad alias quoq; partes delata, eas malè etiam afficere valet, potiſsimum verò & alteratricē ſiue contractricem, atq; expultricem facultates infirmare: vt propterea neq; concoctrix iam debilis agitare, mouere, atq; alijs humoribus, lotio potiſsimum materiam maximè craſſam permiſcere poſsit; neq; expultrix ipſa imbecilla foras protrudere. Atq; ideò, cum à calore noſtro propter ſui prauitatem vinci non poſsit, fit vt inalterata maneat, ipſiq; lotio minus permixta, & conſequenter vt nec ipſum alterare, vel immutare poſsit.

Inquietudo corporis. Inquietudines autem, corporiſq; totios agitationes à materia turgente, hucq; atq; illuc impetuoſè agitata, atq; expulſa excitabantur.

Virium languor. Corporis languor, ob virium, quæ corpus ſuſtinere, ac benè regere amplius non poſſunt, imbecillitatem fieri ſolet. Vndè poſtmodum indecens.

tens, ac ſupinus maiori ex parte decubitus, etiam emanat.

Omnibus verò penè, qui à morbo euaſerant per aliquot dierum ſpacium ſurditas quædam, ac mentis, ſenſuumq; ſtupor, potiſsimum verò auditus ipſius grauitas, relicta fuerunt, propter magnã à copioſa euaporatione, cerebri, & conſequenter ſenſuum, audituſq; imprimis repletionem. Diſcuſsis enim partibus materieru tenuioribus, atq; craſsioribus relictis, quid mirum ſi ſenſuũ ipſorum organa etiam vitiarentur. *Surditas, ac mentis ſtupor.*

Ab eorundem quoq; ſed acriori, ac tenuiori portione humorum, per cutis poros iam deuicta materia, & expulſa, cum capilorum radices quodammodo corroderentur, meatuſq; ipſi aliqua ratione dilatarentur, mirum non eſt, ſi conualeſcentibus etiam, qui graues potiſsimum cerebri affectiones, vt deliria, lethargum, & huiuſmodi perpeſsi erant, capilli magna ex parte effluerent. *Capillorũ defluuium.*

Cur verò nonnullis, licet interiora maximè vrerentur, exteriora tamen maximè frigerent, ratio facilè patebit, ſi hoc vnum ſupponamus, huiuſmodi febres, quæ propriè lypiriæ ſolent appellari, ex interna alcuius viſceris inflammatione potiſsimum, vel eriſipelate fieri vt 4. aph. 48. docet Gal. in quibus cum quodã veluti caumate, ſiue incendio par- *Cal. intus, extra frigus,*

ſtes internæ detineantur, ad eas intrò ex omnibus externis corporis partibus undequàq; tutandas calor naturalis concentratur, quo internus ardor magis adhuc augetur; externæ verò partes calore illo deſtitutæ, mirum non eſt ſi adeò intenſam aliquando contrahant frigiditatem.

Sanguinis fluor. Hemorrhagiæ etiam ex naribus ſiue quacumq; alia ex parte, eadem, qua aliæ excretiones ratione fiebant; natura nimirum vel quantitate, vel qualitate irritata, quod infeſtat expellere nitente; quod quidem ſi opportunè; ac conuenienter fiat, critica euacuatio; ſin ſecus, ſymptomatica appellari conſueuit. Atq; hæc præcipua ferè ſunt ſymptomata; quæ huiuſmodi peticulares febres, vt plurimum conſequi ſolebant.

De Peticulis Cap. XI.

SVccedunt tandem ipſæ peticulæ, quæ cũ ſint huiuſce febris veluti ſymptoma quoddam proprium, & à quo etiam, vt antea explicuimus, febris hæc ipſa propriam ſortita eſt denominationem, vt circa eas paulò diligentius ex inſtituto diſcurramus, ratio poſtulare videtur. Hæc autem de illis potiſsimũ attingemus; Primò quid peticulæ ſint, numq; antiquis illis Medicis verè fuerint cognitæ. Secundò quæ

ſint ipſarum effectrices cauſę. Tertio variæ earundē differentiæ, illæ potiſsimum, cum ſint naturæ quidam motus expulſiui, effectiuè ſaltem, num critici ſint, vel ſymptomatici, explicabuntur.

Peticularũ nomina.

Quòad primū attinet, Peticulæ, quæ nō nunq̃ & efflorēſcētiæ, & germina, & exanthemata, alijsq; huiuſmodi nominibus à Medicis ſolent appellari; nihil aliud ſunt, quàm maculæ quædam diuerſorum quidem colorum, vt deindè clarius patebit, potiſſimum verò rubræ veluti guttæ quædam ſanguinis pulicum morſibus non multum diſsimiles, in cute totius quidem corporis, ſed maximè omnium circa dorſum, collum, & pectus, nec non pulſus ipſos brachiorum in huiuſmodi malignis febribus diuerſo morbi tempore eſſloreſcentes; factæ quidem à Natura humores prauos, ac tenues ab internis ad externas partes, ac cutim ipſam, ibiq; detentis, expellente; quò interna viſcera, nobilioreſquè partes ab eorum iniuria, & prauitate tueatur.

Quid ſint peticulæ.

Explicatur peticularum definitio.

Diximus quidem eas eſſe maculas, quandoquidem diuerſę pro ſui varietate, diuerſimodè quoq; cutis ſuperficiem commaculant, atquè pręter naturali colore inficiunt. Ex quo colligitur eas inter ſymptomata qualitatis mutatę ad ſenſum viſus quidem ſemper, non nunquàm ēt ad tactū in ſuperficie

Forma.

aſpera,

aſpera,& inæquali, quando nimirum ſunt elatiores, pertinentia, numerandas eſſe. Eſtq; hoc ipſius generis loco.

Quoniam verò macularum cutis diuerſa admodum grnera eſſe poſſunt, ab ijs per ea, quæ ſequuntur, verba ſeparantur, ac diſtinguuntur. Quoniã verò maximam, vt inſinuauimus, hæ maculæ cum pulicum morſibus habent ſimilitudinem, propterea nè decipiamur, ſigna, quibus inter ſe diſtingui facilè poſsint, ſunt ad notanda. Ea autem ſunt, ꝙ in ijs maculis, quæ à pulicibus morſu inferuntur, adeſt in medio tanquam punctum quoddam morſus veſtigium, quod neq; per compreſsionem digito factam, reliquo circumquaq; rubore paulūlum recedende, delitefcit. Indifferenter prætereà cuiq; corporis parti morſus pulicum inferri poſſunt: nec non in linteaminibus ipſis aliqua ſimilia ueſtigia pulicum conſpiciuntur.

Quomodo peticulæ à pulicum morſib⁹ diſtinguãtur.

Peticulæ verò, ſi leuiter comprimantur digito, abeunt quidem, ſed quamuis redeant rurſum, nullum tamen in earum medio veſtigium, vel punctũ interea conſpicitur. Et quamuis in quacunq; ferè corporis parte emergere poſsint, in partibus tamẽ calidioribus, per quas potiſsimum inſigne aliquod vas arterioſum nimirum, vel venoſum, permeat; vt eſt collum, pectus, renes, & aliæ, quas ſupra cõmemor.

Peticulæ in quibus partibus maximè erumpant.

memorauimus, potiſsimum, atq; euidentius conſpici ſolent; præcipuè verò, ac omnium maximè circa renes, quòd per eam dorſi partem vena magna, atq; arteria perreptant, in quibus magna ex parte in his febribus, inſignis fieri ſolet humorum ebullicio, obſeruari conſueuerunt; Rariſsimè verò in faciè; ea potiſsimum de cauſa, quia cum aeri aſsiduò ea ſit obuuia, ab eius frigiditate materia facillimè poteſt repelli; Vt ſi quandò in facie eas apparere contingat, cum non niſi ex ſumma materiæ prauitate, & copia, id fiat, omnium maximè ſoleāt eſſe pernitioſę, atq; lethales, vt non rarò experientia ipſa comprobauit.

Cur rarò in facie erumpant.

Ab Eſceris verò vocatis conſimilibus maculis rubeis, quæ ęſtatis tempore in nonnullis etiam ſanis, & abſq; vlla febre ex imodico calore, & exercitio ſolent erumpere; Nec non etiam à morbillis ipſis, qui etſi etiam febrem interdum inſignem & ſynocham, vt plurimum ſubſequantur, ea tamen febris ſimplex eſt putrida quantum ex ſe eſt, & omni malignitate carens. Quare ab his omnibus peticulas noſtras diſtinguere per illa verba, In huiuſmodi malignis febribus eſſloreſcentes, ſuperius allata voluimus. Siquidem eſceræ ipſæ ſine vlla omninò febre contingunt; Morbilli verò cum febre quidem, ſed non maligna, vt ex alijs proprijs annexis

Peticulæ quomodo ab eſceris, & morbillis diſtinguantur.

ſym.

Symptomatibus facilè diſtingui poteſt.

Peticulæ an antiquis fuerint notæ. Num verò huiuſmodi maculę, quas nos proprio nomine peticulas nuncupamus, antiquis illis Medicis verè fuerint cognitæ; ſi quæ à doctiſsimo Fracaſtoreo lib. 2. cap. 6. de contagioſis morbis memoriæ prodita ſunt attendamus, planè aſſerere debebimus, peticulas quamuis in his noſtris regionibus annis 1505. & 1528. primum apparere cęperint; cum tamen eius teſtimonio quibuſdam in mediteraneo mari inſulis, Cypro potiſsimum eſſent valdè familiares, videtur conſequenter dicendum antiquis illis, Græcis præcipuè Medicis, qui eas incolebant inſulas, inter quas eſt ēt tum Hip. cous, & Galeni Pergamus Patria, minimè fuiſſe ignotas; maximè verò cum nos quoq; cum Gal. ab his maculis pemphingodem appellari poſſe antea oſtenderimus, & alibi idē ēt tum vibicum, tum phlictenarū, tum etiam tuberculorum in febribus pęſtilentibus non ſemel tantum meminerit. Verum ſi intimius

Reſponſio. ipſius Gal. verba perſcrutemur planè inueniemus, quòd quamuis huiuſmodi maculæ cum illis antiquorum aliquam habeant ſimilitudinem, ratione

Maculæ antiquorū à noſtris quomodo differant. cuius nos quoq; febrem hanc pemphingodem appellauimus, non parum tamen ab illis differre; non ſolum quia illæ antiquorum, & Gal. potiſsimū verè peſtilentis febris erant ſymptomata; ſed etiā

quia

quia valdè à noſtris diuerſæ erant; quod vt clarius innoteſcat, ipſius Gal. verba ſunt in medium adſerenda. Is igitur 5. Meth. 12. circa finem hunc in modum loquitur; Cæterum qui ex peſtilentia hoc vitio, ſputo nempè ſanguinis, de quo paulò antè loquutus eſt laborarũt; propterea mihi facilè ſanati ſunt, q̃ pſiccatũ ijs, ppurgatumq́; eſſet corpus, quippè cum & uomuerint ex ijs nonnulli, & omnibus venter profluxerit. Atq́; cum ita iam euaccuati eſſent, qui euaſuri erant, ijs puſtulę, quas exanthemata vocant, nigræ toto corpore confertim multę apparuerunt vlceroſę, quidẽ plurimis; omnibus certe ſiccæ; & in ſequentibus clarius adhuc dicit, exanthemata illa vel vlceroſa, vel ſcabioſa fuiſſe. Ex quibus Gal. verbis manifeſtiſsimè apparet, cum puſtulæ illæ apparentes eſſent aſperæ ſiccæ, & vlceroſæ, à noſtris his maculis fuiſſe valde diuerſas. Idem penè de febre pemphingode 1. in 6. de vulg. uiſ. tex. 29. affirmat, in febre peſtilenti tubercula nimirũ vlceroſa apparere. Neq́; profectò illæ, quæ ab Hip. & Gal. 2. in 6. de vulg. miſ. tex. 20. deſcribunt ſunt eiuſdẽ cũ noſtris naturę; ſiquidẽ eas vocat puſtulas, & prurigi noſas; quæ proculdubio noſtris nõ conueniunt. Vt propterea dicendum ſit, puſtulas illas à Gal. & Hip. nominatas, à noſtris hiſce peticulis omninò fuiſſe diuerſas; vel ſaltem ab ijs authoribus

ſub hoc nomine minimè pertractatas. Sed quia res hæc tanti momenti eſſe non videtur, vt longiorem requirat orationem, propterea, ea omiſſa ad alterum propoſitum explicandum, quæ nam ſint peticularum effectrices cauſæ, accedemus.

Cauſę peticularum efficiẽtes.

Efficiens ergò harum macularum cauſa, alia eſſe non videtur, quàm illa eadem, quam 2. illo in 6. de vulg. morbis. 20. proponit Gal. & quam nos quoq; ſuperius verbis illis, Natura humores prauos expellente, inſinuauimus. Ea enim nulla alia eſt, quàm vis ipſa naturalis expultrix, altiores corporis partes repurgans, per ipſam cutim ab huiuſmodi noxijs humoribus. Illi ſiquidem hoc muneris à natura demandatum eſt, vt quidquid noxium, atq; moleſtum vna quæq; pars, potiſsimum nobilior perſenſerit, longè à ſeſe protrudere conetur, donec ad omnium imbecillimam, cuiuſmodi eſt ipſa cutis, deuenerit expulſus humor. Quò pacto à noxijs omnibus animalium corpora maximè tuetur naturalis ipſa facultas. Excitatur verò facultas hęc expultrix ad opus, ſeu munus ſuum perficiẽdum, modò à nimia humorum quantitate aggrauante; modo ab eorundẽ praua qualitate ſtimulante; modò ab vtraq;. Quibuſnam verò de cauſis huiuſmodi prauæ materiæ in corpore tum generentur; tum colligantur, & ſiue illæ internæ, ſiue externæ fuerint,

Cauſæ facultatẽ expultricem irritãtes.

rint, ſupernis à nobis fuit abundè ſatis explicatum. Cur verò omnibus penè, qui prȩteritis hiſce temporibus febre continua laborabant huiuſmodi peticulȩ, vt obſeruatum ſumma diligentia fuit, diuerſo licet morbi tempore, ſuperuenirent, quamuis in occultam, ſecretamq́; ex cauſis antea etiam explicatis, horum temporum condicionẽ præcipuè referri debeat, eam tamen præterea manifeſtam cauſam ſubeſſe exiſtimamus, quòd in omnibus ferè ob praua, & aduſta ex prȩterita aeris cõſtitutione alimenta, humores tenues, & corruptioni parati, præter etiam admodum craſſos, abundarent, qui vbi putredinem concepiſſent, ſua prauitate venarum expultrice facultate irritata, ad cutim poſtmodum faciſſimè expellebantur. Vt hac de cauſa plurimis etiam ab hoc morbo cõualeſcentibus in vniuerſo propemodum corpora inſignis pruritus ſuboriretur, vt qui per cucurbitules extrahebatur ſanguis admodum tenuis teſtabatur. Vt autem materia illa dicto iam modo expulſa huiuſmodi maculas poſsit efficere; debet quidem ad cutim ipſam tranſmitti; ſed debet prȩterea etiam ſub ea detineri; alioqui enim ſi nimiæ ſuæ tenuitatis ratione citò nimis diſſolueretur, nullo modo ſic ipſam cutem inficeret. Vt igitur ſub cute aliquandiu detineatur, & aliqua ipſius craſsicies, ac len-

Cur omnib' ferè cõtinuis ſub peticulæ ſuperuenerint.

Materia maculas efficientis condiciones.

tor, & cutis non admodum rara neceſſariò requiruntur.

Peticularũ differentiæ. Nunc tertium propoſitum, quęnam nempè ſint, ipſarũ peticularum differentię, ſequitur explicandum. Illę autem ex pluribus fontibus hauriũtur. ac primò quidem ab ipſo, quo prędità ſunt, colore. *A colore.* Namq; alię, & quidem plures rubeę erant; rarò admodum nigrę, aliquando liuidę, & violaceę prout expulſus humor ſanguinem, vel alium humorem magis participabat, nec non pro vario, atq; diuerſo putredinis, & malignitatis gradu, quo humor infectus erat, conſpiciebantur. Rubeę ſiquidem, vtpote ox ſanguine à naturali ſuo ſtatu non multum recedente factę, omnium tutiſsimæ; liuidę verò, & violaceæ magis pernicioſæ, quæmadmodum nigræ, cum ſummã humorum corruptionem, atq; innati ſpiritus omnimodam ferè extinctionẽ demonſtrent, omnium pernicioſiſsimæ eſſe conſueuerunt.

Differentiæ peticularum a quãtitate. Secundò peticularum differentiæ ab ipſarum quantitate tum diſcreta, tum etiam continua deſumuntur. A diſcreta quidem, quòd aliæ ſint multæ, aliæ paucæ; aliæ raræ, alię crebrę. A continua verò quantitate hę differentię hauriuntur, quòd alię ſint paruæ, aliæ magnæ; alię rurſum omnino cutim non eleuan, neq; aſperam, aut inæqualẽ reddunt;

dunt; aliæ verò [ſed hoc quàm rariſsimè eueniebat]. exiguorum tuberculorum inſtar, atq; variolarum, quę tamen rariſsimè admodum ſuppurari viſæ ſunt, erant paulò elatiores. Quæ quidem varię differentiæ tùm ex materiæ quantitate, craſsicie, atquè lentore, tùm ex maiori, vel minori virium expellentium robore potiſsimum pendere ſolent. Quò enim materia copioſior, craſsior, ac viſcidior cum valido virtutis robore fuerit, eò plures, maiores, & latiores maculæ fient; ſecus verò vbi contrario modo ſeſe habuerint prædictæ cauſæ. *Cauſę illarū.*

A modo etiam, quo vel ſenſim, atq; paulatim, aut confertim erumpunt; atq; ſemel apparentes, vel citò iterum deliteſcunt, aut diutius perſeuerāt, differentiæ aliæ deſumi poſſunt, dominium potiſsimum ipſius naturæ ſupra malignas cauſas, oſtendentes. Vbi enim morbificis cauſis perfectè natura dominatur, poſtquàm eas domauit ordinato etiam quodam motu, atq; conſtanti expellit. *Differ. à modo.*

Vbi verò virtus imbecillior eſt, quam poſsit id totum perficere, tentat quidem expulſionem talem, ſed perficere non poteſt, atq; prout in pugna illa modo virtus, modo morbi cauſa ſuperat; ita modo magis apparent, modo rurſum facilè occultantur, potiſsimum verò vbi æger

frigidiori aeri, qui repellendi vim habet, fuerit in ipſa erruptione expoſitus, vel etiam linimento aliquo refrigerante ad dorſi leniendum dolorem, vt multi inperiti faciunt, fuerit vſus æger. Tunc enim facillimè condenſata ex frigiditate cute retrocedunt.

Differ a tẽpore eruptionis.

Qua..o à tempore ſuæ, eruptionis etiam diſtinguuntur; Aliæ namq; in principio morbi nulla adhuc præcedente concoctione; aliæ verò in progreſſu morbi, poſt aliqualem quidem, nondum tamen completam coctionem; aliæ tandem poſt eandem omnino perfectam, omnibuſq; numeris abſolutã apparere conſueuerunt. Vt hinc illæ diff. oriantur, quas nobis Gal. 2. de cauſis ſympt. inſinuauit, cum motus qnoſdam in noſtris corporibus eſſe morbi tantum, quoſdam naturæ tantum, quoſdã verò inter illos medios, & naturæ, atq; morbi ſimul, affirmauit. Vndè quòq; hæ hauriuntur differentiæ quod huiuſmodi motus vel omninò criticus ſit, qui fit à ſola natura perfetiſſ. operante; vel omnino ſymptomaticus à ſolo penè morbo, ſineq; vel omnino vllo, aut indecenti ſaltem naturæ concurſu effectus; vel tandem ab vtroq; à natura quidẽ principaliter, non tamen perfectè omnino, ſed aliquo præter naturam irritamento excitata, atq; coacta, promanans. Si enim in principio cruda omnino

Triplices motus in noſtris corporibus.

Motus ſimpliciter ſymptomaticus.

nino

nino adhuc exiſtente materia atq; in die non critica cõtingãt, cũ ex Gal. varijs in locis in initijs morborũ nulla fiat naturæ ratione condecens, atq; proba expulſio, dicendæ erunt ſymptomaticæ, vt propterea etiam magna ex parte vel nulla, vel leuis admodũ ſubſequatur morbi alleuiatio. Quando verò cum perfectę coctionis ſignis circa finem ſtatus virtute robuſta vnà exiſtente copioſè, ac ſufficienter erũpunt, morbum omnino ſoluunt, vereq; criticæ appellari poſſunt, Quod tamen quam rariſsime euenit, vt per hanc ſolam expulſionem à morbo ex toto ęger uindicetur. Sæpiſsimè tamen factum fuit, vt earum in progreſſu morbi poſt aliqua coctionis ſigna, & cum mediocri virium robore eruptionem apparentem, ſubſequuta ſit manifeſta ſatis alleuiatio, vt iure tunc cum fiat quidem à virtute, ſed ante tempus ad opus ſuum irritata, non ſit quidem neq; ſimpliciter criticus, neq; ſimpliciter ſymptomaticus, ſed quodàmodo medius inter illos, vtriuſq; tamen condicionum particeps. vt ſit quidem partim criticus, & partim etiam ſymptomaticus. Criticus quidem quatenus fit in diebus criticis, & poſt aliquam etiam ſatis manifeſtam humorum cõcoctionem, atq; cum aliqua ſubſequente alleuiatione. Symptomaticus verò quatenus præ aliqua materiæ quãtitate, vel malignitate ante perfectam coctionem,

Simpliciter criticus.

Medius.

coctionem,neq; cum omnimoda morbi ſolutione fit. Cum enim regulariter hæ facultates naturales operantur ad expellendum antea expultrix non inſurgit, quàm concoctrix prius opus ſuum perfectè abſoluerit,quod ſi ſecus eueniat, prauæ alicuius diſpoſitionis eſt argumẽtum ex Gal.4.aph. 22. dum inquit, Quando aliquis incipit morbus ſi quid excernitur, nihil tum excernitur naturæ ratione; ſed omnia ſunt ſymptomata earum, quæ præter naturam ſunt diſpoſitionum. Quo etiam tempore à cauſis morbum facientibus natura aggrauatur, & adeſt cruditas humorum,tum aliquid excerni vtiliter eſt impoſsibile; oportet ſiquidem concoctionẽ præire, ſubſequi verò diſcretionem, poſtea euacuationem, vt bona fiat criſis &c.

Naturalium facultatum ſubordinatio

In morbi prĩcipio facta euacuatio eſt ſymptomatica.

Quintò tandem & vltimò à varijs ſymptomatibus cõiũctis ipſis peticulis differentię capi poſſunt. Namq; cum illis interdum aluus adſtricta, interdũ nimis concitata, & fluxus alui coniungitur: interdum menſium fluor in mulieribus ipſis, aliaq; huiuſmodi aliqua accidentia, quæ non leuem ſæpenumero inter medendum difficultatem parere ſolent, copulantur.

Differ. à ſymptomatibus.

De

De Prognoſtico in his febribus Cap. XII.

HIs igitur de huius febris, atq; è eiuſdem ſymptomatum eſſentia, necnon & de cauſis, hunc in modum conſtitutis, quid modo de prognoſtico ſentiendum ſit, facilè patere poteſt. Etſi enim febres hæ vtpotè cõtinuæ, malignæ, ac naturæ noſtræ inimica, atq; aduerſa qualitate præditæ, ſemper periculo plenę ſint; magis tamen vel minus, pro maiori quoq;, vel minori malignitate, quam ſymptomatum præcipuè vehementia oſtendit, atq; etiam pro ipſarum viriũ robore, intenditur ipſum diſcrimen. Hæc etenim duo, virium nempè robur, atq; ipſius morbi magnitudo, præcipua eſſe omnis prognoſticationis fundamenta & Galenus ipſe ſexcentis pænè in locis tecis teſtatus eſt, & nemo præterea eſt, qui ambigat, Quò igitur virtus, & potiſsimum vitalis, quæ ex pulſu maximè depræhenditur, & vitæ fons eſt, fuerit imbecillior; & ſymptomata ipſa tùm vehementiora, tùm maligniora; eò maius diſcrimen imminere fatendum erit.

Duo progno ſticandi fundamenta.

Inter alia tñ ſymptomata hæc, vt grauiora, ita ferè ſemper ægrotantium interitum nobis præmõſtrare conſueuere; vehementes nimirum mentis

Symptomata magis periculoſa.

 alliena-

allienationes, atq; admodum firmæ, ac diuturnæ; Conuulſiones validæ; deglutitio albata; omnimoda, ac diu perſeuerans vrinæ ſuppreſsio; Quando præterea cum peticularum eruptione, fluxus alui, aut menſium, conſuetum maximè tempus non ſeruans profluuium coniungebatur; atq; demum malum ſemper portendere obſeruatum eſt, vbi contrarios inter ſe motus eodem tempore molitur ipſa natura. Hoc enim, eam à copia, vel prauitate humorum ita irritari oſtendit, vt & antè tempus, & modo quodam confuſo operari cogatur.

Verum cum de peticulis ipſis peculiarem hic ſermonem profiteamur, de prognoſtico ab ipſis deſumpto aliquid diſtinctius nobis eſt explicandum. Id autem commodius, per ſingulas earum antea propoſitas differentias diſcurrendo præſtare poterimus.

Prognoſticū à quantitate peticularum.

Quo ad eas igitur primum, quæ à quantitate deſumuntur, attinet, dubitari meritò poteſt, paucioresnè, an copioſiores ſint ſalubriores iudicandæ. Copioſæ namq; vt materiæ copiam, ita expellentis facultatis robur, ac ſupra materiam dominium oſtēdunt, vt quodnam ex his duobus præualeat nō ſit facilè iudicatu. Hac tamen in re tali diſtinctione vtendum eſſe exiſtimamus, plurimum nimirum ad prognoſticum ferendnm, quo morbi tempore

potiſsimum

potiſsimum copioſæ peticulæ proruperint intereſ-ſe. Si enim in principio nulla coctione præcedente apparuerint. vt non virtutis robore, ſed potius ui morbi expellantur, cum inſignem oſtendant corruptionẽ, eſſe oĩno plures paucioribus pernicioſiores dicẽdũ erit: Secus verò cum in morbi ſtatu, vel circiter effloreſcunt cum coctionis ſignis; tũ enim quò plures fuerint, eò magis, ſi non vt ſignum, [nã ſic multam indicant corruptionem] vt depurationis ſaltem ipſius corporis à noxijs humoribus cauſa, copioſę erunt paucioribus præferendæ. Depurari ſiquidem internas partes à virtute robuſta demõſtrant. Cum verò eo tempore pacuæ erumpunt, maximè ſi humorum prauorum copia in corpore deliteſcat, naturam non omnino illi prædominari [alioqui enim ſufficienter expelleret] oſtendũt. *A tempore.*

Quod de quantitate ipſa ſiue continua, ſiue diſcreta dictum eſt, ad modum etiam quo, vel ſcilicet confertim, vel paulatim erumpunt, cõmodè tranſferri poteſt. *Prognoſtica à modo erruptionis.*

Quando enim affatim, [modo tamen alia bonæ criſis indicia adſint, prorumpunt], cum & materiã tenuiorem, & maius ſupra illam dominium naturæ demonſtrent, quàm quando ſenſim, & paulatim egrediuntur ac prodeunt, multò ſunt melioris cõdicionis; Quòd Gal. quoq; teſtimonio. 5. Meth.

c. 12. confirmatur; vbi dicit eos potiſsimum ab ea peſtilentia euaſiſſe, quibus puſtulæ, quæ exanthemata dicuntur, nigræ, toto corpore confertim multæ apparuerunt.

Prog. ex colore. Quid verò ex illarum colore vario, atq; diuerſo ſit pręſagiendum, ex antea dictis non multum difficilè erit coniectare. Rubeæ enim, vt antea meminimus, vt quę materiam non valdè malignam, nec multum à natura ſanguinis recedêtem oſtendant, omnibus ſunt ſecuriores: E contra vero vt plurimum ſe habent ipſæ nigrę, vel liuidæ; à quibus quamuis pauci omninò viſi ſint euaſiſſe, interdum tamen, vbi potiſsimum multi aduſti humores abũdabant, etiam fuiſſe ſaluatres, vt per quas qui peccat in corpore humor euacuetur, ex paulo ante citato Gal. loco. 5. Meth. 12. & ex illo aph. Si talia euacuentur, qualia oportet, cõfert euacuatio clariſſime patet. vt propterea ad firmum de his iudiciũ ferendum, humoris ipſius inprimis peccantis natura ſit reſpicienda. Reliquę verò medij coloris prout ad alterum extremorum magis accêdent; ità condicionum illius erunt magis participes.

Nigrę.

Prog. à loco. A loco verò vbi apparẽt, quò rarius circa ipſam faciem erumpere ſolent, eo cùm apparent, ſolent eſſe periculoſiores, ita vt vix vllus; qui eas in facie habuerit, curatus viſus fuerit. Non modo enim

prauam,

prauam, ſed etiam copioſam materiam oſtendūt, vt ad loca etiam vbi minus, & non niſi à ſumma vi expelli poſsint, à natura acriter ſtimulata protrudatur. Cur verò ita rarò in facie fieri ſoleant, prę ter antea dictam cauſam ab aere, cui ea pars aſsiduò obuuia eſt, repellente deſumptam; loci etiam ipſius à foco putredinis diſtantia multum conferre videtur. *Cur in facie peſſimæ ſint.*

Ratione verò ſymptomatum, quę peticulis coniunguntur, pro ipſorum quòq; natura diuerſimode iudicium ferendum venit. Quò enim grauiori ſymptomati copulantur, & ipſę magis periculoſæ ſunt exiſtimandæ. Tunc verò potiſsimum malum minantur, quando cum alui fluxu bilioſo, atq; maligno; vel cum menſium tempus conſuetum præueniente expurgatione, eaq; copioſa, prodeunt. Cum enim eodem tempore plures moliri euacuationes cōtrarias inter ſe natura tentat, maximæ eius aggrauationis, & conſequenter ſymptomaticę excretionis eſt indicium. *Prog. à ſymptomatibus.* *Cum fluxu.*

Quamquàm igitur huiuſmodi febres malignæ plenæ ſint periculo, cū tñ maxima ægrotantiū pars Dei optimi Max. imprimis, & medicorū auxiliorū etiam ope ſanitati ſit reſtituta, idcircò non omnino mortales, vt ſunt magna ex parte verè peſtilentes, quæ omnem ferè ſalutis ſpem adimunt

diui-

Quandò hæ febres deſinere cæperīt

diuidicādę erunt. Quinimo iure optimo, quęmadmodum ēt ſperebamus, factū eſt vt poſt nouos fructus, atq; ipſam potiſsimum nouā ſegetē, à medio inquam Auguſto circiter, deinceps omnino ferè deſierint; vt ab eo tempore in pręſentem vſq; diē, perpauci admodum, qui etiam nihilominus conualuerunt, huiuſmodi morbo laborarunt. Atq; hęc de prognoſtico ſufficiant.

Antequàm autem ad ipſam praxim ſiue pręſeruatiuam, ſiue curatiuam deſcendamus, cuidam neq; inutili, neq; iniucundo quæſito ſatisfaciendum nobis erit.

Num qui ſemel peticulari fèbre laborarit, ea amplius capi poſſit.

Quæri enim poteſt vera nè ſit illorum cenſenda opinio, qui eum, qui ſemel huiuſmodi febre laborarit [quod aliqui etiam de illis, qui peſte ſemel fuerunt infecti in dubium vocant] etſi cum ægris deinde verſetur, ita tamen tutus ſit, vt infici amplius non poſsit. Non me latet inter vulgares reperiri, qui eos qui ſemel vel peſte, vel peticulari febre [variolorum forſan exemplo adducti] laborarint, iiſdem amplius infici non poſſe ſirmiter perſuaſum habent. Quos tamen cum quottidiana ipſa experientia in contrarium coarguat, quid multis argumentis eos improbare opus eſt? Multi ſiquidem hoc anno viſi ſunt, qui non mō bis, ſed ēt ter peticulas perpeſsi ſunt, quamuis aliàs etiam iiſdem laborarint,

Solutio.

rint; & ægo hoc quoq; tranſacto tempore, quendā prę manibus habui, qui unius menſis ſpacio, ter, [quę eius erat inordinata vita] peticulas ipſas perpeſſus eſt, & benè curatus, etiam nunc incolumiter viuit. ac benè habet. Memini ēt dum Conſtantinopoli eſſem me de multis audiuiſſe, qui cū quinquies, & pluries etiam peſte, quę aſsiduo eam ciuitatem infeſtat, laboraſſent, eadem tandem fuerunt extincti. Neq; huiuſmodi opinio de ipſis variolis, vel etiam quartana febre veritatem habet. Siquidem multos ſępius & uariolis, & quartana ipſa laboraſſe optimè nouimus. Non tamen negauerimus qui vel peſte, vel huiuſmodi ualignis febribus antea laborarunt, cum inde minus fiant timidi, ac formidoloſi, dificilius deinde ijſdem per contagiū infici. Siquidem, vt in tractatu de contagio tetigimus, inter alias cauſas, ob quas contagione extrinſeca affectio aliqua contrahatur facillimè, eſt ipſe timor. Siquidem cum in eo & calor, & ſpiritus à corporis circumferentia ad centrum, pro ſui, & cordis tutella confugiant, fit quoq; vt hauſtum extrinſecus putredinis, ſeu morbi ſeminarium ad cor ſecū facilimè deferant.

Peſte quis ſępius corripi poteſt.

Quid conferat prius peſte laboraſſe.

Poteſt & alia quoq; ratio huius afferri, cur. ſcilicet qui aliquo horum morborum laborarit, non ita facile eo rurſum corripiatur; tum quia cum præ-

Alia ratio.

præcedentis morbi occaſione præpurgatum fuerit corpus, minus aptum deindè ſit ad eundem morbum concipiendum, vt Gal. illo 5. Meth. 12. manifeſtè de illa peſtilentia dixit. Tum quia, qui ſemel morbum aliquem etiam malignum ſuperauit, eum cõtra ipſum valido naturæ robore pollere eſt argumentum, quo alios quoq; conſimiles vincere facilè poterit, vt ex hoc etiam cum fiant quoq; animoſiores, difficilius pariter, vt paulò ante diximus, contagio inficiantur. Sed hæc de hoc quæſito ſatis. iam reliqua proſequamur, ad ipſam modo praxim propius accedentes.

De præſeruandi ab his febribus ratione Cap. XIII.

CVm igitur morbus hic, ſi prudenter, ac vt decet tractetur, curationis ſpem non adimat, ſed maxima ex parte ſit ſanabilis; & quæ ad eius cognitionem magis pertinere videntur, ſatis, vt cenſeo, copioſe ſint explicata; reliquum modò eſt, vt ad partem ipſam practicam tum præſeruatiuam, tum curatiuam aggrediamur.

Præſeruatio præcedit curationem.

Et quia à morbo præſeruari cum imminet, quã ab eo præſenti liberari non modo iucundius, ac optabilius eſſe, ſed etiam temporis ac naturæ ordine

præcedere

pręcedere videtur, idcirco de præſeruatione prius, tum demum de curatione, quà maiori poterimus perſpicuitate, ac breuitate agemus. Vtriuſq; verò uiam, ac rationem non multum quidem inter ſe diuerſam tum affectus ipſi, tum eorundem cauſæ nobis amplè demonſtrant.

Cum etenim, quòad præſeruationem ipſam primum attinet, ad efficiendos quoſlibet morbos, vt antea à nobis fuit explicatum, & cauſæ agentis vis atq; potentia ad agendum; & paſsi ipſius ad patiendum, ac ſuſcipiendum diſpoſitio, atq; facilitas & promptitudo requirantur, in eò potiſsimum ea poſita eſſe videtur, tum vt corporum ad morbum diſpoſitiones, ſi quæ ſunt, auferantur; aut ſaltem fieri prohibeantur; reddaturq; ad reſiſtendum morbificis cauſis promptius; tum verò vt ipſarum cauſarum vis, quantum fieri poteſt, infringatur, ac debilitetur. vt 1. de diff. feb. cap. 6. nos docuit Galenus. *Præſeruandi indicationes.*

Et quoniam ſuperius quoq; oſtendimus, dupliciter potiſsimum via, ac ratione huiuſmodi morbum à nobis contrahi ſolere, vel ſcilicet per internam in corporibus noſtris primùm ortam inſignem putrefactionem, vel per purum, ac merum extrinſecus aduenicns contagium; idcircò etiam in pręſeruatione, ſicuti etiam in curatione, vtriuſq; vt à quo *Dupliciter febris hæc contrahitur.*

non parum diuerſitatis oritur, ratio habenda erit. Siquidem vbi ex ſolo contagio oritur pro præſerua tione, vel ſolum contagium atq; cum ægrotis conuerſationem euitare ſatis erit, iuxta cõmune illud prouerbium Fuge procul, citò, & tard è reuertere. Verum quoniam iuſtis de cauſis hoc ſemper fieri non poteſt; vt aſiſtentes & qui ægrorum curam habent, velint noliat, cum illis conuerſari, atq; eos cõtractare ſæpe etiã cogantur. propterea hi non modo procurare debebunt, vt aerem illum cubiculi, in quo crebro verſantur alterent aſsiduò, ſed vt quã minimum illius per inſpirationem potiſsimũ, nec non etiam per cutis meatus eos aliqua ratione occludendo, ac obturando, hauriant, atq; vt ſimul antidoto aliqua viſcera interna & cor præcipuè ita roborentur, vt ab hauſto ẽt aliquando putredi nis malignæ ſeminario non inficiantur, ſed illud vincere ac longe à ſeſe ꝓpelere poſsint. de antidotis huiuſmodi, & aerem etiam alterantibus infra copioſius dicetur. Hic ſolum ea in medium proponemus, quibus externos meatus cutis ita occludi poſſunt, vt externo veneno per cutis meatus ingreſſum minimè permittant.

Quando ex contagio oritur præſeruatio.

Erit aũt meo iudicio ad hoc maximè vtile, ſi facies ipſa, collũ, & manus, [nam hæ partes potiſsimũ ſunt, quę detectæ aeri externo obuiæ ſemper ſunt; aliæ

Cutis meatus obturantia.

alię verò vt plurimum veſtibus conteguntur] vel adſtringente aliquo leuiter tamen abluantur; vel re aliqua oleoſa, & vnctuoſa, quæ cuti putredinis ſeminarium adhærere non permittat, illiniantur. Si enim huiuſmodi vnctuoſa, & adſtringētia, quòd venenum partibus adhęrere, neq; tam facile ad cor anguſtādo vias permeare ſinant, præaſſumpta hauſtum deinde venenum etiam ſatis læthale, ac corroſiuum, nocere non permittunt, vt non nunquā in quibuſdam circunforaneis hiſtrionibus obſeruauimus; & Medici etiam Rationales in aſſumptis venenis exhibere ſolent, cur eadem extrinſecus adhibita etiam conferre poſſe inficias ibimus? Summoperè igitur illi mihi comandatione digni videntur, qui hanc ob cauſam antequàm ad ęgros accedant prædictas partes aceto raſaceo, vel cū aq. roſ. aut plantaginis & huiuſmodi permixto abluunt: In quęm etiā vſum oleo aliquo vt reſaceo, violaceo, mirtino, citoniorū & huiuſmodi alijs præter oleoſam ſubſtantiam adſtrictionis etiam participibus, iam dictas partes inungere mihi maximè probaretur. Quęndam enim noui qui membri ipſius ex his oleis inunctione longiſsimo tempore à morbo gallico, quamuis indifferenter, vt æſfrenis ac peſsima nonnunquam fert libido, cum infectis etiam eſſet conuerſatus, ſe fuiſſe pręſeruatum gloriabatur.

Ablutio ex aceto.

Innũctio ex oleo.

Preſeruatio à morbo gallico.

Sed de his, quæ hac ratione contagium prohibere poſſunt, hæc pauca ſufficiat innuiſſe quibus dein, de plura alia ſimilia maiori artificio quilibet proprio marte ſibi excogitare poterit.

Cum verò ad hos morbos ſiue primò in noſtris corporibus generandos, ſiue etiam forinſecus contrahendos, cauſæ tum internæ diſporētes tum etiā externæ ſiue pariter diſponentes tātum, ſiue etiam impellentes concurrunt, alia præſeruandi ratio à ſuperiori lōge diuerſa ineunda erit. Si.n. vbi ex interna maligna putredine huiuſmodi febris orta fuerit, extrinſecus illis adſtringentibus, & cutis meatus occludentibus vtemur, non modo quidquam profuerimus, ſed multum quidem internam putredinem adaugentes oberimus.

Aſtring. extrinſeca quando conueniant.

Cum igitur præcipua corporis diſpoſitio ad uenenoſam hanc corruptellam concipiendam in eo maximè poſita eſſe videatur, quando prauis, ac facillimè corruptibilibus humoribus ſanguine potiſſimum ichoroſo, atq; excrementis alijs, quę magna ex parte ab obſtructionibus detinentur, corpora abundant, hinc totius præſeruationis præcipuus cardo, vt dicit Auic: deſumitur & eſt vt corpus exſiccet & ab huiuſmodi ſupfluitatibus depuret, nec non remotis obſtructionibus, aut cōſtipationibus trāſpirabile, quantū fieri poterit, reddatur; tū demū,

Diſpoſitionis ad has feb. ablatio.

Indicationes pręſeruatiuę

vt contra quæcunq; aduerſa validè pugnare poſſit, confirmetur, atq; roboretur. Cum verò noſtri corporis humores quæ aſſumimus alimentorum naturam magna ex parte imitentur, varièq; à cauſis aſſiduo noſtra corpora alterantibus afficiantur, hiſq; inprimis proba, ac decenti victus ratione cõſulere poſsimus, propterea illa ante oĩa ineũda nobis erit, quæ & frugalis ſit, & quæ vel nulla, vel q̃ paucißima ichoroſa potißimum excrementa cumulare poſſit: quæ verò quottidiè ex alimentis generantur, ea tum per aluum, tum per vrinam, tum moderato, ac conuenienter facto exercitio per ſudorem, aliaſq; conuenientes vias crebro expellantur. *Regiminis victus neceſſitas.*

Aeris verò imprimis, vt quo aſsiduò tum intus, tum extra velimus, nolimuſuè uti cogimur, sũma diligentia habenda erit, vt quam maximè purus ſit, & omnis prauæ qualitatis expers, & ſi quæ in eo excedant qualitates, in actiuis quidem contrarijs ad temperamentum, in paſsiuis verò ad ſiccitatem reducatur. Quare non ſolum in amenis collibus, vbi potißimum orientales, & aquilonares venti omnium ſaluberrimi, placidè ſpirent, habitationes erunt elligendæ; verum etiam particularis cubiculi aer, in quo ægrotantes degunt, vel etiam ſani verſari coguntur, varijs ſuffumigijs, atque odoribus ad ſpiritus etiam ipſos confortandos *Aer.* *Alterantia aerem.*

erit

erit pro ratione temporis alterandus frigido quidẽ tẽpore ligno aloe, iuniperino, & eius baccis, thure, gariophilis, belzuino, ſtijrare, corticibus citri & huiuſmodi alijs, vel per ſe ſupra prunas proiectis, vel cum aqua lauendulæ, aut ex floribus citri, & aurantiorum in ollula ſupra prunas feruefactis. Calido vero tempore frigidis, vt aceto roſaceo, aqua roſacea, ſantalis, roſis & huius generis alijs utendum erit.

Quibus conuerſatio cũ ægris maximè uitanda.

Cauendum verò vnicè eſt [& præcipuè ijs, qui ſanguineo temperamento præditi ſunt, ut qui huic malo, ob analogiam quam ad ſanguinem habet, maximè ſunt obnoxij, & qui præterea cum ęgrotis ſanguine cõiuncti ſunt, ut antea ſuo loco diximus] à frequenti cum ęgris conuerſatione, atq; diuturna mora. Quod ſi ad eos accedere aliquando cogantur, ut & Medicis, & aſsidentibus uſu uenit, illud inprimis curare debent, ut optimè prius tecto patiente, nè à frigidiore aere, quándo pręcipuè peticulę ipſę errumpunt, maximè noxio lędatur, apertis feneſtris cubiculi aer euentetur; tum deindè ut aliquo conuenienti odore alteretur. Huicq; omni ſtudio, ac diligentia incumbant, ut quam minimũ aeris illius incluſi, expirationeq; putrida ab ęgris emanante infecti per inſpirationem [qua maximè huiuſmodi morbum contagio contrahi exiſtimamus]

Quid in ingreſſu ad ægros agẽdũ.

mus] attrahãt. Vt propterea etiam minimè tutũ ſit ſtatim fatigatos ex itinere poſtq; ſchalas cõſendimus ita anhelosos cubiculum ægri nigredi. Sed foris aliquãtulum donec ſpiritus quietior fuerit redditus, cõmorari cõſultius ſit. Dũ uerò ingredimur ea ore cõmanſa detineãtur, quæ prauorũ ac malignorum uaporum uim infringere, ac diſsipare poſſunt; eorumq; ingreſſum in corpus prohibere; Cuiuſmodi cum plura ſint, cortices tamen citri, aurantiorum, red. Zeduariç, angelicę ordoratę, gariophila, calamus aromaticus, & huiuſmodi alia gratum, ac ſuauem odorem expirantia, maximè comprobantur. *In ore detinenda.*

Sed in dubium hoc vocari merito poteſt, num bonis ac gratis, an verò prauis, atq; ingratis odoribus in huiuſmodi caſu aerem alterare præſtat. Nõ nullis etenim in locis obſeruatum videmus, vt clariſsimus quoq; Mercurialis pręceptor meus obſeruandiſsimus in tratatu ſuo de peſte teſtatum reliquit, peſtis tempore hircos in ædibus de induſtria aſſeruari. quaſi ſuo illo horribili fætore prauas aeris qualitates diſsipare atq; annichilare poſsint. Alia præterea ratione conferre videntur, quod ſcilicet, cum ingratos odores percipimus, minus etiam crebro inſpiramus, ac conſequenter de prauo illo aere haurimus. *Num bonis au malis odoribus aerem atterare praſtet.*

Verum

Verum cum boni, atq; ſuaues odores naturæ noſtræ ſint maximè familiares; ſpirituſq; non uitales modo, ſed etiam animales ſummoperè recreët, atq; reficiant, vt propterea contrarijs quoq; omnibus facilius queant reſiſtere, iure alijs præferendi videntur; potiſsimum vbi aer ipſe, non eſſentialiter per propriam corruptionem, vt eſt in vera peſte, ſed accidentaliter tantum aliqua labe eſt infectus; ita tamen hi ſuaues odores comprobantur, modo ijs ad frequentius, altiuſq; vt ſæpè fieri ſolet hauriendum ſpiritum, aeremq; ipſum inſpirandũ non alliciamur, nè cum odore grato tamquàm eſca quadam prauũ quoq; venenum ad cor promptius attrahamus. Proderit igitur etiam, ſeruata iam dicta cautione, poma citria, aurantia, roſas, violas & alia huiuſmodi benè redolentia in cubiculo detinere. Quæmadmodum etiam vtile quoq; erit cubiculum àqua roſacea cum aceto, in quibus ſantala, roſę, cortices citri & ſimilia bullierint, ſupra ferrum ignitum reſperſis ſuffumigare. Quin etiã eò tempore maximè præſtabit pilam aliquã ex odoratis rebus æſtate quidem frigidis, hijeme verò calidis confectam aſsiduò manibus geſtare; vel ſpongiam etiam aceto roſaceo madefactam crebro olfacere. Imò conſultum etiam maximè erit ad ipſum contagium euitandum, digitos, quibus ægri pulſum

Reſolutio.

Quæ manib' geſtanda.

pulſum tetigerimus, eodem aceto præ cubiculi fo ribus ad id aſſeruato, quàm primum optimè abluere.

In cibis præterea maxima diligentia adhibenda erit, vt ij elligantur potiſsimum, qui putredini, ac corruptioni non modo minus ſint obnoxij, ſed etiã quàm maximè aduerſi, & veneno putrefactiuo con trarij, vt ſunt frigidi & ſicci, maximè verò acetoſi, quibus quantum ventriculi robur permittit, aſſiduò vtendum erit. *Ciborum electio.*

Cum verò ſuperius has febres contagioſas eſſe, atq; contagium tribus potiſsimum modis per aerẽ nempè, per fomitem, & per contactum propagari conſtitutum fuerit; ad preſeruationem quoq; ſanorum pertinere videtur conſideratio, primò an tutum ſit eorum, qui ex hiſce febribus intetierunt, cadauera contrectare; Secundò num rebus, quibus ægri vſi ſunt, vt lecto, linteaminibus, & huiuſmodi alijs; ſani quoq; ſine vlla alia præmiſſa depuratione, tutò vti poſsint.

Ad hæc breuiter ita nobis reſpondendum eſſe videtur; tutius multò eſſe à talium cadauerum [niſi forſan vt apud quaſdas nationes in more eſt poſitum, aqua & aceto prius optimè ſint lota] contrectatione quantum poſſumus abſtinere. *An tutum ſit cadauera hæc contrectare.*

Etſi enim ab illis tantum, ac in vita erant, putri-

 di va-

dĩ vaporis non expiret; cum tamen huiuſmodi peticulæ ſint, affectio contagioſa cutanea, facilè fieri poteſt, vt tabus aliquis inficere aptus ipſi cuti adhæreat, qui tangentibus, potiſsimum verò cum iam cadauera putreſcere incipiunt, facillimè communicari poteſt. A putredinali namq; calore vapores praui conſimilis morbi fomes, in proxima ipſa corpora leui admodum negotio eleuari poſſunt.

An ſuppellectilis depurāda. Idem, & quidem tantò magis, quò raræ ac laxæ & conſequenter ad recipiendum aptæ ſubſtantię magis fuerit, de ipſa ſuppallectili dicendum erit: quandoquidē per eam, maximè verò per lectos plumaceos, panos ex lana, & ex goſsipio, ac linteamina multos huiuſmodi morbum contraxiſſe eſt obſeruatum. Tutius igitur erit ijs prius non vti, quàm vel Soli, ac aeri per multos dies mãſerint expoſita, vel ſumma diligentia etiam ſi opus fuerit, optimè lixiuio etiam forti vel huiuſmodi ſępius fuerint abluta. In euitandis enim grauioribus periculis nulla etiam exquiſitiſsima cura, ac diligētia nimia, aut ſupetflua eſſe poteſt.

Venus. Venus etiam nimia potiſsimum, atq; immoderata, cum vires ita eneruet, vt malignis cauſis minus deinde poſsint reſiſtere, maximè nocua eſt, vt ſæpius experientia ipſa commonſtrauit in multis ab hoc morbò conualeſcentibus, qui cum citius,

quàm

quàm debuiſſent, rei venereæ operam dediſſent, huiuſcæ ſuæ libidinis vitæ periculo nonnumquam pœnas dederunt. Quare vel hoc tempore omnino erit fugienda, vel certè ſumma moderatione, ac cautè admodum ea vtendum.

Ad aluum verò lubricam ſeruandam, ſimulq́; et veneno reſiſtendum, vſus, inter alia multa familiaria, pillulorum Ruffi de tribus mirificè probatur, ſi alternis, vel ternis, aut quaternis diebus, pro vt vſus atq́, neceſſitas poſtulabit, eorum 3. 5. vel circiter deuoretur. Vſurpari etiam aliquando in hũc vſum poterunt paſſulæ ipſæ infuſione ſenæ cum floribus cordialibus, ſcordeo & huiuſmodi alijs præparatæ. Reliqua ad victus rationem, & ſex res nõ naturales vocatas pertinentia, cum ex ſe facilia ſint, ideo hoc loco miſſa facimus. *Ad aluũ lubricandam.* *Pillulę Ruffi* *Paſſulæ.*

Succedunt modo auxilia chijrurgica, inter quæ venæ ipſius ſectio nobis primum occurrit conſideranda; in qua quidem ita ſtatuendum videtur. *Chijrurgica auxilia.*

Quando corpus plethoricum eſt, & plenitudo, ſi non quoad uaſa, quoad vires ſaltem adſit, ut ueneno ipſi pabulum ſubtrahatur, reliquumq́; natura melius poſsit tueri, ſanguinis miſsionem, etiam per ſectam uenam maximè conuenire; cùm potiſsimum venenum hoc ad ipſum ſanguinem peculiarem, ut diximus, habeat antipathiã. Si igitur oẽm *De vene ſectione.*

ſuperfluuitatem corporis tollere vtile eſt, vtiliſſimũ profectò erit proprium, ac peculiarem morbi fomitem auferre. Id verò fieri quidem poterit modo per ſectam venenam, ſi nec uirtus, nec ætas aut aliud huiuſmodi impediat; vel per hæmorhaides, ſi maximè ad eas natura inclinet: vel per cucurbitulas etiam ipſas, potiſsimum ſi per corporis habitũ per contactum, vt ſi quis cum ægroto aliquo condormiuerit, morbi ſeminarium iam contractum fuiſſe; vel quid, quod venæ ſectionẽ diſſuadeat, adeſſe coniecerimus.

Hyrudines, & cucurbitula.

Fonticuli.

Inter chyrurgica quoq; auxilia maximè pro preſeruatione, probantur ipſi fonticuli, ita dicti quod ex ipſis tamquàm ex forte quodam humores praui aſsiduò expurgentur. Cum enim per huiuſmodi fonticulos excrementa corporis non pauca expellere aſſuefacta iam ſit ipſa natura, ſi quid uenenoſi etiam conceperit, ad illos facilius protrudens membra quoq; nobiliora leuiori negotio tutabitur. Quò iure factum fuit, vt in maximis etiam peſtilentijs vt illa anni 1575. Venetijs potiſsimũ, multiſq; in alijs Italiæ locis fuit, ex ijs, qui huiuſmodi fonticulos ſiuè in brachijs, ſiue in cruribus haberent, pauciſsimi admodum extincti fuerint.

Pharmacia.

Occurrunt tandem præſidia ipſa pharmaceutica tum

ca tum quidem euacuantia. tum etiam alterantia.

Cum enim in huiuſmodi potiſsimum morboſis temporibus omni ſuperfluitate vacuum corpus eſſe expediat, ſicuti cum abundãt ſanguis, eius euacuationem vtilem fore aſſeruimus; ita vbi cachochimia eſt, neceſſariam humorum peccantium expurgationem eſſe affirmamus. Quamuis enim ex Hip. ſententia, à quo quidem imprimis tamquam vberrimo fonte præcipuas, atq; firmiſsimas Medicinę leges haurire debemus. 3.aph. corpora ſana difficulter medicationes ferant; vt propterea qui ſano ſe admodum habent corpore, inculpataq; omnino fruuntur valetudine, à purgautibus validis præcipuè, tamq̃ non modo inutilibus, ſed maximè etiã noxijs abſtinere debeant: Cum tamen temporibus iſtis maior hominum pars gulæ, luxui, ac voluptatibus ſit addicta, propterea etiam pauci admodum ij ſunt, in quibus non aliqua ſuperflua excrementa abundent; & conſequenter quibus aliqua purgatio vtilis, ac ſalutaris eſſe non poſsit. Illi autem potiſsimum pro pręſeruatione euacuari debent, qui vere, aut autumno euacuari conſueuerunt.

Sanis à purgantibus abſtinendum.

Euacuatio aũt huiuſmodi cõmodè fieri poterit leniente aliquo medicamẽto; vel vomitu ẽt, ſi tali euacuationi patiens ſit aſſuetus. Et qui aliquã familiarem euacuationem ſuppreſſam habent, ſiue

ea per

ea per menſtruas purgationes, ſiue per hæmorhoïdas, ſiue antiqua vlcera, uel cauteria, fieri ſolita eſſet, per eandem rurſus prouocatam inaniri debent.

A lenita aluo poterunt deindè humorum reliquię pręparari medicamentis dominanti humori accommodatis, quę uim quoq; alexipharmacam habere debent. Quo quidem tempore ab adſtringẽtium uſu, ut quę magis humores impingant, abſtinendum.

Adſtringentia vitanda.

Tandem humor etiam proprio, atq́; accommodato medicamento eſt expurgandus, quę omnia quoniam cuiquè vel mediocriter in medicina uerſato ſunt ſatis perſpecta, propterea ſilentio pręrermitto.

Interim quoq́; utile quàm maximè erit antidoto aliqua uti, qua membra principalia, cor potiſsimum ita roborentur, vt huic prauæ qualitati quã facillimè poſsint reſiſtere: quibus quidem, modo adſtringentia non ſint, non modo poſt, ſed antè ẽt exquiſitam præparationem, & purgationẽ vti poſſumus. Huius claſsis plurima quidem ſunt, ſed potiſsima hæc communiter cenſeri ſolent; Inter calida, meliſſa, mijrhis, ſcorzonera, pimpinela, zeduaria, crocus & alia huiuſmodi ſimplicia, compoſita verò ſyrup. de corticibus citri, pillulę de tribus

Antidota.

Calida.

bus Ruffi, Diamuſcus, Diambra, Diamargariton calidum, Theriaca etiam, ac Mitridatum, & alia eiuſdem generis.

Inter frigida uerò pentaphilon, acetoſa, aurum, margaritæ ſantala, terra lemnia ſeu ſigillata, bolus armena, omphacium, &c. *Frigida.*

Compoſita, diamargariton frigidum conſerua, & ſyruppus ex acido citri, limonum, acetoſæ & infinita propemodum huius generis alia, quæ prudẽs Medicus ætati; temperamento, tempori, & ſimilibus alijs, vt decet, cum ratione adaptare poterit, cuius prudentia, & iudicio omnia ſecundum rerũ exigentiã moderari debent, non inſtinſeca ſolum, verum etiam & extrinſeca; cuiuſmodi ſunt ſaculi ex floribus cordialibus, ſpeciebus cordialibus temperatis, gariophilis, calamo aromatico, zeduaria, oleum Magni Ducis Hætrurie. & de ſcorpionibus Mattheoli, quæ quidẽ olea pulſibus & cordis regioni illita ſimilitudinis cum veneno ratione illud foras extrahunt, atq; à corde euocant. Ob quam etiã rationem à clariſsimis viris mixtura hæc ſupra cordis regione geſtata plurimum ſolet commendari, quæ Rec. arſenici 3. 1. dictami cretici, ſinapis, cynnamoni electi gr. x. ambræ odoratę, belzuini ana gr. r. contundantur & ponantur in ſaculo, vel cum aqua roſacea, & dragagantho gummi fiat pacta, *Extrinſeca.* *Mixtura ſupra cor geſtanda.*

quæ

quę ad taleri formam redacta,& pano ſerico rubro ſubtili inuoluta ſi, ut ſupra dictũ eſt, geſtetur maximè conſerre ſolet. Plura alia huiuſmodi tam pilę ma[illegible]bus geſtandæ,quàm ſaculi, & vnctiones deſcribi poſſent. Verum quoniam nota ſunt hypotecharijs etiam, nè dicam lippis, & tonſoribus lubens omitto. Qui tamen huiuſmodi plura ſibi cõparare cupit, is Galenum,Auicennam,Raſim,Paulum, Aetium & alios antiquiores; interq; recentiores verò, Sauonarolam, Altimarum, dotiſsimum Matheolum, clariſsimum Mercurialem in tractatu potiſsimum de peſte, Ioſephum Decianum, Fracaſtoreum,nec non celeberrimum Iulium Alexandrinum,& huiuſmodi alios complures adeat,apud quos,non ſecus ac in Apollinis templo varia, atq; diuerſa huiuſmodi longo vſu, & experientia inuenta, ac confirmata facilimè adiuuenire poterit.

Ex quibus anthoribus medicamenta deſumenda.

Atquè hic de præſeruatione ſermoni finem inponimus.

De harum febrium curatione, & primum de indicationibns, ac Dieta Cap. XIIII.

QVantum verò ad pręſentis febris curationẽ attinet, hæc ab ipſius potiſsimũ affectus, & ſymptomatum, ſi quæ maximè vrgeant,

geant, eſſentia & cauſis; nec non ab experimentis etiam partim deſumenda erit, vt ex Gal. 11. meth. c. 10. licet colligere.

Quò igitur ad febris naturam attinet, cum ea, vt talis, ſit paſſio calida, & ſicca, indicat remediũ refrigerans, & humectans; ut putrida verò indicat vt putredinis cauſæ per ſua quæq; contraria auferãtur, atq; ideo nimia humorum redundantia minuẽda erit, & quod omnino corruptum eſt, vt amplius naturæ gratiam recipere non poſsit, eradicandum; Quod verò putredini obnoxium eſt, ſublatis ijs, vnde illa oriri poteſt cauſis, ſiue ſit nimia humorum quantitas, ſiue praua aliqua qualitas, ab ea erit præſeruandum. Cum verò inter cauſas humores ad putredinem diſponentes, vt aliàs diximus, ſint inprimis tum caliditas & humiditas, quarum ratione facilis fit ebullicio, his frigidis & ſiccis potiſsimum eſt reſiſtendum; tum etiam obſtructiones ipſæ, quarum ratione calor extraneus maximè adaugetur; quæ cum à multis, vel craſsis, lentis, ac viſcidis humoribus dependere ſoleant, cõtrarijs omnino alterantibus, attenuantibus nimirum craſsiciẽ, incidentibus viſcoſitatem, & lentorem detergentibus erunt remouendæ, quibus ſublatis conſequẽter quoq; imminens ipſa putredo inhibebitur. Quatenus verò putredo illa maligna eſt, atq; totius

Indicationes à febre.

A cauſis.

A malignitate.

Dd tem-

temperamenti, ſeu mixtionis & formæ proprietate naturę noſtræ humanæ inimica, cum hæc nobis oculta ſit, non ꝑ manifeſtas indicationes, [vt quæ à nota affectus ipſius eſſentia deſumantur] ſed per ſolam experientiam adinuenta remedia curari tantum poterit: qua quidem alexipharmaca antidota requirere dicitur, quæ ab oculta quoq; magis, q̃ manifeſta proprietate ſubſtantiæ, ſeu formæ, praueę illi malignæ qualitati reſiſtant, & contra illam præcipua viſcera, & cor potiſsimum ita muniant, ac tueantur, vt ab ea minimè lædi poſsint. Quęcunquè verò ea ſint remedia, quibus hos ſcopos attingere poſſumus, ex triplici fonte Dieta nimirum, chyrurgia, & pharmacia haurienda veniunt.

De dieta pro præſeruatione.

Quò igitur ad dietam, ſeu ſex rerum non naturalium vſum attinet, [cuius tanta eſt non vtilitas, modò, ſed etiam neceſsitas in curandis morbis, vt 2. de vſu Theriacæ teſtatus eſt Gal. vt nullum pęnè ſit præſidij genus ita generoſum & efficax, quod vſum vllum præſtare poſsit, niſi conueniens quoq; victus ratio ei copuletur;] non leuis primo ſtatim ingreſſu occurrit dubitatio circa victum ipſum debeat nè is tenuis, an verò plenus in huiuſmodi morbis inſtitui, ac obſeruari. Cum etenim in his magna ſit humorum corruptio; atq; impura corpora quò magis nutries ex Hip. 2. aph. tantò magis lædes;

Pleno nè an tenui victu utendum.

des; & præterea morbus ſit acutus, cui ex eodem 1. aph. victus tenuis conuenit, ſtatuendum videtur tenui omnino victu in his febribus eſſe vtendum; potiſsimum etiam cum in his morbis cōcoctrix facultas ſoleat ita eſſe imbecillis, vt copioſum alimentum conficere minimè poſsit.

Ex alia tamen parte cum uirtus ipſa potiſsimus vitæ cuſtos, imò ipſa penè uita ab huiuſmodi prauitate humorum deijciatur; ea paulò pleniori victu cuſtodienda videtur, ac manutenenda. Accedit nec non etiam Gal. 3. Epid. com. 3. tex. 52. auctoritas, vbi in ea peſte illos potiſsimum euaſiſſe memoriæ commēdauit, qui viriliter cibum capiebāt, ſibiq; quodāmodo in eo aſſumēdo vim inferebāt. Hac in re ſummi profectò momēti, & in qua pleriq; trupiter, cum maximo ægrotantium diſcrimine impingunt, ita ſtatuendum nobis videtur; quod cum ratione debilitatis virium vel iam præſentis, vel certè iminentis, victus plenior ſit neceſſarius; illum tamen confertim exhibitum facultas ipſa concoctrix in humorum prauorum alioqui concoctione, & pugna occupata, non poſsit benè conficere, ac regulare; vt utriq; indicationi inter ſe pugnanti ſatisfaciamus, vtrumq; extremum fugiendum eſſe, vtendumq; uictu mediocri exiſtimamus; & ſi quid peccandum eſt, in paulò pleniorem uictum, quam in *Reſolutio.*

 tenuio-

tenuiorem, magis eſt inclinandum iuxta illud Hip. 1. aph. in uictu tenui ægri delinquentes magis læduntur. Ita tamen vt parum quidem pro uice, ſed ſæpius, ac pluribus vicibus offeramus. Sic enim à facultate etiam debili facilius ſuperabitur, nec morbo officere poterit, cum præſertim debeat eſſe cibus medicinalis, vt ſimul & ſemel virtutem reſtauret, & ui medicamentoſa corruptioni reſiſtat, vt optimè etiam Gal. in commentò illius aphoriſmi Et quibus ſemel aut bis, & plura vel pauciora exhibere oportet, conſiderandum, nos admonuit.

Parcè ſed ſæpius cibādū.

Cum verò ſæpius offerendum cibum affirmamus, debitũ nihilominus ẽt temporis interuallum quantitatis cibi & etiam roboris ipſius ventriculi reſpectu, vt benè cõfici poſsit, intercedere volumus; nõ aũt ita vt ſingula quaq; hora vt magna ex parte plurimæ mulierculæ facere cõſueuerũt cibus offerãt; Quæ quò magis ægros grauioribus ſymptomatibus diuexatos conſpiciunt, quod ut plurimum in ipſo ſtatu contingit, illos præ alimenti defectu atq; inopia deficere exiſtimantes, eos aſsiduè ouis, contuſis, & intendum etiam, [adeò inualuit ipſa temeritas,] in maximo febris vigore, vino & eo quidem meraciori infarcientes miſeros ſæpiſsimè ægrotantes opprimunt, atq; interimunt, contra totam Medicorum reclamantium ſcholam, qui in morbi uigore,

Spacium inter vnam cibationem & aliam.

Communis abuſus redargutio.

gore, quàm antea tenuiori victu utendum eſſe præcipiunt, operantes. Si q; interim ob ipſarum delicta res malè cedat, vt maiori ex parte cum miſerorum ægrotantium pernicie, accidit, nephas ſuū tamen, ſæpius omnia Medicorum iuſſa adamuſsim obſeruata, & adimpleta fuiſſe inculcantes, tegere conantur. Si verò fortè fortuna propter robuſtā ægrotantium naturam, quæ aliquando & morbum & prauos illos ſimul errores ſuperare potuit, res aliter ſuccedat, & ægri ſanitati reſtituantur, bone Deus quot iactationes audiuntur? Cum ſibi recuperatæ valetudinis quæq; vetula ſumma interdum contentione, & altercatione gloriam vſurpare conatur. Sed quò me iſtorum temeritas extra propoſitum abduxit? Ad rem noſtram redeamus.

Debet præterea in hac febre cibus facilis eſſe cōcoctionis, quia concoctrix facultas debilis eſt, & in cauſarum morbi coctione occupata; boni tamen nutrimēti ſit, ita viribus debilibus requirentibus, & quàm paucisſimi excrementi, nè putredo magis augeatur. Non enim omne, quod ingeritur, ſed quod tantum optimè digeritur uires adauget; ſecus verò potius opprimit. Sit præterea quòad qualitates refrigerans; & quoniam magis præualet exſiccādi intentio meritò inſignis putredinis, quàm humectandi ratione ſiccitatis febrilis, propterea ad exſiccātē *Ciborum cōdiciones.* *Qualitates.*

magis

magis facultatem vergat neceſſe eſt. Sit verò prę-terea attenuans, incidens, & aperiens, ratione cauſarum febris; quæ quidem imprimis copioſæ ſunt obſtructiones.

Qui cibi conueniant. Erunt igitur cibi conuenientes ſorbitiones ex pti ſana optimè, ac diligenter parata; panatellæ ex pane prius loto, vel aqua frigida infuſo, vt ſal ac fermentum, quæ calida ſunt, deponat. Emulſiones ſeminum melonum ex iuſculo. cui quid petroſelini ſit incoctum, potiſsimũ cũ per lotium ſeſe exonerare tentat ipſa natura. Quod ſi maiori refectione virtus debilior egere videatur; contuſę carnes, oua recentia aqua roſacea, vel ſucco limonis, aut aurantij, uel citri condita exhiberi poſſunt.

Acida maximè probantur. Acida namq; cõdimenti loco, vt quæ frigiditate ſua, ac ſiccitate putredinem compeſcant, vtilia in his morbis maximè ſunt. Neq; eorum adſtrictio eſt pertimeſcendā, cum ex Gal. lib. de alimentorum facultatibus capite de pomis, acida non adſtringant, niſi inanita corpora; repleta verò incidẽdo potius euacuant per accidens.

Num ea adſtringant.

Et ſi maiori adhuc refectione maior virium imbecillitas indigeat, ſtillaticia ipſa, & collatitia ex carne optimè ad conſumptioné ferè decocta, cõprobantur, potiſsimum ſi inter deſtillandum ea adiungantur, quæ uirtutem vitalem maximè cor-

robo-

roborent, ac malignitati ipſi reſiſtant. Cuiuſmodi ſunt ſi capo, vel gallina in aquis acetoſæ, boraginis, endiuię & huiuſmodi ſtillatitijs adiectis acetoſa, tormentilla, biſtorta, ſpeciebus cordialibus temperatis, vel puluere fragmentorum cordialium, & aliquo auri fruſto in coquantur; deinde per balneum Mariæ vocatum cũ diligentia deſtillentur. In omnibus verò id diligenter, ac religioſè obſeruãdum, tantum comendum eſſe vt non grauet, & bibendũ vt in ventriculo minimè fluctuet. *Deſtillatiũ.*

Potus erit aqua cocta ſecundum exigentiam, vt ſi inualuerit calor, cum hordeo; ſi ſtomachi debilitas cum cynamomo, vel coriandris, ſi malignitas cum oxalide, uel ſucco citri, vel aceto & Zucharo. A vino verò antè declinationis tempus [niſi extrema virium imbecillitas, aut lypotimia eo aliquando extra id tempus uti nos cogat] ex Gal. ad Glauc. cum materia craſſa ſit, & maligna, ac facillimè in caput repat; ac delirium, conuulſionem, & ſopores inferat, abſtinendum omninò erit. *Potus.* *Vino quomodo utendum.*

In declinatione verò nullo ex prædictis ſymptomatibus exiſtente, nec non in vrinis ſatis laudabili coctione apparente, ad uigorandam naturam vt facilius per ſudorem, vel urinam, aut alias excretiones materiam prauam iàm uictam expellat, concedi põt, albũ tñ, & oligophanũ, uel optimè ſaltẽ dilutũ.

Aluus

Aluus ſi non quottidiè, alternis ſaltem diebus clyſterijs, vel glandibus lubrica ſeruanda erit.

Animi accidentia. Quoad animi accidentia, omnes mæſticiè, iræ, & potiſsimum timores fugiantur. Cum enim in illis vna cum ſpiritibus ipſis calor ad cor concentretur, materias quoq; malignas ſecum defert. Teneaturq; animus omninò lætus.

Quòd verò ad aerem ipſum attinet, quę de præſeruatione ſuperius dicta ſunt, huc quoq; transferri poſſunt, niſi quod cùm febris actu adeſt, ut inſpiratus aer cordis feruorem temperare, & uitalé facultatem corroborare poſsit, debet magis ad frigidum gratiſq; odoribus, quandò potiſsimum ex corrupto vel uitiato alioqui aere morbus originem non ducit, alterari. Impediri tamen optimis tegumentis debet, nè frigidus aer corporis ſuperficiem attingat; nè cutis meatus conſtipando, & putridorum vaporum exhalationem prohibendo, interiora magis, magiſq; calefaciat, & peticularum eruptionem, quando maximè eam natura tentat, impediat. Cum verò alia ad ſex rerum non naturalium uſum pertinentia, ſint ſatis per ſe conſpicua, ideò de victus regiminè hæc dicta ſint ſatis.

Aer.

Frigidus aer extrinſecus uitandus.

De

De Chyrurgicis auxilijs Cap. XV.

QVòad chyrurgicum fontem attinet, ex hoc variæ ſeſe nobis offerunt præſidiorum materiæ conſiderandæ; Venæ nimirum ſectio, cucurbitulæ, hyrudines, Veſicatoria, & huiuſmodi alia complura diligenti ſpeculatione digna, quorum ſingula, à ſanguinis euacuatione inchoando, nobis ſunt perpendenda.

Circa quam quidem miſsionem ſanguinis primum in dubium vocari poteſt, an in huiuſmodi malignis febribus conueniat nec nè? Qua in re duas doctiſsimorũ hominum ſententias maximè inter ſe pugnantes reperio, Cum alij nunquam ſanguinem mittendum, ſed purgandum tantummodo in hiſce febribus eſſe ſtrenuè contendant. *De ſanguinis miſſione.*

Alij verò ſanguinis miſsionem quidem commẽdant; ſed hi rurſum inter ſe diuerſi ſunt, cum alij indifferẽter ſemper in omnibus venæ ſectione, alij cucurbitulis demum, alij hyrudinibus ſolum hæmorhoidibus adhibitis, eandem perficiendam eſſe perſuadere conentur.

Quæ quidem opiniones ita in vniuerſum prolatę cum iudicio noſtro multum à vera medendi ratione, ac methodo aberrent; hacq; in re, in qua præcipuus curationis cardo poſitus eſſe videtur, di-

 ligenti

ligenti opus ſit diſtinctione; propterea, vt quid diſtinctè ſentiendum, agendumq; in ipſa praxi ſit, atq; quomodo lis hæc ſit dirimenda clarè innoteſcat, cuiuſq; illarum ſententiæ præcipua argumenta, quibus maximè innituntur, in medium ſunt proponenda, vt ex eorum ſolutione veritas ipſa facilius eliciatur.

Argumenta illorum qui oēm ſanguinis euacuationem damnant.

Qui omnem ſanguinis euacuationem quocumquè illa auxilio fiat, ſuſpectam in his febribus habét, hac potiſsimum ratione ſententiam ſuam cōfirmari ac ſtabili putant; Tunc, inquiunt non eſſe mittendum ſanguinem, quando nec ipſe peccat; neq; peccantes humores ſunt ipſi permixti; minimè verò omnium, quando iidem humores peccantes à natura ipſius ſanguinis multū receſſerint. Clara eſt hæc Gali. ſententia lib. 4. de tuenda ſanitate cap. 4. Sed in his febribus humor putridus, ac inſigniter corruptus, vt in tractatu de putredine oſtendimus, multum à ſanguinis natura recedit. Ergò

Sanguinis in noſtro corpore neceſſitas.

Minor facilè probari poteſt. Nam ſanguis humor eſt naturæ adeo amicus, & familiaris, vt in eo multi non philoſophi modo, & Medici, ſed poetæ quoq; animam ipſam eſſe locatam affirmare non dubitarint. undè illud quoq; eſt. Et vitam cum ſanguine fudit. Hic verò humor malignus tantum abeſt, vt naturæ ſit familiaris, vt illi potius ſit inimiciſſimus,

ſimus, vt ex ſe notum, ac manifeſtum eſt. Cachochimia igitur hæc non ſanguinis ulla euacuatione, ſed electiuè potius ſoluente medicamento tollenda erit.

Namq; libro quos & quando purgare cōueniat in principio clariſsimè dandā potionem, vbi morbi ex corruptella humorum imminent, pcipit Gal. ergo multò magis eā danda erit, vbi iam actu corrupti exiſtunt, & vt diximus, à ſanguinis natura plurimum diſtant. Vt propterea iure optimo idē Gal. lib. de boni, & mali ſucci cibis cap. 1. eos Medicos vituperet, addunt iſti, qui in febre putrida peſtilenti, ac maligna, ſecare venam audebant. Ergo idē de his febribus quòq; dicendum erit, cum ad peſtilentium febrium naturā ſaltem accedere videant. Neq; etiam Hip. Critoni nono ægrotanti, Gal. teſte com. 3. in 1. de vulg. morbis, huiuſmodi febre maligna cum puſtulis ex malignorum humorum copia laboranti, venam ſecuit. Ergo nec nobis in huiuſmodi febribus id facere licebit. *Cachochimia purgatione tollitur.* *Critonis exēplum.*

Succedunt modo illi, qui ſemper ſanguinis miſſionem, eamq; venæ ſectione indifferenter quocūquè tempore faciendam contendunt. Quam quoquè ſuam ſententiam pluribus rationibus confirmare conantur. *Argumēta corū qui ſemper ſecandā uenam in his feb. volunt.*

Ac primò quidem, quoniam febris eſt conti- 1.

nua, ac cõſequenter eius fomes in uenis reperitur. Vndè citius, ac tutius, quàm per venæ ſectionem euacuari non poteſt.

2. Secundò, quia morbus magnus eſt, atq; vt plurimũ in corpore ſanguineo, ac plethorico, atq; mala illa qualitas præcipuam ad ipſum ſanguinem habet analogiam. Quare cum virtus conſtat, nec ætas, aut aliud quidquam prohibet, vt veneno pabulum ſubtrahatur, tutò vena ſecari poteſt, vt 4. de ratione victus acutorum com. 16. affirmat Galenus.

3. Tertiò idem Gal. 1. ad Glauc. dicit; Sanguinem verò in febribus continuis mittere oportet & ob morbi magnitudinẽ, & quibus rubor multò plus, quàm naturæ conueniat, tumor, venæ eminẽtes, atq; extenſæ, ijs omnibus eſt auferendus, niſi uires, aut ætas, aut aliquid eorum, quæ ſupra meminimus, prohibuerit. Sed huiuſmodi febres, vt dictũ eſt, ſunt continuæ, & magna ex parte in corporibus, in quibus facies, & oculorum uenæ rubent, ac tument, Ergò in his mittere ſanguinem oportet.

4. Quartò, per uenę ſectionem in corde exiſtens uenenum, & ad illud reccurrens, ad partes ignobiliores reuellitur; atq; ſic in plures partes diſsipatum, atq; diſtractum, ab illis deindè facilius ſuperari poteſt, quàm in vna tantummodo congeſtum. Ergò.

Reuulſionis vtilitas.

Namq;

Namq; reuulſionis gratia ſæpenumerò moliendã eſſe ſectionem venæ, manifeſtiſsimè Gal. lib. de curandi ratione per ſanguinis miſsionem cap. 19. & lib. 9. Meth. 11. & lib. 4. Meth. 6. nec non alibi docet. Quod ēt interna dextri cubiti vena ſecta quam celerrimè à principalibus partibus euacuet, atq; reuellat, idem Gal. lib. 4. de victu acutorum com. 24. oſtendit.

Quintò, Auic. de febre peſtilenti agens, cardinẽ totius curationis eſſe exſiccationem dicit. Hanc verò & pharmacis, & ſanguinis miſsione fieri ſubiungit. Ergò in his multò magis conuenit, in quibus cum tanta non ſit, nec tam maligna putredo, ut in verè peſtilentibus, neceſſariò etiam virtus robuſtior eſt, & conſequenter facilius permittet. 5.

Qui verò ad mittendum in his febribus ſanguinem cucurbitulas ipſas venæ ſectioni ſemper præferendas putant, habent & ipſi ſuas quòq; rationes. Hocq; tamquàm quid firmum ſupponere videtur, vt ex Hieronymo Fracaſtoreo lib. 2. cap. 7. de contagioſis morbis facilè colligi poteſt, huiuſmodi nẽpè febres contrahi potiſsimum pèr contagium ab extrinſeco per ambitum corporis totius, potiſsimum dorſi, putredinis malignæ ſeminario accedẽte. Quo ſuppoſito, cum ſeminarinm illud, inquiũt iſti, in ambitu corporis, atq; venis minoribus *Argumenta eorum qui cucurbitulas tantũ admittunt.* 1.

conti-

continineatur, commodius etiam per eaſdem, ambitus nempè totius vias, euacuatur. Hinc fieri ſubdunt, ut plurimi etiam per huiuſmodi cutaneas expulſiones ſiue per ſudorẽ, ſiue maculas magis, q̃ p vllam aliam ſiue per aluum, ſiue aliam quamcũq; partem factam euacuationem, ab his febribus liberentur. Modò cum certum ſit cucurbitulas ea, quę in ambitu totius continentur, citius, atq; facilius euacuare, quæ à ſecta uena potius introrſum à circũferentia ad corporis centrum attrahuntur, undè poſtmodum largiori putredini occaſio facilior prębebitur; quis inquã cum hęc ita ſe habeant, multò magis cucubitulas, quàm venę ſectionem, in his febribus conferre poſſe negabit?

Cuurbitulæ q̃ in ambitu ſunt educũt.

2. Secunda iſtorum ratio ea eſſe videtur, quòd cũ huiuſmodi febres malignæ praua illa ſua qualitate ſoleant citò vires deijcere; Ac prudens Medicus non præſentis modo, ſed futuræ etiam virtutis rationem habere debeat: Et ſanguinis euacuatio per ſectam uenam, utpotè cum qua non probum alimentum ſolum, ſed ut Aetius quoq; lib, 3.cap.21. affirmat, ſpirituum etiam magna copia euacuatur, ideò q; multò magis uirium robur diſſoluat, non videtur vllo modo, etiam in principio, futurę ſaltẽ, ac iminentis debilitatis ratione in principio morbi admittenda. Sanguine etenim, vt

Sanguine omnes co po ris partes nu triunt

Gal.

Gal.lib. de curandi ratione per ſanguinis miſsionem cap. 5. nobis teſtatum reliquit, omnes corporis partes nutriuntur, ideo non modo non temerè, ſed maxima cum præmeditatione euacuandus erit. Cucurbitulæ verò cum præter illud quod & facilius, vt diximus, ſeminarium putredinis euocant, & quod cutis conſtipationes, a quibus maligna putredo ſæpenumerò fouetur, tollant, cutiſq; meatus, vt praui deinde vapores facilius exhalare poſsint, reſerent; habent præterea vt viribus etiam minus officiant, cum per eas, vtpote à partibus ab ſpirituum mineris procul diſtantibus euacuantes, tanta illorum copia non diſſoluatur. Quod quidem vel communi omnium Medicorum conſenſu poteſt confirmari. Nullus ſiquidem eſt, qui vbi ſanguinis euacuandi neceſsitas urget, uires tamen debiles eam minimè permittant, ad cucurbitulas ipſas, ſanguinem quidem, ideoq; venæ ſectionis vicarias appellatas, minori tamen uirium diſſolutione euacuantes, non confugiat, Gale. quoq; id multis in locis ſuadente. *Vtilitates ex cucurbitularum uſu.*

3. Tertia iſtorum ratio. Vulgatiſsima eſt in medicorum ſcholis ſententia, quòd Medicus debeat Naturam benè operantem imitari, non autem eius motum conuenientem impedire; Quò enim natura uergit, inquit Hip. 1. aph. per loca conferentia, eò du-

cò ducere oportet. Sed in huiuſmodi febribus cū maximo iuuamento, & morbi alleuiamento materiam peccantem ad ipſam cutim mittit Natura, quęm quidem motum quantò cucubitulæ ipſæ magis adiuuant; tantò magis ēt venæ ſectio à circumferentia ad centrum humores reuocando, impedire videtur.

4. Quartò, Statutum fuit putredinis focum in hiſcè febribus ſæpe numerò circa ipſum Iecur, & meſenterum eſſe. Modò ſi ſecetur vena, materia illa praua, à putredinis foco in venas totius attrahetur, & ſic tota ſanguinis maſſa ſummo cum detrimento inficietur; putredoq́; longè, lateq́; propagabitur. Ergò venæ ſectio minus eis probanda.

5. Quintò, Concluſum antea fuit, inquient, ad has febres efficiendas, aerem quoq́; mala qualitate affectum concurere. Modò cum euacuato ex uenis magnis ſanguine ab illis attractio fiat ex minoribus, & ab his tandem ex capillaribus ad cutim ipſam terminantibus, neceſſariò fiet, ut hæ inanitæ facilius deindè in ſeſe aerem illum infectum attrahant; ſicq́; maior putredini internæ occaſio præbeatur, ac conſequenter inſpiratus vitioſus aer, facilius per ſectam uenam ad cor deducatꝰ: nec non, ut anteà quòq; diximus, putredinis malignæ ſeminarium per cōtactum cuti adhęrens intra corpus multò ci-

tò citius, ac promptius rapietur; Quod quidem ſi cucurbitulæ adhibeantur, non fiet. Accedit ēt, quod ſi quid prauum, atq; ueneficum in aliqua corporis parte delitefceret, vt ſæpe fit, per ſectam venā agitato ſanguine non modò reliquis humoribus permiſcebitur, ſed etiam ad cor ipſum, vndè poſtmodum maius vitæ diſcrimen impendebit, deducetur.

Sextò, His etiam & illud addi poteſt, multa plerumq;, ac varia hiſce febribus coniungi ſymptomata, cuiuſmodi quidem ſunt virtutis debilitas, venenum, uomitus, alui profluuium, aut etiam vteri, neruorum diſtentio, vigiliæ, dolor intenſus, cœli ſtatus aut nimium calidus aut frigidus, corporis habitudo nimis craſſa vel maçilenta, animi deliquium, ingens cruditas, & huiuſmodi alia, vt expuitio ex pleuritide ſanguinolenta, vel bilis redundantia, quæ omnia, vt lib. ad Glauc. teſtatur Gal. vel integrè venæ ſectionem prohibent, & quamcūq; aliam euacuationem; vel ſaltem, quo ea ſit perficienda modo, ſeu inſtrumento, quantitatēq; ipſam oſtendunt. 6

Addunt tandem ſeptimò aliqui experientiam, atq; obſeruationem ipſam, cùm multi, quibus ſecta fuit vena, obierint, ſecus verò quibus adhibitæ fuerunt cucurbitulæ. Relicta autem experientia 7

rerum, vt eſt in prouerbio, magiſtra, ſolam ſectare rationem, quæ admodum fallax ſæpè eſſe ſolet, vt in phyſicis teſtatur Ariſtoteles, imbecillitatem non exiguam arguit intellectus. Quod ſi in rebus alijs multum experientia poteſt, plurimum profectò propter multa in noſtris corporibus inſtrinſecus latitantia impedimenta, quæ nulla ratione, ſed euentu ſolo, atq; experientia tantum haberi poſſunt, in Medicina facienda valet.

Experientiæ multum tribuendum in Medicina.

Hæ igitur ſunt præcipuæ uiæ, atq; rationes, quibus diuerſi in harum febrium cura, poſsimum incedendum putant.

Reyciuntur illi qui ſolam admittũt alterationem.

Illòs enim tamquàm à veræ Medicinæ dogmatibus alienos miſſos facimus, qui humorum prauorum ſola quòq; alteratione, atq; principalium partium quò ſe tueri contra aduerſa poſsint, corroboratione contenti, quamcumq; ſiue ſanguinis, ſiue per pharmacum factam euacuationẽ, renuũt, atq; contemnunt; hac ferè vnica, aut ſaltem principali ducti perſuaſione, Quòd nimirum in huiuſmodi febribus materia maligna qualitate potius, quàm quantitate peccet; atq; naturam offendant. Vt verò, inquiũt, excedenti quantitati euacuatio, ita qualitati præternaturali per contrarium, [ſiquidem contraria contrarijs curari commune eſt in Medicorum ſcholis axioma] debetur alteratio. Venæ

Illorũ ratio.

næ

næ autem ſectio, ſubdunt iſti, euacuat tantum, nō autem alterat. Ergò. Verum quis negabit corrupto, ac prauo humore quomodocumq́; è corpore educto, prauam quoq́; eius qualitatem tolli, exterminoriq; facilius? Cum ſublato accidentis ſubiecto, ipſum quòq́; accidens conſequenter, ac neceſſariò tollatur. Ita enim lib. quos & quando purgare oportet dicit Gal. in febribus ipſis; vt eas, nō modò nimirum febres, ſed prauas quoq́; qualitates extinguamus, medicamentis purgantibus etiā calidis humores noxios eſſe euacuandos? Cur? quoniam ijs eductis, etiam qualitas ab illis illata, & calor etiam febrilis extinguitur. Hos verò in hanc adeò abſurdam ſentētiam deueniſſe exiſtimamus, quod duplicem in noſtri corporis humoribus præter naturam mutationē reperiri, vt ex multis Gal. locis potiſsimum verò lib. 4. de tuen. ſanit. cap. 3. & cap. 4. & lib. 9. Meth. cap. 10. & 2. aph. 17. ignorarent. Altera enim eſt non multum à natura diſtans qualitatum immutatio, quæ pariter ſolis in contrariam alterātibus corrigitur; alia verò eſt nō ſecundum qualitates ſolum inſignis præter naturā immutatio, ſed ſecundum formam quòq́; tranſmutatio; quæ quidem cum ſolis alterantibus corrigi non poſsit, quod tale omninò præter naturam eſt, id ſui euacuationē indicat, iuxta Gal. illud loco

Contra.

Cauſa erroris illorum.

Duplex humorum mutatio.

iam cit. 9. Meth. 10. & 11. Meth. 8. dum inquit, Quod corruptum eſt omnino, id à natura alienum eſt, & quod tale eſt, id ſe auferendum dictat, cum fieri nulla ratione poſsit, vt naturæ gratiam ulterius recipiat. Et etiam 4. illo de tuenda 4. de laſsitudine ex cruditatibus loquens ita inquit, in his quod mali ſucci iam planè corruptum eſt, nec concoqui etiam poteſt, id ſudore, urinaq; expellere tẽtandum eſt, quod verò ſemicoctum eſt adhuc concoquatur, atq; vtile reddatur. Idem quoq; aceſcentis vini exemplo 2. partic. aph. 17. ſatis manifeſte videtur confirmare.

Quod omnino corruptũ eſt, educendum.

Imò non ſolum quod iam corruptum eſt, ſed etiam quod facilè corrumpi poteſt, ſui nimia quãtitate à natura non probè regulari aptum, vt à putredine præſeruetur, euacuari debet, iuxta illud Gal. lib. quos & quando purgare oportet, ſani quidem adhuc, ſed niſi euacuati ægrotaturi prçueniendi ſunt; ineunteq; uere inaniendi vel miſſo ſanguine, ſi ex multitudine; vel data purgatione; ſi ex humorum coruptella morbis capi ſoleant.

Humor etiã aptus putreſcere uacuandus.

Pariter etiam 9. Met. 4. in ſynocho ſine putredine, vt à putrida præſeruaret, venam ſecuit Gal. Idem quoq; lib. de curatione per ſanguinis miſsionem cap. 19. colligitur, vbi dupliciter ſanguinem

fieri

fieri naturæ inutilem dicit Gal. cum.ſ.vel qualitate, vel quantitate peccat,& vtroq; modo, euacuãdum eſſe. Quamuis igitur humor corruptus, & præter naturam tota ſua ſubſtantia & qualitate, indicet etiam vt alteretur, cum tamen huiuſmodi alterationem, qua ad benignum reducatur, conſequi ſit impoſsibile, vt ex ſuperius citatis Gal. locis conſpicuum eſt, præcipua, & maximè neceſſaria indicatio erit euacuandi, atq; eradicandi, vt propterea quamprimum id tentandum eſſe euacuare præcipiat Gal. Euacuata enim ſubſtantia, & quæ vires. præmit quantitate, praua quoquè eius qualitas conſequenter aufertur. Cuius quidem ſi vel alijs proximis humoribus, vel ſolidis partibus fuerit aliquid communicatum, atquè imprimi cæptum, facilius deinde alterantibus ſolis deleri poterit. Sic enim ex magno igne ſubtractis primò lignis, ſeu alio huiuſmodi pabulo, facillime quod eius ſupereſt, uel modica aquæ quantitate extinguetur. Imò verò cum vtriuſquè neceſsitas, euacuandi nimirum, & alterandi adeſt, cum euacuatio, ſaltem minoratiua, rationem cauſæ ſine qua non alterationem commode conſequi poſſumus, habeat, ea quoquè præmitti debet; Galenus enim 8. libro Meth. capit. 4. ita ſcri-

Neceſſitas euacuandi.

Exemplum de extinguẽdo igne.

Euacuatio p cedit alterationem. ſcriptum reliquit, Præſtat enim vitioſi ſucci maio ri parte emiſſa ad detergendas abſtructiones accedere, cum alioqui metus ſit, ſi obſtructionibus liberandis, prius quam vacuaueris, ſtudeas, nè ipſas magis inpingas. Si hoc igitur vbi qualitatibus tantum manifeſtis, nec multũ nocuis vitioſus humor p̃ditus eſt agendũ iubet, quanto magis id erit opus, vbi humor omninò malignus, eſt atq; venenoſa aliqua qualitate infectus? Si enim antequam euacuetur, alterantibus vtamur aperitiuis, nè promptius ad cor, & alias principales partes deferatur; ſi adſtringentibus, nè magis impingatur, & eductioni poſtmodum difficilior reddatur, periculum imminet. Certum igitur, ac firmum hoc eſſe debet, ꝙ omninò in his febribus corruptum eſt, quãprimũ eſſe euacuandum, vt quod ſemiputridum eſt, & ad benignum adhuc reduci poteſt, facilius alteretur, ac concoquatur, quod quidem deinde vel naturæ ſolius vi, vel leuioribus ſaltem medicamentis eò promptius perficietur, quò ita alterandus humor in minori fuerit quantitate. Siquidem in minori quãto, minor quoq; virtus, & reſiſtentia reperitur.

De ſanguinis euacuatione. Cum igitur conſtet omninò in his febribus neceſſariam eſſe euacuationem, vt quænam ea ſit inſtituenda, an per purgationem, vt quẹmadmodũ antea diximus, aliqui ſentire videntur, vel per ſanguinis

guinis miſsionem, vt alij affirmant, ſolutioq; huius propoſitæ quæſtionis, clara, atq; determinata habeatur, hæc imprimis tamquàm huius veritatis fundamenta, à quo nimirum ſanguinis euacuatio tũ in genere, tum in ſpecie vel per ſectam venam, vel cucurbitulas & huiuſmodi, nec non & purgatio ipſa per pharmacum indicetur, ſunt præmittenda, ſed de hoc poſtremo, cum ad medicamẽtorum tractationem pertineat, nè materias confundamus, ſuo loco deinceps agemus; nunc de ſanguinis euacuatione ſermonem proſequentes.

Illud autem imprimis, nè longius, quàm oporteat, oratio repetatur; eſt diligenter animaduertẽdum, multis de cauſis, vt ex pluribus Gal. locis colligi poteſt & Aetius quòq; lib. 3. cap. 10. confirmat, nos adduci poſſe, vt ſanguinem mittamus.. Eum enim primò euacuationis non ipſius redundantis ſanguinis modo, ſed alterius etiam cum eo permiſti humoris gratia mittimus. libro enim 4. de tuenda ſanit, cap. 4. tum mittendum eſſe ſanguinẽ docet Gal. quando vel ipſe peccat, & redundat, vel humores peccantes ſunt ipſi permixti, vel non multum ab eius natura, [ſiue, intellige, id per diminutam concoctionem, ſiue per aliquam etiam nimiam ſupraſſationem fiat,] receſſerint. A ſanguinis enim redundantia, venæ etiam ſectitionem indi-

Multis de cauſis ſanguinem euacuamus.

Gratia euacuationis.

Quomodo humores recedant à natura ſanguinis.

indicari, manifeſtè ex. 6. aph. 31. circa finem commenti colligitur, vbi de oculorum inflammatione loquens hæc ſubdit verba, Ex quò [aucto nimirum paulo poſt ex balneo dolore,] nos diſpoſitionem comprehendentes, ad totius corporis euacuationem deuenimus, ipſo quidem ſanguine redundante, per venæ ſectionem, malitia verò humorum infeſtante, per purgationem. Et eodem lib. aph. 47. in com. dicit. Venæ itaq; ſectio commune auxiliū eſt earum, quæ ex plenitudine, fiunt diſpoſitionum. Nec non 5. Meth. 14. in finè de ſputo ſanguinis loquens dicit, At ſi ualidi ſunt, multiquè ſanguinis, ijs ſtatim à principio eſt detrahendus.

Quando humores peccātes ſunt permiſti ſangui-

Quòd etiam ſanguis ſit mittendus, quando humores peccantes ſanguini ſunt permixti, ſatis manifeſtè nobis innuit Gal. in feb. quartanæ curatione, cum dicat in ea, ſi ſecta uena ſanguis craſſus, ac niger exeat; quod. ſ. ſignum hoc ſit melancolicum humorem in venis ſanguini permixtum eſſe, fluere permittendum eſſe; ſin minus, ſupprimendū. Idem etiam 5. Meth. cap. 10. circa calcē confirmat cum dicit, denuò, ſi res ſuadeat, ſanguinem mittere, potiſsimum quibus veluti limus, vitioſus & craſſus totus eſt ſanguis, &c. In primo etiam ad Glauc. ita habet, Nam ſi bilis cum ipſo ſanguine ad intra venas fuerit aucta, efficatius remedium eſt venæ ſectio, & tutius,

tutius, quàm purgatio. Quare hoc auxilio nè dũ morbi cauſa exhauritur, ſed ex accidenti etiam vniuerſum corpus refrigeratur.

Gratia reuulſionis. Secundò verò mittimus ſanguinem ratione reuulſionis, vel deriuationis, vt lib. de ſang. miſſ. cap. 19. & 9. Meth. 11. Vt humorum vehementem impetum ad diuerſam partem reuocemus; vel per proximam deriuemus. Et lib. 4. Meth. cap. 6. In morbis magnis, etiam, nulla plenitudine exiſtente, aut praui ſucci redundantia & venæ ſectione, & purgatione reuulſionis tantum gratia vtimur.

Et lib. 13. Meth. in lethargo affectu frigido, ratione reuulſionis venam ſecandam iubet Gal. Sicuti etiam in maximis doloribus, & inflammationibus non exiſtente plenitudine, vt 4. de victu acut. com. 16. & 4. Meth. 6.

Gratia præſeruationis. Tertiò non ſolum pro præſentis morbi, qui ab aliquo ſanguinis uitio ſiue in qualitate, ſiue quantitate, ſiue etiam motu fit, curatione; ſed pro eiuſdẽ imminẽtis morbi præſeruatione ſanguinem interdum mittimus, ut nobis ab Hip. 1. aph. 2. aperte boni athletarum habitus exemplo demonſtratũ eſt, quæm vt à vaſorum diſruptione, & caloris innati ſuffocatione præſeruaret, ſoluendum eſſe præcipit. Et 13. Meth. 6. in maxima plenitudine venã ſecuit. lib. verò quos & quando purgare oportet,

hunc in modum ſcribit; ſani quidem adhuc, ſed niſi euacuati ægrotaturi, præueniendi ſunt, & ineunte verè inaniendi, vel miſſo ſanguine ſi à multitudine, vel data purgatione ſi ex corruptella humorũ morbis capi ſoleant. Et 7. aph. 47. liquet atuem quod de ijs, qui adhuc ſani ſunt, ſed ægri futuri ſunt, niſi euacuentur, nunc ſermo habetur Hippocrati. Hos enim oportet vt anticipemus euacuare vere adueniente, vel per venæ ſectionem, ſi plenitudinis, vel per purgationem, ſi eis, qui ex corruptella proueniunt morbis ſubyciantur.

In ægris et pro præſeruatione ſang. mittendus. Non modò aũt in ſanis, vt à morbo præſeruentur, ſed ẽt in ægris vt multo grauior morbus, euitetũ ſanguis mittitũ; ut idẽ p̃cipit Gal. 9. Meth. 4. vbi in ſynocho febre non putrida, vt à putrida p̃ſeruaret, uenam ſecuit. Et 11. Meth. 5. dicit ſalubuerrimũ eſſe ſanguinem mittere, non modo in continuis, ſed in intermittentibus etiam febribus, vt à continua præſeruentur, & ut à putredine maiori nõ fiat maligna putredo. Quarto etiam illo de tuenda ſanitate cap. 4. Virium robore conſtante inquit, ſi laſsitudo adhuc infeſtet, æſtimandum eſt, an cum ſanguinis copia, an cum crudis humoribus, an per ſe ſolus conſiſtat vitioſus ſucus. Nam ſi cum ſanguiguinis copia, aut vena incidenda, aut aliquid aliud, quod tantundem valet agendum; deinde aluus medica-

dicamento accommodato cienda. Secunda etiã aph. 16. aceſcentium vinorum exemplo ſic idem confirmat Gal. dum inquit, Quod enim in vinis accidit aceſcentibus, tale quid & in ſanguinis alteratione contingit, & paulò poſt ſubdit, Hoc idem in ſanguine euenit; nam & ipſe vbi magna in eo ſit facta mutatio, atq; corruptio, non redit amplius ad habitum naturalem; ſi verò pauca ea contigerit, vbi id, quod ſuperfluum eſt, fuerit euacuatũ, quod reſiduum exiſtit, ad ſuam naturam reſtituitur. Vnde 8. Meth. 4. etiam ad hoc propoſitum optimè dicit, Niſi vitioſus ſuccus penitus tranſpiret neceſſe eſt vt putreſcat. Tranſpirat autem vbi ſanguinis multitudo obſtruens minuitur. *Vini aceſcentis exemplũ.*

Quartò demum ſanguinem mittimus euentationis, & refrigerationis gratia, potiſsimum vbi à ſanguinis copia obſtructiones pendent; vt ex iam citato loco. 8. Meth. 4. dictum eſt, & 1. aph. 23. In ardentiſsimis febribus ad animi deliquium vſq; ſanguinem mi[illegible]it, vt corpus refrigeraretur; & etiam 1. ad Glauc. Quare hoc auxilio, venæ ſectione nempè, nè dum morbi cauſa exhauritur; ſed ex accidenti etiam corpus vniuerſum refrigeratur. *Ratione euẽtationis.*

Manifeſtum igitur ex allatis, & multis alijs etiam Gal. locis eſt, multis de cauſis à nobis ſanguinem mitti, & in omnibus huiuſmodi caſibus vna cum *Correllariũ.*

 morbo

morbo vel præſenti, vel futuro, aliquod in ipſo ſanguine vitium, ſeu peccatum, modò quidem in quãtitate nimia, modo in qualitate ſiue ea per propriã ſui alterationem ſit, ſiue per alterius humoris commixtionem; modo demum in prauo aliquo, indecentiq; ad aliquam partẽ motu, ſubeſſe. Vt enim ſponte naturæ facta euacuatio, [quam pleriſq; in locis Medico imitandam, cum benè operatur, prędicant tum Hip. tum etiam Gal.] vtilis ſit, eorum imprimis, quæ intus lædunt, eſſe debet, ea verò ſunt quæ morbos faciunt; Vnde illud in aphoriſmis Hip. Si talia deyciantur, qualia oportet, hoc eſt, quæ noſtra corpora moleſtant, ut in com. 2. aph. primæ particulæ dicit Gal. confert euacuatio; ſin contra, hoc eſt, ſi non fiat eorum, quæ corpora moleſtant, ſed aliorum, euacuationem difficulter ferunt.

Qualis euacuatio utilis eſſe debeat.

Tunc igitur benè tantum euacuabitur ſanguis, quando is quomodocumq; id fiat, hoc eſt; ſiue quantitate, qualitate, vel motu aut actu morbum efficiendo, vel fouendo lædit, vel ſaltem in poſterũ morbum facturus, nocere poteſt. Vt propterea ſanguinis euacuatio in genere ab alio principaliter indicari non videatur, quàm ab ipſo ſanguine aliquo ex iam dictis vitio prædito.

Ad ſanguinis euacuationem, aliquod eius uitium requiritur.

Indicans genericũ ſang. euacuationẽ.

Quoniam verò ſanguinis imminutio, ſeu euacuatio,

cuatio, multis modis, ſiue per ſe, ſiue per accidẽs, varijſq; auxiliorum generibus perfici poteſt, vt ex 13. Meth. cap.6. manifeſtè colligitur, & 2. aph. 17. & alibi, inedia nimirum, balneo calido, frictionibus, calidis iniunctionibus, cucurbitulis, hyrudinibus, crurium ſcarificationibus & tandem ipſa venæ ſectione; propterea reliquum eſt videre à quonam generica illa ſanguinem mittendi indicatio, ad propriam ſpeciem, determinatumq; ex ſupradictis auxilium contrahatur. Hoc què nobis imprimis indicant, atq; oſtendunt tum ipſius ſanguinis vitij; tum etiam ipſius met morbi vel præſentis, vel imminentis, ex tali potiſsimum ſanguinis uitio pendentis magnitudo; ita vt cum ſanguis aliqua dictarum rationum vehementer vel lædit, vel læſurus eſt morbum magnum inferendo, cum vt quam citiſsimè, & magno etiam auxilio occuratur opus ſit, ideo tunc generica illa ſanguinis euacuatio ab euiſdem ſanguinis uitio præindicata, ad venæ ſectionẽ tamquàm ſpecificum auxilium, per morbi magnitudinem facienda contrahitur, atq; ſpecificatur.

Plenitudo multipliciter minuitur.

Unde particularia ſang. euacuationẽ indicãtia dẽ ſumatur.

Venæſectio.

Si verò ſanguis quidem, ſed non vehementer peccet, ita vt nec actu faciat, nec deinde morbum magnum facturus ſit, tunc cum res multum non vrgeat, leuioribus auxilijs agendum erit; cum exiguum ſanguinis vitium vel ſolis frictionibus, vel

inedia,

inedia, vel alterantibus, vel cucurbitulis, & huiuſmodi alijs ſupra nominatis ex Gal. ſatis commodè corrigi poſsit. Studendum igitur eſt, vt, quantum fieri poteſt, auxilij ipſius magnitudo, morbi quoq; magnitudini ſemper correſpondeat, iuxta aph. Extremis morbis extrema auxilia optima ſunt: ſicuti quoq; euacuationis genus moleſtanti humori debet correſpondere, vt lib. quos & quando purgare oportet in principio, & alibi ſæpius nos optimè docuit Gal. docens ad euacuationis genus elligendũ, diſtinguendum eſſe à quanam humoris ſpecie morbus efficiatur, ita vt mittatur quidem ſanguis, ſi ab eius multitudine fiat morbus: Potio verò ſolutiua exhibeatur, ſi ex humorum corruptella morbus oriatur, potiſsimum quando humor ita corruptus eſt, vt naturæ gratiam amplius non poſsit recipere; alioqui enim ſicuti non ſemper vbi aliquod ſanguinis uitium adeſt, ad ipſam venę ſectionem, leuiori aliquo auxilio quoq; cõtenti, confugimus, ſed quãdo tantum morbus magnus eſt, vel ſaltem futurus talis; ita & de cachochymia ipſa dicendum erit, quę niſi magna admodum ſit, ſolis alterantibus, ac cõcoquentibus, vt exemplo aceſentis vini oſtendit Gal. corrigi poteſt, aut ſudorem vel lotium prouocantibus educi, ſed de his aliàs.

Genus euacuationis à quo indicetur.

Prout verò varium eſt in ſanguine peccatum in quan-

quantitate potiſsimum, vel indecenti motu; ita diuerſimodè per varias partes educi poſtulat; vnde auxilia quoq; quæ id præſtant, diuerſa nomina, vt ſcilicet vel ſint ſimpliciter euacuatiua, vel ſimul ét reuulſiua, aut deriuatoria, ſortiuntur; quæ pariter à diuerſo ſanguinis vitio coindicantur; ita cum quantitate ſola peccat ſanguis, cum ſolam ſui euacuationem indicet quocumq; auxilio ille fiat, per partem ipſam in qua reperitur, educi poſtulat, ſolumq; tunc euacuatiuum appellatur auxilium: ſi p proximam educatur, dicitur deriuatiuum; Si verò motu peccet ſanguis cum ſui in contrariam partem retractionem iudicet, euacuatio hęc reuulſiua dicitur, & debet in oppoſita parte ſeruata tamen rectitudine, adminiſtrari. Vt igitur ſola euacuatiua eductio à ſanguinis in parte iam congeſti quantitate; ita reuulſiua ab eius motu incipiente, deriuatiua verò ab vtroq; ſimul exiſtente partim infarcto, & partim influente ſanguine indicabitur. Hęc verò in praxi ipſa huiuſmodi ordine exequi debent, ut, ubi potiſsimum in toto magna ſit plenitudo, reuulſiua primo adminiſtretur; ſecundo deriuatiua quæ partim quidem ab affecta parte euacuat partim quoq; reuellit. Tandem verò firmata iam fluxione euacuatiua ipſa adminiſtrari debet. Sed hæc per trã ſcenam tantum dicta ſint. Ad rem redeamus.

Auxilia euacuantia ſang. diuerſa.

Euacuatiuũ.

Deriuatiuũ.

Reuulſiuum.

Quo ordine illa adminiſtranda.

Præter

Permittentia ſang. euacuationem. Præter principale indicãs, vt ad alicuius remedij vſum tutò deuenire poſsimus, permittentia ẽt neceſſariò requiruntur, ita vt nihil planè ſit, quod contraindicet; alioqui uel auxilium illud indicatum omninò intermittere, vel aliud idq́; leuius immutare omninò cogemur. Idcircò antequàm ad uenæ ſectionem ueniamus, de qua potiſsimum noſtra hæc tractatio eſt inſtituta, conſiderare debemus, añ præter morbi magnitudinem cum ſanguinis uitio inſigni coniunctam tamquàm eius principale indicans, uirtus quoq́; pręcipuè uitalis ita conſtet, atq́; robuſta ſit, ut eam ſine ſui, & uitæ iactura perferre poſsit. Si enim ita fuerit, ſeccari uena poterit. ſin minùs uel omninò intermittenda, & eius loco cucurbitulæ, uel aliud ſimile auxilium adhiberi poterit, uel ſaltem per eam minus ſanguinis, quàm uel morbi magnitudo, uel redundantis ſanguinis quantitas poſtularet, eſt detrâhendum; neq; ea admodum non conſtante, eſt ſemel quantum exigit morbus educendum, ſed accidenti etiam aliquid eſt relinquendum. Huiuſmodi ſiquidem uirtus utpote non modo uitæ ipſius cuſtos, ſed naturalium quòq́; facultatũ ipſorũ morborũ curatricum tamquàm baſis, & fundamentum, omni ſtudio eſt cuſtodienda; alioqui enim, ut pulchrè docet Gal. ſtultum admodum eſſet, cum ipſo morbo

Virtus.

Vitalis uirtus maximè cuſtodenda.

uitam

vitam quoq; auferre. Virtus igitur robuſta valida quoq; auxilia, mediocris mediocria, omnino verò imbecillis vel nulla omnino, vel quam leuiſsima ſaltem ſuſtinebit.

Duplex virium debilitas.

Cùm verò virium imbecillitatem miſsionem ſanguinis prohibere dicimus, non eam, quæ ex nimia repletione, & ſuffocatione fit, ſed quæ ex reſolutione oritur, intelligimus. Vt enim ignis, ita & noſtri corporis calor, & conſequenter virtus, aut ex alimoniæ defectu extinguitur, deleturq;, aut ex nimia eiuſdem quantitate obruitur. Sicuti etiam carbones accenſi diu ſub cineribus deliteſcentes ſuffocati extinguuntur; ita virtus à nimia humorum copia, non ſecus ac à nimia olei quantitate flamma, deletur, vel ſaltem opprimitur.

Quo ea debilitas diſtinguatur.

Cum igitur quænam ea ſit debilitas ex inanitione nimirum, aut ex repletione, cognoſcere plurimum referat, operam quam diligentiſsimè nauare debemus, vt vnam ab altera proprijs ſignis diſtinguamus. Inter alia autem huiuſmodi indicia, ea, quæ ex ipſo pulſu, tanquam vitalis facultatis actione deſumuntur, potiſsima eſſe videntur. Is etenim cum æqualiter ſemper, languidè tamen pulſauerit, tunc virium diſſolutionem, inanitionemq; demonſtrat: Vbi verò diſsimiles, differentesq; inter ſe pulſationes habuerint, ita quod nunc languidè feriat,

pulſetq́; , nunc vehementer , hæ vtiq; onus, & ſuffocationem oſtendunt, vt lib. 4. de præſagatione ex pulſibus cap. 12. nos docuit Gal. Hiſce verò aliorum quoq; conſideratio annectenda erit, an nimirum cauſa aliqua ſpiritus, ac vires reſoluẽs, aut corrumpens, vt euacuatio inſignis, longa inedia, venenum, morbi diuturni, & huiuſmodi alia præceſſerit, vel etiam nunc adſit.

Virtus vitalis debilis an naturaliter, an ex morbo.

Quod ſi pulſus paruus ſit, dubioq́; teneatis ſit nè talis ex ſui natura, an ob inanitionem, alias actiones tum animales, tum naturales inſpiciendo, contemplandoq́; certior fies. Hæ ſiquidem omnes cũ ex vitali tanquam ex fonte, ac radice pendeant, robuſtæ eſſe non poſſunt, vbi illa reſoluta fuerit; non tamen è contra. Vitalis enim, dummodo naturalis conſtet, licet animalis ipſa debilis ſit, poteſt eſſe robuſta. Alia prætcrea ſingula, quæ facultatem ipſam robuſtam reddere, ac conſeruare, vel è contra debilitare poſſunt, diligenter ſunt animo perpendenda; cuiuſmodi imprimis ſunt ætas, temperamentum, corporis habitus, anni tempus, cœli ſeu aeris temperies, ac conſtitutio. Hæc enim omnia quatenus validam, & robuſtam; vel è contra debilem virtutem connotant, eatenus vel coindicare, vel permittere; vel prohibere, aut ſaltem auxilium antea indicatum, eiusq́; quantitatem limitare

Ex vitali facultate alia dependent.

Quę reſpectu virtutis conſideranda.

tare dicuntur. Iure propterea Gal. 1. ad Glauc. cap. 3. dicit, Sanguinem in continuis febribus eſſe auferendum &c. niſi, ſubdit, vires, aut ætas, aut aliquid eorum, quæ ſupra meminimus, prohibuerit. Et lib. de curãdi ratione per ſang. miſſ. c. 20. & li. 9. meth. cap. 5. inquit, Quocunque die adſunt mittendi ſanguinis ſcopi. ſ. virium robur, ætas, morbi magnitudo, vel ſaltẽ futura, ſanguis mittẽdus &c. iidem confirmat Aetius lib. 5. cap. 70. circa finem, cum dicit, Non dierum numero, ſed vni virium robori inſiſtentes mittere ſanguinem in continuis febribus expedit. Quod verò ætas, & alia ſuperius ennarrata, nõ ſui ipſius, ſed virtutis, quàm cõnotãt, ratione, admittant vel prohibeant venæ ſectionem, tàm clarum eſt, quàm ꝙ clariſsimum. Si ſenes namque ſexagenarij, quibus alioquin ætatis ratione vix vnquam ſanguinis miſsio conueniret, plurimo ſanguine abundent, vireſq; alioqui robuſtas habeant, formidandum non eſt, vbi affectus iubeat, venam obtundere, modo tamen ætati aliquid tribuatur, hoc eſt, in his minus ſanguinis detrahatur, quam affectus exigat, aut in floridiori ætate fieret, vt Gal. hortatur. Senes etenim quia vt plurimum propter ætatem ipſam frigidi ſunt, & ſicci, paucíq; [niſi tamen temperamenti, aut habitus rationẽ in contrarium ſtatum vergant,] ſanguinis, idcirco vires im-

Aetas virtutis reſpectu conſideratur.

Cur ſenibus cautè mittẽdus ſanguis.

becillas habent, vt lib. de curandi ratione per ſanguinis miſsionem, capit. 9. Gal. idem teſtatur.

Pueri cur difficulter ferãt venæ ſectionem.

Pueri vero ante 14. ætatis annum, non quidem quia vires debiles habeant, ſed potius quia ſubſtantiæ eorum corporum, quæ calida & humida ſunt aſsiduò plurimum diſsipatur, ex eodem Gal. lib. cit. cap. 14. ſectionem venæ non facilè admittunt. Quod quidem ita intelligendum eſſe exiſtimamus, niſi quid grauius vehementer vrgeat. Namq; ante etiam id temporis vbi pueri acuto aliquo morbo ex ſanguine pendente laborent, ſintq; alioqui boni, hoc eſt, ſanguinei temperamenti, habitusque denſioris, & idcircò minus reſolubilis, tutò etiam Medicorum Cayrinorum exemplo, ijs venam ſecare poterimus; cum non raro etiam per copioſum ſanguinis profluuium naturæ ſponte factum à grauiſsimis interdum morbis eos fuiſſe liberatos ſit obſeruatum. Cum enim naturalium facultatum robore maximè polleant, facillimè ſublato morbo quidquid de eorum ſubſtantia imminutum fuerit, poterit reſarciri.

Pueris etiã aliquando licet venam ſecare.

Habitus corporis in mitten. ſang. conſiderandus. Aetius etiã lib. 5. c. 70.

Eiuſdem virtutis reſpectu corporis habitus num denſus ſit, aut laxus & rarus conſiderandus, vt 11. meth. cap. 14. adnotauit Gal. Qui enim eo denſo ſunt præditi, cum in ijs, minor fiat virium diſſolutiò, facilius quoquè quamcumquè ſanguinis miſ-

miſsionem admittunt. Vt hæc forſan ratio eſſe poſsit, cur non modo apud Hiſpanos, quemadmodum à multis relatum eſt, ſed etiam apud Egyptios ipſos adeo frequens in vſu ſit ſanguinis euacuatio, vt in quocunq; ferè morbo ad eam ſæpius, ac ſæpius etiam repetitam, tanquam ad ſacram anchoram confugiant, quòd nimirum ob inſignem aeris caliditatem, ac ſiccitatem eorum corporum habitus denſi ſint, & minus diſſolutioni obnoxij; tum etiam, quia ex ea victus ratione, qua Egyptij plurimum pituitoſa vtuntur, ſanguis craſſior, & reſolutioni ineptior in ipſis dominatur. Quod de ætate & corporis habitu, & conſimilibus diximus, de anni quoque tempore calido, vel frigido, vt 4. acutorum 19. dicit Galenus, & eodem primo ad Glauc. 14. alijsq; huiuſmodi eadem ratione intelligendum erit. Concludendo igitur dicimus quotieſcunque principale indicans venæ ſectionem adeſt, nihilq; iam dictorum prohibuerit, omnino venam eſſe ſecandam. Neque enim vt in purgatione, ita quoque in ſanguinis miſsione humorum concoctio eſt expectanda. Purgationêq; vt benè ſuccedat, non ſolum medicamentum ipſum ſimilitudine ſubſtantiæ attrahans concurrere debet, ſed etiam expultrix ipſa corporis facultas neceſſario conſpiret neceſſe eſt; quæ quidem

Alex.an.l.e

Hiſpanorum mos in mittendo ſang.

Tẽpus anni in ſang mitt. conſideran.

Cur ad purgandum coctio expectanda.

dem naturę inſtituto, ac ordine ante, niſi admodũ vi coacta, ad expellendum nunquam inſurgit, niſi poſt materiæ coctionem, vt com. 22. aph. ſecundæ particulæ clarè Gal. docet. Præterea in purgatione euacuandus humor à partibus remotis ad inteſtina attractus, per anguſtiſsimos corporis meatus, exiguasq́; iecoris venas tranſire debet; quod vt fieri absq́; difficultate, & torſione commodè poſsit, & humor ipſe à partibus, quibus pertinaciter adhęrebat, deterſus, atq́; euulſus eſſe debet, atq́; ſi craſſior attenuatus, ſi nimis acris, nè in exitu partibus erroſionem, aut detrimentum aliud inferat, contemperatus, atq́; ad maiorem, quæ fieri poſsit, mediocritatem reductus, & demum ab alijs probè ſeparatus: Viæ etiam ipſæ, per quas permeare debet, ſint expeditæ, omniq́; impedimento liberę, nè moleſta omninò, atq́; interdum etiam periculoſa ſuccedat ipſa purgatio, neceſsè eſt. Quibus omnibus de cauſis, niſi quid magis vrgeat, cuiuſmodi potiſsimum eſt materia turgens: materia maligna, materia partem principalem petens, & ideò quam primum reuellenda, materia etiam concoctionis incapax, & quæ ſua quantitate ita naturæ vires ſuperat, vt ab illis, niſi ex parte minuatur, minimè uinci poſsit, in quibus caſibus etiam in principio, nulla expectata concoctione, ſi non erradicatiuè,

Quando ante concoctionẽ liceat purgare.

catiuè, minoratiuè ſaltem purgare poſſumus, niſi inquam aliquid horum, quam ipſa cruditas magis vrgeat, ad purgationem efficiendam expectanda eſt concoctio, perfecta quidem in erradicatiua, imperfecta verò ſaltem in minoratiua tantum expurgatione. Secus autem per ſectam ipſam venam fit ſanguinis euacuatio. Facto enim foramine abſq; vllo expultricis facultatis concurſu, ſanguis etiam craſsior, modo latum ſit foramen, abſq; vlla alia præparatione exire poterit. *Ad mittendum ſanguinem non eſt concoctio expectanda.* Sed hic occurrit difficultas, dicere enim poſſes, non nè ſanguinis excretio naturæ ſpōte facta in morbi principio eſt mala? *Obiectio.* non nè eſt ſymptomatica? plane negari non poteſt cum loco antè citato. 4. aph. 21. 22. clariſsimè dicat Gal. Quando aliquis incipit morbus, ſi quid excernitur, nihil tunc excernitur Naturæ ratione, ſed omnia caſus ſunt earum, quæ præter naturam ſunt diſpoſitionum, & quæ ſequuntur. Si igitur hoc ita eſt, conſtetq; præterea Medicum naturæ benè tantum, non autem malè operantis imitatorem eſſe debere, fiet omninò, vt ſicuti in morbi principio ſponte natura facta ſanguinis excretio mala eſt, mala quoq;, ac noxia erit, quæ tunc à Medico ipſo perficietur. Probi autem Medici eſſe videtur, vt ſi nō quantum cupit, iuuet, neq; tamen etiam noceat. Quamquam huius difficultatis non contemnendę *Solutio.*

ſolu-

ſolutio clarius in peticularũ curatione apparebit, in prçſentiarũ tamen hoc reſpondere ſit ſatis, quod nimirum quamuis omnis euacuatio in morbi principio facta non poſsit dici perfecta, ac omninò bona illius, quæ poſt perfectam fit humorum concoctionem reſpectu, quæq; verè, omnibusq; numeris critica appellatur; ſimpliciter tamen, atq; aliarum omnino ſymptomaticarum relatione, & vtilis aliquando, & proficua eſſe poteſt; modo alias bonas criticę euacuationis conditiones habeat, quamuis hæc ſola, quod ante tempus fiat, tantummodo deſit. Quando enim Natura ab inſigni humorũ quantitate aggrauata, malauè qualitate moleſtata, eos minimè regere ac gubernare valet, quis negabit eam id commodius, ſi ex parte onere illo ſiuè ſponte, ſiue etiam medicamentorum ope ſubleuetur, eſſe præſtituram? Quæ enim infeſtant citò è corpore exire, quàm diu intus manere, vtilius multò ac optabilius eſt. Leuata namq;, quæ corpus noſtrum regit natura quod reliquum erit facilius deinde ſuperabit. Vt hanc ob cauſam Sapientiſsimus noſter ſenex ſi quid mouendum, id in principio agendum eſſe, iure optimo. 2. aph. ſuadeat; Potiſsimum verò id fieri poterit per venæ ſectionem, cum ad eam, vt oſtendimus, nulla concoctio ſit expectanda.

In principio morbi facta euacuatio quando bona eſſe poſſit.

Quamquam autem quocunq; morbi tempore,

vt dictum eſt, adeſt indicans, & nihil prohibet, ſan guis mitti poſsit; ex Hip. tamē ſententia 2. illo aph. 29. Cum morbi inchoant ſi quid videtur mouendum moue, multò melius eſſe eam in morbi principio, anteq̃ natura aggreſſa ſit concoctionem, perficere manifeſtè conſtat. Penes quam concoctionem naturæq; in cauſas morborum actionem, cum ipſorum morborum tempora potiſsimum diſtinguantur, iure optimo præcipimur, quod vbi euacuatione opus eſt, & nil prohibeat, eam in principio ob iam dictā cauſam perficiamus, in ſtatu verò, vt in eo com. teſtat̄ Gal. melius vt quieſcamus Circa principia enim, inquit, eorum morborum, in quibus ſperamus ægros conualituros, tentandū eſt maiora afferre præſidia; ſunt autem hæc venæ ſectio [vbi.ſ. ſanguis peccat,] nonnunquam etiam purgatio, [vbi nimirum cachochymia adſit] quorum neutrum oportet morbo iam conſiſtente adhibere. Coctiones enim morborum tunc maximè fiunt. Vt igitur hæ citius eueniant melius eſt in principijs euacuare, quò minorem iam factam materiam facilius poſsit natura concoquere. Et. 4. etiam de victu acutorum tex. 44. dicit, coctio dum fit à natura, coquentibus medicamentis adiuuanda eſt, non autem purgantibus diſtrahenda, & agitanda. Nam quies neceſſaria eſt concoctioni.

Morborum tempora penes coctionē conſiderātur

Concoctioni quies eſt neceſſaria.

Dierum numerus cur in mittēdo ſanguine conſiderandus.

Quare in mittendo ſanguine, & purgando, nō per ſe, ſed quatenus huiuſmodi morborum tempora quodāmodo connotat, nec non propter virtutem ipſam, quæ principium morbi verſus, vt minus etiam in coctione occupata, ſolet eſſe quam in progreſſu, robuſtior, dierum numerus eſt obſeruandus. Vt horum præcipuè reſpectu ſi quid mouendum eſt, in principio id eſſe faciendum ſit dictum. Virtus enim tunc robuſtior quamcunque euacuationem facilius tollerabit. Hoc tamen non ita eſt intelligendum, quaſi poſt id tempus, vbi etiam quid noui oriatur, quod venæ ſectionem poſtulet, virtuſq; & alia omnia permittant non poſſit quoq; mitti ſanguis. Hoc enim falſum eſſet; cum quæ de nouo emergunt; nouo etiam egeant auxilio. Gal. enim lib. de curandi ratione per ſanguinis miſsionem, ca. 20. & 9. meth. 5. dicit, Quocunq; die adſunt mittendi ſanguinis ſcopi, virium, ſcilicet robur, ætas, & morbi magnitudo, vel ſaltem futura, ſanguis mittendus eſt nullo dierum habito reſpectu. Et eodem 9. meth. 5. dicit, Non dierum numero, ſed cum virium robori inſiſtentes mittere ſanguinem in continentibus febribus expedit. Non igitur ſui, ſed virium potiſsimum, & aliorum ratione, morborum tempora ſunt obſeruanda.

Quacūq; die adeſt indicās & permittēs, mitti poteſt ſanguis.

Quam-

Quamuis autem huiuſmodi morborum, ſalubrium ſaltem, tempora, quæ ætates quoq; eorundem ſolẽt appellari, quattuor ſint, principiũ, nẽpè, augmentũ, ſtatus, & declinatio, pœnes variam naturæ in morborum cauſas actionem, atq; concoctionẽ præcipuè diſtincta; ea tamen valde inter ſe ſunt diuerſa, cum alia ſint longiora, alia breuiora tum pro naturæ ipſius robore, anni tempore, vt huiuſmodi alijs; tum pro humorum ex quibus morbi fiunt, in craſsicie, ac tenuitate cæteriſq; huius generis qualitatibus varietate. Cum verò huiuſmodi noſtræ febres, ſint acutæ, & magna ex parte calido tempore ſoleant vigere, quattuordecim dierũ ſpacio ad ſummũ maiori ex parte, vel ad ſalutẽ, vel ad mortẽ terminare conſueuerunt. Quod quidẽ temporis ſpaciũ ſi in quattuor æquales partes diuidatur, cuiq; illarũ tres cum dimidio dies eiũt aſsignãdi, ita vt tot quattuor nempè minus dimidio circiter, diebus earũ principium, vt plurimũ perduret.

Tẽpora morborum diuerſorũ inæqualia.

Harum febtẽpora quot dıebus diſtinguantur.

His igitur hunc in modum conſtitutis, vt diſtinctè, ac clarè hęc de ſanguinis miſsione quęſtio poſſit determinari, conſiderare modo reſtat, num per purũ contagium, an per internam corruptionem, ad curandum nobis oblata febris fuerit contracta. Atque pręterea ſi intrinſecus originem habet eius focus imprimis diſtinguendus, num.ſ. is in venis

Ad quæſtionis ſolutionẽ conſiderãda.

totius propè cor, an in minoribus, an verò in ipſo meſenterio prope iecur reperiatur. Cum enim multis de cauſis tum. ſ. vt alleuietur natura, & corpus refrigeretur, perſpirabileq; reddatur, tum vt putredinis pabulum, ac fomes ſubtrahatur neceſſarium ſit omnino ſanguinem mittere, vt firmius infra conſtabit; Quonam inſtrumento atq; auxilio ſit id perficiendum, ne vllus error contingat, qui alioqui leuis in hiſce febribus poteſt eſſe grauiſsimus, ex iam dictis diſtinctionibus habebitur, vt per has concluſiones apparebit.

Concl. prima. Prima concluſio in harum febrium cura omninò neceſſaria eſt euacuatio, nec ſola alteratio ſufficit, Concluſio hæc colligitur ex Gal. multis in locis, tum. 5. meth. 12. vbi dicit eos à peſtilentia illa maximè euaſiſſe, quibus optimè præpurgatũ erat corpus, & antea fol. 107. nobis ſatis cõprobata fuit. Cuius quidem probationis fundamẽtum ex ipſius morbi natura ſumitur. Cum enim ſint febres, vt docuimus putridæ, ex repletione, & corruptione humorum pendent. Quare ex Hip. 2. aph. euacuatione curabuntur. Morbi namq; qui ex repletione fiunt, inquit Hip. tolluntur euacuatione. Cum igitur vtriuſq; euacuationis. ſ. & alterationis ſit neceſsitas, quò commodius alterare poſsimus, ab ipſa euacuatione auſpicanda eſt curatio, tum quia im-

Euacuatio præcedit alterationem.

minuta

minuta materia, quod reliquum erit facilius alterabitur; tum quia ſi ſecus fiat, multa incommoda ſubſequi poſſunt. Si enim copioſa materia in corpore exiſtente alterantibus aperitiuis vtamur, maior agitatio inducetur, fuſaq; copioſa materia in varias partes præcipitare poterit, & facilius ad cor materia praua ab illis deduci. Si adſtringentibus eius aditum ad cor prohibere tentabimus, obſtructiones magis augebimus, atq; materias prauas impingemus. Præſtabit igitur Gal. etiam præcepto 8. meth. 4. vitioſi ſucci maiori parte emiſſa ad abſtergendas obſtructiones accedere; cum alioqui metus ſit ſi obſtructionibus liberandis prius, quàm euacuemus, ſtudeamus, nè ipſas magis impingamus.

Secunda concluſio. In his febribus non modò neceſſaria eſt euacuatio per purgantia medicamenta, vt ſuo loco deinde oſtendetur; ſed etiam per ſanguinis miſsionem, quod in præſenti ex præmiſsis facilè erit demonſtrare. Cum enim conſtitutum ſit febres has eſſe ſanguineas, & ex ſanguinis potiſſimum putredine oriri, & in corporibus plethoricis, atquè ſanguineis, non modò vt portio iam corrupti ſanguinis educatur, ſed etiam vt maioris putredinis pabulum pro præſeruatione ſubtrahatur, neceſſaria erit omninò ſanguinis euacuatio. Tunc enim, vt 4. illo de tuen. 4. docet Gal. ſangnis *Secũda cõcl.* *Sang. miſſ. in his feb. neceſſaria.*

mit-

mittendus eſt, quando vel ipſe peccat, vel peccantes humores ipſi ſunt permixti, aut ab eius natura non multum receſſerint. Quæ omnia cùm in his febribus potiſsimum circa principia cum nondum valde progreſſa eſt putredo, concurrant, negari nō poterit quin euacuatio ſanguinis ſit maximè profutura. Quanquam enim aliquid etiam boni ſanguinis educatur, cum eò tamen praui quoque portio euacuatur, vt dupliciter ſic. & putridi iam euacuatione, & boni etiam redundantis, naturamq; aggrauantis eductione, leuata, & exonerata natura, reliquias facilius deindè ſuperabit. Accedit huc quoq; experientia ipſa, plurimi enim, vt ab initio commemorauimus, ſanguinis euacuatione per varias partes ſponte naturę facta ab huiuſmodi febribus ſunt vindicati. Cum igitur Medicus ſit Naturæ benè operantis imitator, iuxta aph. 2. primæ particulæ, in perturbationibus ventris, & quæ ſequuntur, huiuſmodi quoq; euacuationē moliri debebit. Gal. præterea com. 1. in 6. de vulg. morbis, tex. 29. in febre ſynocha ſanguinem ad animi defectum vſque miſit. Sed huiuſmodi febres, ex dictis, maiori ex parte ſunt ſynochæ. Ergo, ſi non cum Gal. ad animi defectum vſq; propter aliquam malignitatem, cum ratione ſaltem, vt morbi cauſa. plenitudo nimirum minuatur conueniet ſanguinis miſsio.

Med. naturæ imitator.

Neq;

Neq́; ſolum pręſentis putredinis ratione, ſed etiam grauioris imminentis, vt eius.ſ. fomes ſanguis nimirum ſubtrahatur, præſeruationis gratia, & etiã a partibus nobilioribus diuerſionis ergò ſanguis in his febribus erit mittendus; cum ſimul & ſemel euacuato ſanguine putredini pabulum ſubtrahatur, & maligni vapores ad cor, cæteraq́; nobiliora membra confluentes reuellentur, à centro ad circumferentiam attracti. His Gal. quoq́; auctoritas lib. de curatione, per ſang. miſſ. c. 19. & lib. 9. meth. ca. 11. & ca. 5. eiuſdẽ 9. fauet, cum dicat euacuandum eſſe ſanguinem quando fit naturæ inutilis, talis autem fit dupliciter, vt alias quoq́; à nobis tactum fuit, vel qualitate. ſ. vel quantitate. Sed in his febribus vtroq́; modo ſanguis fit naturæ inutilis. Ergo mittendus eſt. Verum hic, qui continuò indifferenter cucubitulis vtendum eſſe contendũt, reſpondebunt, ſanguinem quidẽ eſſe ob dictas rationes euacuandũ, ſed cum virtus propter malignitatẽ pręſentẽ, vel imminentẽ ſaltẽ, nõ ꝑmittat venæ ſectionẽ, euacuatio hæc ſanguinis cucubitulis, q̃ minus naturã lędunt, perficienda erit. Huic igitur obiectioni huiuſmodi ſequentibus concluſionibus, ex antea ſuppoſitis fundam. pẽdentibus, ſatisfaciemꝰ.

Sang. miſſio neceſſaria et eſt pro præſeruatione.

Dupliciter ſanguis fit noxius.

Tertia concluſio. In principio harũ febriũ [qđ vt plurimum ad quartã vſq; diem protenditur] quę

Tertia cõcl.

ex

ex interna putredine oriuntur, præcipuè verò vbi propè cor, vel in venis totius ſit putredinis focus, niſi virtus reſoluta, vel aliud ex ſupradictis prohibeat, omninò neceſſaria eſt venæ ſectio. Concluſio hæc multis rationibus confirmari poteſt, in primis Aetij auctoritate lib. 5. c. 130. in feb. peſtil. verè ſtatim ſang. miſsionem admittit. Tum verò quia tunc adeſt indicans, vt plurimum, venæ ſectionem, atq; virtus etiam robuſta permittit. Ergò ſi nil aliud prohibeat vena erit ſeccanda. Quod quidem quò citius, antequàm nimirum aucta putredine magis ipſa concidat, fiet, eò quoq; melius, ac tutius erit. Antecedens huius enthimematis facillimè comprobatur. Adeſt enim ſanguinis vitiū, vt paulò antè oſtendimus, non in quantitate ſolū, quo ad vires ſaltem, ſi nō ſemper quoad vaſa [hanc enim duplicem plenitudinem Aetius quoq; lib. 3. c. 10. innuit,] cum feb. ſynocha ſit, ſed in qualitate etiam, cum ſanguis putreſcat; adeſt præterea morbus magnus, febris nimirum continua, & maligna, quam vt plurimum ſæua accidētia, partiūq; principalium, maximè verò cordis læſiones inſignes conſequuntur. Huiuſmodi verò ſanguinis vitia cum morbi magnitudine ſaltem imminenti coniuncta, eſſe principale miſsionem ſanguinis per ſectam venam indicans, anteà demonſtrauimus.

Vena quando ſecāda in his feb.

Adeſt

Adeſt igitur indicans. Quod verò etiam his primis diebus ferè ſemper adſit permittens, virtus nimirum ſatis valida, non difficulter probari poteſt. Cum enim, vt retulimus paulatim, ac quodammodo inſenſibiliter ſuboriatur, ac ſerpat ipſa maligna putredo, ab ea non poteſt virtus ita citò, ac tam facilè deijci, atq; in verè peſtilentibus febribus. Vt propterea ſi in carbunculo peſtilenti, in quò multò deterior ea eſt malignitas, ac venenoſitas, cum ea tamen tantum virium robur eſſe poſſe cenſeat Gal. 14. meth. cap. 10. vt ſectionem venæ commodè perferre poſsit, quanto magis eam tollerabit virtus in hac multò mitiori malignitate? imò verò Gal. idem loc. cit. & Oribaſius etiam 7. collect. ca. 20. & Aetius lib. 5. cap. 130. in peſtilenti carbunculo cum febre non modo ſanguinem mittebant, ſed ad magnam quoq; quantitatem, & lypotimiã etiam vſq;, vbi ſumma erat ſanguinis copia emittebant, cum quod ſanguinis ſuperfluum in corpore fuerit relictum, cum probè à ſolidarum partium facultatibus regi, ac gubernari non poſsit, id totũ ſit veneno pabulum futurum, Auicen. quoque in verè peſtilenti febre phlebotomandum, ſi ſanguis abundet, quò pabulum veneno ſubtrahatur, præcipit. In Critone quoq; vera peſtilente febre laborante ſanguinem perſectam venam miſiſſet, Hip. vt

Virtus primis diebus conſiſtit.

Critonis exẽplum.

eo in loco, com. 3. in primũ epid. tex. 26. teſtatur Gal. ſi a principio fuiſſet uocatus. In hanc eandem ſententiam omnes ferè melioris claſsis Medici concurrunt; ita ſentit Paulus, ita Aetius, ita Sauonarola, ita Fracaſtoreus, & alij huiuſmodi, quos longum eſſet omnes enumerare in peſtilenti febre nimirum, in illis, in quibus ſanguis abundat, uenam eſſe ſecandam, ſicuti in quibus adeſt cachochimia, eſſe purgandum præcipiunt. Si igitur omnes hi tum ad iam inceptam putredinem malignam tollendam, tum ad maiorem futuram cauſarum remotione inhibendam, in illis in quibus ẽt à multo uehementiori ueneno citius uirtus proſternitur, ſectionem uenæ nihilominus ſummopere commendant, & amplectuntur illam commodè laturas ipſas uires exiſtimantes, quantò magis nos in his malignis quidem, ſed multò mitioribus febribus, eã administrare poterimus? Cum potiſsimum ſi quæ in principio adeſt virium imbecillitas ea per aggrauationem à nimia ſanguinis copia potius, quã per reſolutionem [niſi tamen aliqua alia talis cauſa magis reſoluens adſit] fiat, quemadmodum ipſa pulſus inæqualitas nobis demonſtrare poteſt. Vnde fit, vt ex ſanguinis per ſectam venam euacuatione, non modò virtus magis debilitetur, ſed multo magis potius onere imminuto ſubleuetur;

Debilitas virium ex aggrauatione, ſang. miſſione tollitur.

uetur. Sicque ſubleuata natura ad morborum reliquias ſuperandas robuſtior reddetur, quemadmodum quoque aphor. illo 29. ſecundæ partic. Inchoantibus morbis &c. Idem confirmat Galenus.

Secundò probatur eadem tertia concluſio ſic, in his feb. non modo materiam peccantem imminuere, vlterioriq; putredini pabulum ſubtrahere, & corpus perſpirabile reddere; ſed etiam prauorũ humorum, atq; vaporum ad cor confluxum, ad exteriora reuellere oportet. Sed hæc omnia præſtat venę ſectio brachij in principio harum febrium adminiſtrata. Ergò. Maior notior eſt, quàm debeat demonſtrari. Minor etiam facilè probatur. Quod enim venæ ſectio, ſanguinem, qui eſt pręcipuus huius febris fomes, vt alias probauimus, euacuet, per ſe notum eſt. Quod etiam perſpirabile reddat corpus, vbi p̃cipuè à ſanguinis quantitate, vt hic quoq; ſæpe fit, pendet ipſa obſtructio, ſatis per ſe eſt manifeſtum, & Gal. quoq; 8. meth. 4. & 9. meth. 5. teſtatur cum inquit, Niſi vitioſus ſuccus penitus tranſpiret, neceſſe eſt vt putreſcat, ergò vt trãſpiret, maiori auxilio iam opus eſt, ac ſiquidem vel puer, vel ſenex ſit, ſanguinem detrahere non licet; Inter has ætates, vbi robur ęgro nõ deſit, ſecãda vena eſt &c.

Venæ ſectio etiam pro reuulſione conuenit.

Venæ ſectio corpus perſpirabile reddit.

Quod verò ſecta vena ſanguinem, & cum illo

Venæ ſectio ad circumferentiam humores mouet.

permixtos humores à corporis centro ad circumferentiam euocet, ac ſic ab internis partibus reuellat, clarius infra probabitur, pro nunc ſolo omniũ Medicorum, imprimis Gal. lib. 4. de tuen. cap. 4. teſtimonio ſimus contenti, qui ante lenitionem alui, vbi in ea adſint cruditates, vel excrementa, venã ſecare prohibent, non alia ratione, niſi nimirum nè ad intra venas ex partibus illis cruditates attrahantur. In diſſenteria etiam nullus ferè eſt qui ad reuulſionem potiſsimum venæ ſectionem nõ approbet.

Eetſi verò Auicc. in cura variolarum ſibi inconſtans hac de re videatur; vbi tamen dicit venæ ſectionẽ intro trahere, is vbi exigua, vel nulla plenitudo adeſt, intelligendus erit. Pro hac quoq; confirmanda concluſione faciunt omnia ferè ea argumenta, quæ ꝓ illorum ſententia fuerũt allata, quos

Not.

venæ ſectionem indifferenter probare diximus modo tamen cautè intelligantur de principio potiſsimum, vel etiam alio morbi tempore, ſi quod graue ſymptoma eam poſtulans ſuperuenerit, atq; virtus ipſa tollerare poſſe videatur. Quibus etiam addi hæc poſſunt, Hip. enim 1. aph. 2. in athletarum habitu, in quo ſola quantitate ſanguis peccat, vt ab imminentibus ex ea periculis, & malis præſeruaret, ſanguinem mittendum eſſe iuſsit. Ergo multo magis id erit agendum, vbi præter plenitudinem quo-

In athletarum habitu venæ ſectio.

ad

ad vires ſaltem, aliquam quoq; corruptellam, qua magis adhuc naturam grauet, ſanguis contrahere cœperit. Vt 2.aph.17. vini aceſcentis exemplo confirmat quoq; Gal. Et 11.meth.cap.15.inquit Saluberrimum eſſe in febribus non cōtinuis modo, ſed intermittentibus etiam ſanguinem mittere &c.

Quarta ſequitur concluſio talis. Tranſacta quarta morbi die rarò, niſi admodum ſit magna ſanguinis plenitudo, & virtus ſatis robuſta, etiamſi ex interna putredine oriatur febris, & in venis ipſis ſit putredinis fucus, tutum eſt venam ſecare. Pro hac ſentia faciunt ferè omnia contra venæ ſectionem allata argumenta. Ea ſiquidem non de morbi principio, ſed de progreſſu concludunt, cum nimirum aucta malignitate virtutis caſus pertimetur, nō eſt magis vena ſecta debilitanda. Quod ſi tamen virtus valida eſſet, & graue aliquod accidens, vt delirium, angina & huiuſmodi ſuperueniret, etiā tunc in progreſſu, potiſsimum ſi antea non fuerat miſſus ſanguis, vena ſecari pōterit, cum adſint indicantia, & permittentia, ex antea dictis, dierum numerus per ſe non eſt ſeruandus. Idq; potiſsimum eſt agendum, vbi tanta non eſt facta putredo, vt humores multum recedant à natura ſanguinis, quandoquidem cum huiuſmodi receſſu, & cachochymia virtus multum conſtare non poteſt. Vt propterea

Quarta cōcl.

In progreſſu morbi vitanda venæ ſect.

Cum magna cachochimia multū virtus conſtare non poteſt.

in quibus inſignis eſt ſanguinis plenitudo, niſi ea prius ſecta vena imminuta ſit; & ẽt in quibus venæ ipſæ maiores craſsioribus humoribus refertæ ſunt, q̃ ex lotio craſſo obſeruat̃, vt clariſsimè dicit Auic. fen.4.lib.1.cap.21. Cum enim huiuſmodi craſſos humores, vel copioſum ſanguinem cum impetu à venis maioribus, ad minores attrahant, neceſſariò in his magis impinguntur, & obſtructiones ipſius febris, & putredinis cauſa, adaugentur. Frequens etiam, ac nimius earũ vſus fugiendus eſt nè calore naturali nimium euocato prauorum humorum coctiones impediantur, & vires proſternantur.

Hyrudines. Quod vero vbi putredinis focus ſit in meſenteo, & concaua iecoris parte, hæmorroidum per hirudines apertionem magis, quam vel venæ ſectionem, vel cucubitulas approbemus, ea ratio facit tũ quod hyrudines à profundioribus partibus, quam cucurbitulę extrahant, ut dicit Auic. 4. 3. cap. 22. tum quod ſi tunc brachij uena aperiretur à foco illo materia praua ad iecur, & alias nobiliores partes promptius attraheretur; totaq; ſanguinis maſſa ea inficeretur; quod ferè, & cucurbitulę ipſę præſtare poterunt. Per hęmorroidas uerò abſq; ullo nobiliorum partium incommodo materia praua educi, atq; reuelli poterit. Cum enim uenę hæ hemorroidales à meſeraicis, & à uenæ portę ramis oriantur,

Venæ hemorroidales vnde oriantur.

tur, magna per eas ſiet, & à corde, & à iecore tum euacuatio, tum reuulſio; nullumq́; ex hac euacuatione viribus accedit detrimentum, quam quidem etiam ob cauſam ijs etiam vtimur, quando virtus debilis venæ ſectionem non admittit.

Quando igitur ipſius febris peticularis ratione ſit ſecanda vena, vel cucurbitulæ, aut hyrudines adhibendæ, et qua quantitate ſit detrahendus ex doctis conſtat. Ad horum integrum vſum ſupereſt videre, quæ nam vena ſit aperienda & etiam cui loco cucurbitulæ adhibendę, hocq́; ſolum febris ipſius cauſa, nam de ijs propter aliquod graue ſymptoma vſurpandis, & an, quando apparent peticulæ, vena ſecari poſsit ſuis locis dicetur.

Quò ad venam aperiendam, niſi quid aliud diſſuadeat, iecoraria dextri brachij, vel communis; vt quæ a fonte, & à toto in quo humores peccant, euacuat, & à corde reuellit, eligenda erit. Quod ſi virium aliquam debilitatem timeſcamus ſaluatella etiam in manu poſita aperiri poterit. Si verò in mulieribus adſit aliqua menſium ſuppreſsio, ſitque iam tempus conſuetum præſens, ſaphena primò, deinde alia aperiri poterit, ſed de huiuſmodi febribus cum menſtruis complicationibus plura deinde dicentur.

Vena cõis.

Saluatella.

Saphena.

Ll Circa

Dierum numerus cur in mittēdo ſanguine conſiderandus.

Quare in mittendo ſanguine, & purgando, nō per ſe, ſed quatenus huiuſmodi morborum tempora quodāmodo connotat, nec non propter virtutem ipſam, quæ principium morbi verſus, vt minus etiam in coctione occupata, ſolet eſſe quam in progreſſu, robuſtior, dierum numerus eſt obſeruandus. Vt horum præcipuè reſpectu ſi quid mouendum eſt, in principio id eſſe faciendum ſit dictum. Virtus enim tunc robuſtior quamcunque euacuationem facilius tollerabit. Hoc tamen non ita eſt intelligendum, quaſi poſt id tempus, vbi etiam quid noui oriatur, quod venæ ſectionem poſtulet, virtuſq; & alia omnia permittant non poſſit quoq; mitti ſanguis. Hoc enim falſum eſſet; cum quæ de nouo emergunt, nouo etiam egeant auxilio. Gal. enim lib. de curandi ratione per ſanguinis miſsionem, ca. 20. & 9. meth. 5. dicit, Quocunq; die adſunt mittendi ſanguinis ſcopi, virium, ſcilicet robur, ætas, & morbi magnitudo, vel ſaltem futura, ſanguis mittendus eſt nullo dierum habito reſpectu. Et eodem 9. meth. 5. dicit, Non dierum numero, ſed cum virium robori inſiſtentes mittere ſanguinem in continentibus febribus expedit. Non igitur ſui, ſed virium potiſsimum, & aliorum ratione, morborum tempora ſunt obſeruanda.

Quacūq; die adeſt indicās & permittēs, mitti poteſt ſanguis:

Quam-

Quamuis autem huiuſmodi morborum, ſalubrium ſaltem, tempora, quæ ætates quoq; eorundem ſolẽt appellari, quattuor ſint, principiũ, nẽpè, augmentũ, ſtatus, & declinatio, pœnes variam naturæ in morborum cauſas actionem, atq; concoctionẽ præcipuè diſtincta; ea tamen valde inter ſe ſunt diuerſa, cum alia ſint longiora, alia breuiora tum pro naturæ ipſius robore, anni tempore, vt huiuſmodi alijs; tum pro humorum ex quibus morbi fiunt, in craſsicie, ac tenuitate cæteriſq; huius generis qualitatibus varietate. Cum verò huiuſmodi noſtræ febres, ſint acutæ, & magna ex parte calido tempore ſoleant vigere, quattuordecim dierũ ſpacio ad ſummũ maiori ex parte, vel ad ſalutẽ, vel ad mortẽ terminare conſueuerunt. Quod quidẽ temporis ſpaciũ ſi in quattuor æquales partes diuidatur, cuiq; illarũ tres cum dimidio dies ei ũt aſsignãdi, ita vt tot quattuor nempè minus dimidio circiter, diebus earũ principium, vt plurimũ perduret.

Tẽpora morborum diuerſorũ inæqualia.

Harum febtẽpora quot diebus diſtinguantur.

His igitur hunc in modum conſtitutis, vt diſtinctè ac clarè hęc de ſanguinis miſsione quęſtio poſſit determinari, conſiderare modo reſtat, num per purũ contagium, an per internam corruptionem, ad curandum nobis oblata febris fuerit contracta. Atque prętereà ſi intrinſecus originem habet eius focus imprimis diſtinguendus, num.ſ. is in venis

Ad quæſtionis ſolutionẽ conſiderãda.

totius propè cor, an in minoribus, an verò in ipſo meſenterio prope iecur reperiatur. Cum enim multis de cauſis tum.ſ.vt alleuietur natura, & corpus refrigeretur, perſpirabileq; reddatur, tum vt putredinis pabulum, ac fomes ſubtrahatur neceſſarium ſit omnino ſanguinem mittere, vt firmius infra conſtabit; Quonam inſtrumento atq; auxilio ſit id perficiendum, ne vllus error contingat, qui alioqui leuis in hiſce febribus poteſt eſſe grauiſsimus, ex iam dictis diſtinctionibus habebitur, vt per has concluſiones apparebit.

Concl. prima. Prima concluſio in harum febrium cura omninò neceſſaria eſt euacuatio, nec ſola alteratio ſufficit, Concluſio hæc colligitur ex Gal. multis in locis, tum. 5. meth. 12. vbi dicit eos à peſtilentia illa maximè euaſiſſe, quibus optimè præpurgatũ erat corpus, & antea fol. 107. nobis ſatis cõprobata fuit. Cuius quidem probationis fundamẽtum ex ipſius morbi natura ſumitur. Cum enim ſint febres, vt docuimus putridæ, ex repletione, & corruptione humorum pendent. Quare ex Hip. 2. aph. euacuatione curabuntur. Morbi namq; qui ex repletione fiunt, inquit Hip. tolluntur euacuatione. Cum igitur vtriuſq;, euacuationis.ſ.& alterationis ſit neceſsitas, quò commodius alterare poſsimus, ab ipſa euacuatione auſpicanda eſt curatio, tum quia im-

Euacuatio præcedit alterationem.

minuta

minuta materia, ꝙ reliquum erit facilius alterabitur; tum quia ſi ſecus fiat, multa incommoda ſubſequi poſſunt. Si enim copioſa materia in corpore exiſtente alterantibus aperitiuis vtamur, maior agitatio inducetur, fuſaq; copioſa materia in varias partes præcipitare poterit, & facilius ad cor materia praua ab illis deduci. Si adſtringentibus eius aditum ad cor prohibere tentabimus, obſtructiones magis augebimus, atq; materias prauas impingemus. Præſtabit igitur Gal. etiam præcepto 8. meth. 4. vitioſi ſucci maiori parte emiſſa ad abſtergendas obſtructiones accedere; cum alioqui metus ſit ſi obſtructionibus liberandis prius, quàm euacuemus, ſtudeamus, nè ipſas magis impingamus.

Secũda cõcl. Secunda concluſio. In his febribus non modò neceſſaria eſt euacuatio per purgantia medicamenta, vt ſuo loco deinde oſtendetur; ſed etiam per ſanguinis miſsionem, quod in præſenti ex præmiſsis facilè erit demonſtrare. *Sang. miſſ. in his feb. neceſſaria.* Cum enim conſtitutum ſit febres has eſſe ſanguineas, & ex ſanguinis potiſſimum putredine oriri, & in corporibus plethoricis, atque ſanguineis, non modò vt portio iam corrupti ſanguinis educatur, ſed etiam vt maioris putredinis pabulum pro præſeruatione ſubtrahatur, neceſſaria erit omninò ſanguinis euacuatio. Tunc enim, vt 4. illo de tuen. 4. docet Gal. ſangnis

mit-

mittendus eſt, quando vel ipſe peccat, vel peccantes humores ipſi ſunt permixti, aut ab eius natura non multum receſſerint. Quæ omnia cùm in his febribus potiſsimum circa principia cum nondum valde progreſſa eſt putredo, concurrant, negari nõ poterit quin euacuatio ſanguinis ſit maximè profutura. Quanquam enim aliquid etiam boni ſanguinis educatur, cum eò tamen praui quoque portio euacuatur, vt dupliciter ſic, & putridi iam euacuatione, & boni etiam redundantis, naturamq́; aggrauantis eductione, leuata, & exonerata natura, reliquias facilius deindè ſuperabit. Accedit huc quoq́; experientia ipſa, plurimi enim, vt ab initio commemorauimus, ſanguinis euacuatione per varias partes ſponte naturę facta ab huiuſmodi febribus ſunt vindicati. Cum igitur Medicus ſit Naturæ benè operantis imitator, iuxta aph. 2. primæ particulæ, in perturbationibus ventris, & quæ ſequuntur, huiuſmodi quoq́; euacuationẽ moliri debebit. Gal. præterea com. 1. in 6. de vulg. morbis, tex. 29. in febre ſynocha ſanguinem ad animi defectum vſque miſit. Sed huiuſmodi febres, ex dictis, maiori ex parte ſunt ſynochæ. Ergo, ſi non cum Gal. ad animi defectum vſq; propter aliquam malignitatem, cum ratione ſaltem, vt morbi cauſa, plenitudo nimirum minuatur conueniet ſanguinis miſsio.

Med. naturæ imitator.

Neq́;

Neq́; ſolum præſentis putredinis ratione, ſed etiam grauioris imminentis, vt eius.ſ.fomes ſanguis nimirum ſubtrahatur, præſeruationis gratia, & etiã a partibus nobilioribus diuerſionis ergò ſanguis in his febribus erit mittendus; cum ſimul & ſemel euacuato ſanguine putredini pabulum ſubtrahatur, & maligni vapores ad cor, cæteraq́; nobiliora membra confluentes reuellentur, à centro ad circumferentiam attracti. His Gal. quoq́; auctoritas lib. de curatione, per ſang.miſſ.c.19.& lib.9. meth.ca.11.& ca.5.eiuſdẽ 9.fauet, cum dicat euacuandum eſſe ſanguinem quando fit naturæ inutilis, talis autem fit dupliciter, vt alias quoq́; à nobis tactum fuit, vel qualitate.ſ. vel quantitate. Sed in his febribus vtroq; modo ſanguis fit naturæ inutilis. Ergo mittendus eſt. Verum hic, qui continuò indifferenter cucubitulis vtendum eſſe contendũt, reſpondebunt, ſanguinem quidẽ eſſe ob dictas rationes euacuandũ, ſed cum virtus propter malignitatẽ præſentẽ, vel imminentẽ ſaltẽ, nõ pmittat venæ ſectionẽ, euacuatio hæc ſanguinis cucubitulis, q̃ minus naturã lędunt, perficienda erit. Huic igitur obiectioni huiuſmodi ſequentibus concluſionibus, ex antea ſuppoſitis fundam.pẽdentibus, ſatisfaciem⁹. *Sang. miſſio neceſſaria et eſt pro præſeruatione.* *Dupliciter ſanguis fit noxius.*

Tertia concluſio. In principio harũ febriũ [qđ vt plurimum ad quartã vſq; diem protenditur] quę *Tertia cõcl.*

ex

ex interna putredine oriuntur, præcipuè verò vbi propè cor, vel in venis totius ſit putredinis focus, niſi virtus reſoluta, vel aliud ex ſupradictis prohibeat, omninò neceſſaria eſt venæ ſectio. Concluſio hæc multis rationibus confirmari poteſt, in primis Aetij auctoritate lib. 5. c. 130. in feb. peſtil. verè ſtatim ſang. miſsionem admittit. Tum verò quia tunc adeſt indicans, vt plurimum, venæ ſectionem, atq; virtus etiam robuſta permittit. Ergò ſi nil aliud prohibeat vena erit ſeccanda. Quod quidem quò citius, antequàm nimirum aucta putredine magis ipſa concidat, fiet, eò quoq; melius, ac tutius erit. Antecedens huius enthimematis facillimè comprobatur. Adeſt enim ſanguinis vitiũ, vt paulò antè oſtendimus, non in quantitate ſolũ, quo ad vires ſaltem, ſi nõ ſemper quoad vaſa [hanc enim duplicem plenitudinem Aetius quoq; lib. 3. c. 10. innuit,] cum feb. ſynocha ſit, ſed in qualitate etiam, cum ſanguis putreſcat; adeſt præterea morbus magnus, febris nimirum continua, & maligna, quam vt plurimum ſæua accidẽtia, partiũq; principalium, maximè verò cordis læſiones inſignes conſequuntur. Huiuſmodi verò ſanguinis vitia cum morbi magnitudine ſaltem imminenti coniuncta, eſſe principale miſsionem ſanguinis per ſectam venam indicans, anteà demonſtrauimus.

Vena quando ſecãda in his feb.

Adeſt

Adeſt igitur indicans. Quod verò etiam his primis diebus ferè ſemper adſit permittens, virtus nimirum ſatis valida, non difficulter probari poteſt. Cum enim, vt retulimus paulatim, ac quodammodo inſenſibiliter ſuboriatur, ac ſerpat ipſa maligna putredo, ab ea non poteſt virtus ita citò, ac tam facilè deijci, atq; in verè peſtilentibus febribus. Vt propterea ſi in carbunculo peſtilenti, in quò multò deterior ea eſt malignitas, ac veneno ſitas, cum ea tamen tantum virium robur eſſe poſſe cenſeat Gal. 14. meth. cap. 10. vt ſectionem venæ commodè perferre poſsit, quanto magis eam tollerabit virtus in hac multò mitiori malignitate? imò verò Gal. idem loc. cit. & Oribaſius etiam 7. collect. ca. 20. & Aetius lib. 5. cap. 130. in peſtilenti carbunculo cum febre non modo ſanguinem mittebant, ſed ad magnam quoq; quantitatem, & lypotimiā etiam vſq;, vbi ſumma erat ſanguinis copia emittebant, cum quod ſanguinis ſuperfluum in corpore fuerit relictum, cum probè à ſolidarum partium facultatibus regi, ac gubernari non poſsit, id totū ſit veneno pabulum futurum, Auicen. quoque in verè peſtilenti febre phlebotomandum, ſi ſanguis abundet, quò pabulum veneno ſubtrahatur, præcipit. In Critone quoq; vera peſtilente febre laborante ſanguinem perſectam venam miſiſſet, Hip. vt

Virtus primis diebus conſiſtit.

Critonis exēplum.

eo in loco, com. 3. in primũ epid. tex. 26. teſtatur Gal. ſi a principio fuiſſet uocatus. In hanc eandem ſententiam omnes ferè melioris claſsis Medici con currunt; ita ſentit Paulus, ita Aetius, ita Sauonarola, ita Fracaſtoreus, & alij huiuſmodi, quos longum eſſet omnes enumerare in peſtilenti febre nimirum, in illis, in quibus ſanguis abundat. uenam eſſe ſecandam, ſicuti in quibus adeſt cachochimia, eſſe purgandum præcipiunt. Si igitur omnes hi tum ad iam inceptam putredinem malignam tollendam, tum ad maiorem futuram cauſarum remotione inhibendam, in illis in quibus & à multo uehementiori ueneno citius uirtus proſternitur, ſectionem uenæ nihilominus ſummopere commendant, & amplectuntur illam commodè laturas ipſas uires exiſtimantes, quantò magis nos in his malignis quidem, ſed multò mitioribus febribus, eã adminiſtrare poterimus? Cum potiſsimum ſi quæ in principio adeſt virium imbecillitas ea per aggrauationem à nimia ſanguinis copia potius, quã per reſolutionem [niſi tamen aliqua alia talis cauſa magis reſoluens adſit] fiat, quemadmodum ipſa pulſus inæqualitas nobis demonſtrare poteſt. Vnde fit, vt ex ſanguinis per ſectam venam euacuatione, non modò virtus magis debilitetur, ſed multo magis potius onere imminuto ſubleuetur;

Debilitas virium ex aggrauatione, ſang. miſſione tollitur.

uetur. Sicque ſubleuata natura ad morborum reliquias ſuperandas robuſtior reddetur, quemadmodum quoque aphor. illo 29. ſecundæ partic. Inchoantibus morbis &c. Idem confirmat Galenus.

Secundò probatur eadem tertia concluſio ſic, in his feb. non modo materiam peccantem imminuere, vlterioriq; putredini pabulum ſubtrahere, & corpus perſpirabile reddere; ſed etiam prauorũ humorum, atq; vaporum ad cor confluxum, ad exteriora reuellere oportet. Sed hæc omnia præſtat venę ſectio brachij in principio harum febrium administrata. Ergò. Maior notior eſt, quàm debeat demonſtrari. Minor etiam facilè probatur. Quod enim venæ ſectio, ſanguinem, qui eſt pręcipuus huius febris fomes, vt alias probauimus, euacuet, per ſe notum eſt. Quod etiam perſpirabile reddat corpus, vbi ꝑcipuè à ſanguinis quantitate, vt hic quoq; ſæpe fit, pendet ipſa obſtructio, ſatis per ſe eſt manifeſtum, & Gal. quoq; 8. meth. 4. & 9. meth. 5. teſtatur cum inquit, Niſi vitioſus ſuccus penitus tranſpiret neceſſe eſt vt putreſcat, ergò vt trãſpiret, maiori auxilio iam opus eſt, ac ſiquidem vel puer, vel ſenex ſit, ſanguinem detrahere non licet; Inter has ætates, vbi robur ęgro nõ deſit, ſecãda vena eſt &c.

Venæ ſectio etiam pro reuulſione conuenit.

Venæ ſectio corpus perſpirabile reddit.

Quod verò ſecta vena ſanguinem, & cum illo

Venæ ſectio ad circumferentiam humores mouet.

permixtos humores à corporis centro ad circumferentiam euocet, ac ſic ab internis partibus reuellat, clarius infra probabitur, pro nunc ſolo omniũ Medicorum, imprimis Gal. lib. 4. de tuen. cap. 4. teſtimonio ſimus contenti, qui ante lenitionem alui, vbi in ea adſint cruditates, vel excrementa, venã ſecare prohibent, non alia ratione, niſi nimirum nè ad intra venas ex partibus illis cruditates attrahantur. In diſſenteria etiam nullus ferè eſt qui ad reuulſionem potiſsimum venæ ſectionem nõ approbet.

Eetſi verò Auicc. in cura variolarum ſibi inconſtans hac de re videatur; vbi tamen dicit venæ ſectionẽ intro trahere, is vbi exigua, vel nulla plenitudo adeſt, intelligendus erit. Pro hac quoq; confirmanda concluſione faciunt omnia ferè ea argumenta, quæ ꝑ illorum ſententia fuerũt allata, quos venæ ſectionem indifferenter probare diximus, modo tamen cautè intelligantur de principio potiſsimum, vel etiam alio morbi tempore, ſi quod graue ſymptoma eam poſtulans ſuperuenerit, atq; virtus ipſa tollerare poſſe videatur. Quibus etiam addi hæ poſſunt, Hip. enim 1. aph. 2. in athletarum habitu, in quo ſola quantitate ſanguis peccat, vt ab imminentibus ex ea periculis, & malis præſeruaret, ſanguinem mittendum eſſe iuſsit. Ergo multo magis id erit agendum, vbi præter plenitudinem quo-

Not.

In athletarum habitu vena ſectio.

ad

ad vires ſaltem, aliquam quoq; corruptellam, qua magis adhuc naturam grauet, ſanguis contrahere cœperit. Vt 2.aph.17. vini aceſcentis exemplo confirmat quoq; Gal. Et 11.meth.cap.15.inquit Saluberrimum eſſe in febribus non cõtinuis modo, ſed intermittentibus etiam ſanguinem mittere &c.

Quarta ſequitur concluſio talis. Tranſacta quarta morbi die rarò, niſi admodum ſit magna ſanguinis plenitudo, & virtus ſatis robuſta, etiamſi ex interna putredine oriatur febris, & in venis ipſis ſit putredinis fucus, tutum eſt venam ſecare. Pro hac ſententia faciunt ferè omnia contra venæ ſectionem allata argumenta. Ea ſiquidem non de morbi principio, ſed de progreſſu concludunt, cum nimirum aucta malignitate virtutis caſus pertimetur, nõ eſt magis vena ſecta debilitanda. Quod ſi tamen virtus valida eſſet, & graue aliquod accidens, vt delirium, angina & huiuſmodi ſuperueniret, etiã tunc in progreſſu, potiſsimum ſi antea non fuerat miſſus ſanguis, vena ſecari põterit, cum adſint indicantia, & permittentia, ex antea dictis, dierum numerus per ſe non eſt ſeruandus. Idq; potiſsimum eſt agendum, vbi tanta non eſt facta putredo, vt humores multum recedant à natura ſanguinis, quandoquidem cum huiuſmodi receſſu, & cachochymia virtus multum conſtare non poteſt. Vt propterea

Quarta cõcl.

In progreſſu morbi vitanda venæ ſect.

Cum magna cachochimia multũ virtus conſtare non poteſt.

pterea Critoni, eò quod cum poſt principium multum propagata putredine, & virtute iam debilitatá eſſet vocatus, Hip. minimè venam ſecuerit. Illud tamen circa vacuandi ſanguinis quantitatē, in morbi progreſſu potiſsimum eſt diligenter obſeruandum, vt malignitatis, & virium ſi non pręſentis, ſaltem imminentis debilitatis ratione, non tanta ſanguinis copia detrahatur, quanta à plenitudine, vel magnitudine morbi indicatur; cum & ſymptomati, & virtuti aliquid ſit relinquēdum, vt Gal. primo ad Glauc. c. 14. docet. Quod ſi ratione aliqua, vel magnæ plenitudinis, vel magnitudinis morbi magna ſanguinis quantitas ſit educenda, ea non vnica vice, nec confertim, ſed paulatim, ac iteratis pluribus vicibus detrahenda erit, iuxta eiuſdem Galeni 11. meth. ca. 14. & 13. meth. 11. & prima aph. 23. & 4. de victu acut. 74. decretum, cum de febre ex multitudine verba faciens ita inquit, Sanguis non eſt educendus totus vnica vice, ſed derelinquere aliquid oportet, deindè ſi videbitur, q; defuit in prima ſectione, iteratione ſupplere poteris. Hoc enim tutius eſt, quàm ſemel immodicè euacuare. Vnde aliquid ſanguinis reponi ad curationis ſpacium debebit, quò minus intempeſtiuè nutrire vlla neceſſitate cogamur, &c.

De quantitate ſang.

Iteranda potius ſanguinis miſſio.

Quinta cōcl.

Quinta concluſio. Vbi propter aliquod impedimen-

dimentum venam ſecare nõ licet, alio auxilio, quod ferè tantundem ualeat, erit ſupplendum, vel. ſ. per cucubitulas ſcarificatas ipſi dorſo applicitas, ſi po tiſsimũ morbus per totius corporis cõtactum, atq; contagium ſit contractus, & putredinis focus ſit in venis minoribus ambitus totius; per hirudines verò hæmorrhoidibus adhibitas, ſi focus ille circa meſentereum, & infra iecur in concaua eius parte conſiſtat. Cucubitulas enim ſectionis venæ eſſe uicarias, & uires minimum debilitare, omnium Medicorum conſenſu receptum eſt. Hanc concluſionis particulam confirmant omnia ferè argumenta antea pro cucubitulis allata. Eſt autem illud quod iam diximus animaduertendum potiſsimum cucubitulas à nobis commendari, quando morbus per ambitum totius, ut per condormitionem eſt contractus, quia tunc ſeminarium facilius educitur, & à partibus internis reuellitur. Vbi uerò per contagium quidem, ſed per inſpiratum ſeminarium ſit aquiſitus morbus, niſi quid aliud obſtat, uenæ ſectionem magis comprobamus. Cum enim tunc putredinis ſeminarium imas partes ocupet, ab illis quamprimum educendum uenæ ſectione ad exteriora erit, ſimulq; pabulũ, quòd ab illo infici poteſt, ſubtrahendum. Cucubitulæ uero in illis nobis ſuſpectę vñr, in prĩcipio potiſsimũ ex Aetio. l. 3. c. 20.

Cucurbitulę.

Quando maxime vtendũ cucurbitulis.

Quibus nocuæ ſint cucurbitulæ.

in

in quibus inſignis eſt ſanguinis plenitudo, niſi ea prius ſecta vena imminuta ſit; & ēt in quibus venæ ipſæ maiores craſsioribus humoribus refertæ ſunt, ꝙ ex lotio craſſo obſeruat, vt clariſsimè dicit Auic. fen.4.lib.1.cap.21. Cum enim huiuſmodi craſſos humores, vel copioſum ſanguinem cum impetu à venis maioribus, ad minores attrahant, neceſſariò in his magis impinguntur, & obſtructiones ipſius febris, & putredinis cauſa, adaugentur. Frequens etiam, ac nimius earũ vſus fugiendus eſt nè calore naturali nimium euocato prauorum humorum coctiones impediantur, & vires proſternantur.

Hyrudines. Quod vero vbi putredinis focus ſit in meſentereo, & concaua iecoris parte, hæmorroidum per hirudines apertionem magis, quam vel venæ ſectionem, vel cucubitulas approbemus, ea ratio facit tũ quod hyrudines à profundioribus partibus, quam cucurbitulę extrahant, ut dicit Auic. 4. 3. cap. 22. tum quod ſi tunc brachij uena aperiretur à foco illo materia praua ad iecur, & alias nobiliores partes promptius attraheretur; totaq; ſanguinis maſſa ea inficeretur; quod ferè, & cucurbitulę ipſę præſtare poterunt. Per hęmorroidas uerò abſq; ullo nobiliorum partium incommodo materia praua educi, atq; reuelli poterit. Cum enim uenę hæ hemorroidales à meſeraicis, & a uenæ portę ramis oriantur,

Venæ hemorroidales vnde oriantur.

tur,

tur, magna per eas fiet, & à corde, & à iecore tum euacuatio, tum reuulſio; nullumq́; ex hac euacuatione viribus accedit detrimentum, quam quidem etiam ob cauſam ijs etiam vtimur, quando virtus debilis venæ ſectionem non admittit.

Quando igitur ipſius febris peticularis ratione ſit ſecanda vena, vel cucurbitulæ, aut hyrudines adhibendæ, et qua quantitate ſit detrahendus ex doctis conſtat. Ad horum integrum vſum ſupereſt videre, quæ nam vena ſit aperienda & etiam cui loco cucurbitulæ adhibendę, hocq́; ſolum febris ipſius cauſa, nam de ijs propter aliquod graue ſymptoma vſurpandis, & an, quando apparent peticulæ, vena ſecari poſsit ſuis locis dicetur.

Quò ad venam aperiendam, niſi quid aliud diſſuadeat, iecoraria dextri brachij, vel communis; vt quæ a fonte, & à toto in quo humores peccant, euacuat, & à corde reuellit, eligenda erit. *Vena ſectio.* Quod ſi virium aliquam debilitatem timeſcamus ſaluatella etiam in manu poſita aperiri poterit. *Saluatella.* Si verò in mulieribus adſit aliqua menſium ſuppreſsio, ſitq́ue iam tempus conſuetum præſens, ſaphena primò, deinde alia aperiri poterit, ſed de *Saphena.* huiuſmodi febribus cum menſtruis complicationibus plura deinde dicentur.

Cui loco adhibendæ cucubitulæ.

Circa locũ cui adhibendæ ſunt cucurbitulę non leuis ambiguitas reperitur. Quando quidem alij ſpatulis ac dorſo; alij circa finem ipſius dorſi tantũ; alij demum cruribus ipſis adhibendas eſſe contendunt; quælibetq; ſententia ſuas habet rationes. Sed vt quod ſentimus liberè proferamus, ita incedendum hac in re nobis videtur. Quod ſi in principio morbi ſimus, nec vlla facta ſit adhuc ſanguinis euacuatio, potiſsimum ſi corpus ſit pletoricũ, cum tunc, & euacuationem, & reuulſionem ſimul requiramus; cruribus primum, vt Aetius li. 3. c. 21. docet, deinde circa finem dorſi, tãdem, verò pręcipuè cum iam peticulæ errumpunt, ipſis ſpatulis adhibendas eſſe cenſemus. Sic enim à toto commodius fiet euacuatio, & à principalioribus partibus reuulſio. Crura enim ſcarificata, vt dicit Auic. 4. primi ca. 21. verè magis, quàm circa dorſum cucurbitulæ, vicem ſectionis, venæ gerere videntur, & 2. aph. 17. circa finẽ, Gal. confirmat. Quandoquidem cum venæ ad crura deſcendentes ſatis amplæ cum à maioribus venæ cauę ramis exoriũtur recta què deorſum ferãntur; quæ verò ad dorſum pertingũt, & flexuoſæ, atq; exiles videãtur, commodius totius plenitudo, cum ſanguis potiſsimũ craſsior eſt, per crura, q̃ per dorſum minui poſſe videtur, & abſque magno virium detrimento, cum à remotioribus à

Crurib. quando cucubitulæ adhibẽdæ.

Cucubitulæ quę ſint vicariæ ſectionis venæ.

fontis,

fontis calore partibus in quibus non fit magna ſpirituum diſſolutio fiat euacuatio. Vt nunquã non potuerim hac in re Egyptios Medicos non commendare qui pueris, alijsq; quibus aliqua de cauſa venam brachij aperire non audent, huiuſmodi crurum ſcarificationes quamuis aliter, ac nos cucurbitulas ſcarificatas adhibeamus, admouere ſoleant; hanc vnam euacuationem veram ſectionis venæ vicariam exiſtimantes. Præter id etiam quod à principalibus partibus reuellant, vt ſic incommodum illud, in quod qui dorſo ſemper eas adhibent, incurrunt, euitetur. Cum enim vt Gal. multis in locis potiſsimum.4.meth.& 11.meth.15.17.18.& 3. de locis aff.cap.4.& 14. meth. 9. ac alibi teſtatur, cucurbitulæ à toto ad locum, cui adhibentur, ſanguinem attrahant, ſi magna ſit in corpore ſanguinis redundantia, nulli dubium, quin ad partes cordi vicinas attrahetur; Vnde magis vitalis virtus aggrauabitur, & obſtructiones augebuntur. Cum verò imminuta eſt plenitudo, pro aliqua deriuatione etiam dorſo adhiberi poſſunt, tutiusq; omnino circa finem eius, quandoquidem etiã per eas partes venæ ſatis magnæ perreptant per quas, ſi potiſsimum non ſuperficiaria tantum, ſed profundior paulo fiat ſcarificatio, etiam craſsior ſanguis educi poterit.

Egyptij crura ſcarificãt.

In principio circa dorſum non ſunt adhibendæ cucurbitulæ.

Quando cucurbit. craſſ ſanguinem educant.

Ex dictis igitur manifeſtum eſt non ita indifferenter vt multi faciunt, ſtatim vel ad venæ ſectionem, vel ad cucurbitulas in omnibus eſſe confugiendum, ſed ſumma opus eſſe diligentia, atq; præmeditatione, & diſtinctione iuxta concluſiones ſuperius allatas.

Soluuntur argumenta cõtraria.

Ex quibus etiam facillimum erit argumenta vtriuſq; illius ſententiæ confutare. Quod cum ad noſtræ ſententiæ maiorem confirmationem non parum conferat, propterea ea hic diluere conabimur. Occurrunt autem imprimis illorum argumenta, qui in his febribus nunquàm venæ ſectione vtendum perſuadere conantur, quibus etiam primo loco ſatisfaciemus.

Reſpondetur illis qui ſemper venæ ſectionẽ damnant.

Ad primum

Ad primum ergò ita reſpondemus, ex maiori illa propoſitione magis ſententiam noſtram comprobari, quandoquidem, vt ex antea probatis conſtat, non modo humores peccantes ſunt permixti ſanguini, cum ſint in venis, & febres continuas conſequenter efficiant, ſed præcipuus huius malignæ putredinis ſit ipſe ſanguis, cum ad eum malignam hanc qualitatem præcipuam habere contrarietatem ſupradixerimus, vt propterea ad hoc, vt veneno pabulum ſubtrahatur, ſanguinem minuere ſit neceſſarium. Neq; in principio, cum nondum propagata eſt putredo, humores multum recedunt

à natu-

à natura ſanguinis, quod in progreſſu tantum euenire ſolet, quo tempore non negamus neceſſariam eſſe quoq; ipſam purgationem. Quare conſtat minorem illius ſillogiſmi non eſſe ita facile, in morbi principio maximè, admittendam. Ad cuius probationem quoque iam reſponſum eſt; in principio nimirum non eſſe tantam corruptionem, vt ſtatim fiat valde nobis aduerſus, ac inimicus; quinimo vt diximus cum corrumpi incipit, ſi euentetur priſtinam ſæpè naturam aquirit, vt de vino aceſcente dicit Galenus. Qui quidem Galenus iure optimo Medicos illos reprehendebat, qui in febre illa maligna venam ſecabant; cum in ea malignitatis fomes eſſet ipſa cachochimia, non autem ſanguis; quandoquidem peſtis illa ex annonæ caritate, in qua non ſanguis, ſed praui alij humores dominari conſueuerunt, ſui originem habebat, vt purgatione magis, quam ſanguinis euacuatione egeret, cum ea tantummodo bona euacuatio iure ſit cenſenda, in qua talia, qualia peccant, educuntur. Noſtra verò hæc febris ab illa eſt longe diuerſa, vt ex ſupra dictis liquidò patet.

Cur Medicos illos reprehenderit Gal.

Cur verò Critoni Hip. venam non ſecuerit, rationem ibidem affert Galenus, quia. ſ. à principio non fuit vocatus. Ex quo inſinuare videtur

Cur Critoni venam non ſecuerit.

quod

quod ſi à principio fuiſſet vocatus, eam non prætermiſiſſet, quia corpus erat pletoricum. Sed dices, in ſecunda morbi die accesſit, quo modo igitur non fuit in principio vocatus, cum ad 4. vſque diem principium harum febrium perdurare diximus? Reſpondetur dierum quattuor ſpacium noſtrarum harum febrium principiũ ſtatui poſſe, non tamen febris illius Critonis; namq; cum ea eſſet verè peſtilens febris, conſequenter quoq; acutisſimus morbus erat. Et ideò breuiſsimo temporis ſpacio ſua tempora percurrit, vt propterea in ſecũda die morbus potuerit eſſe in ſtatu etiã. Noſtrę verò febres quamuis non eſſent ita acutæ, quo tamen citius in ijs euacuatur ſanguis antequam virtus fiat imbecillior, eò melius exiſtimandum erit; cum indies pro ratione veneni magis, magisq; debilitetur.

Princip um harum febr. quãdiu duret

Ad eos verò qui quocunque morbi tempore indifferenter in his febribus ſanguinis euacuationem per ſectam venam faciendam eſſe exiſtimant, ita imprimis generatim reſpõderi poteſt, eam quidem ratione tum febris, tum eius putredinis pabuli, & alijs multis de cauſis conuenire, ſed vt antea diximus non ſolũ indicans, ſed & permitrẽs quoq; neceſſario adeſſe debet. Quare eam in morbi progreſſu minus conuenire dicimus, non quia deſit indi-

Ad eos qui ſemper venã ſecandam putant in his febr.

indicans, ſed quia magna ex parte virtus tunc non permittit. Cum enim aucta eſt malignitas neceſſariò virtus debilior redditur. Quod ſi in progreſſu etiam virtus conſtet, & nil aliud prohibeat, etiã tunc libenter nos eam admittimus, cum non dierum numero, ſed vni virium robori imprimis intenti, ex Gal. antea citato loco, ſanguinem in febribus mittere debeamus. Et ex his fundamentis ſingula huius opinionis argumenta eſt diluere.

Succedunt modo illi, qui cucurbitulas tantum, ſpreta venæ ſectione, in his febribus admittunt. Ad quorum quidem primam rationem dicimus ſuppoſitum illud ſuum, quod.ſ.per contagium tantum huiuſmodi febres contrahantur; Cum certiſſimum ſit, atq; antea comprobatum ſæpiſsimè ex putredine interna exoriri. In quibus ſaltem locũ non habebunt ob dictam rationẽ ipſæ cucubitulæ. Sed neq; etiam omnibus indifferenter per contagium infectis, conuenire poterunt, ſed ijs tantum, qui per ambitum totius, quod quidem rarius fit, contraxerunt, cum vt plurimum per inſpiratum aerem infectionem hanc communicari dixerimus antea in concluſione quinta. Cum verò ita per inſpirationem contractum eſt malignum hoc ſeminarium cum immediatè quodam modo cor petat, ab eo facilius ſecta vena reuellitur. Sed quandocunq;

Reſpondetur illis q cucurbitulas tantum admittunt.

per

per contagium contrahatur, certum eſt febrem antea non inducere, quàm putrida illa exhalatio ſiue à ſeminario, ſiue à putredinis foco cordi primũ, inde verò toti corpori ſit cõmunicata, vt antea de febris ſubiecto agentes oſtendimus cum igitur putredo tunc propagata ſit per totum, & ad cor, nullo auxilio ab his tum reuelli, tum euacuari, quàm venæ ſectione poteſt; idq́; quamprimum antequàm partibus ſolidis malignitas infigatur tentandũ erit. Quamquàm verò ſudorem interdum, & copioſam peticularum eruptionem debito tempore, ac criticè factam aliquid leuaminis in his febribus attuliſſe non negemus; ex tali tamen ſola euacuatione, niſi aliqua alia copioſa, vel per lotium, vel per aluũ, vel ſanguinis aliquod profluuium acceſſerit, queniquam perfectè morbo ſolutum fuiſſe, neq; conſpeximus, neq; facilè euenire poſſe admittimus. Suppoſito igitur, quod ante probauimus, ſeminarium malignum vel cum aere inſpiratum, vel per faciei, ac manuum potius, quàm reliqui corporis, quod veſtibus contectum manet, poros, imas corporis partes penetrare, quis non videt à penitioribus illis partibus facilius tum euacuari, tum à corde reuelli, venæ ſectione, quam cucurbitulis dorſo potiſsimum adhibitis, tale ſeminarium poſſe? quinimo per cucurbitulas illas ad cor promptior attrahi

Sola per cutim euacuatio vix aliquem liberauit.

hi videtur. Quod verò ſecta vena non a circumferentia ad cētrũ,ſed e cõtra potius foras humores attrahantur, & ſupra in ſecũdo argumēto pro quinta concluſione ex parte probatum eſt; & in peticularum curatione magis oſtendetur.

Venæ ſectio nõ trahit humores ad centrum.

Ad ſecundam eorundem rationem ex dictis ſuperius in tertia concluſione, patet reſponſio. Non enim tanta hæc eſt malignitas, vt ita citò vires eneruet. Et ſi quæ ea eſt in principio cum potius ſit per aggrauationem,quam per reſolutionem,ſecta vena alleuiabitur; præcauebiturq́; ſubtracto pabulo maior futura malignitas, à qua maior fiet virium proſtratio.

Ad ſecundã

Vires debiles per aggrauationem ſecta vena alleuiantur.

Præterea ſi vires in principio ſuſtinent etiam validiora purgantia, vt aliqui etiam ad pillulas de euphorbio aſcendere non vereantur; facilius etiam venæ ſectionem ſuſtinebunt. Clara eſt conſequentia, quandoquidem virtus in ipſa purgationē tum in actuando medicamento, tum etiam in expellendo magis quam in mittendo ſanguine per ſectam venam laboret; facile enim facto foramine ſponte egreditur. Cumq́; purgantia calorem excitandi vim habeant,vt dicit Gal.lib.quos,& quando purgare oportet,febrē augendo vires cõſequenter magis deijciunt. Sed cur in progreſſu admittuntur purgantia nõ tamen venæ ſectio. Reſpondeo quia

Vires in principio harum feb. ſatis conſtant.

tunc propagata putredine magis peccat cachochimia. Etſi autem ſpirituum aliquid,& ſanguinis boni etiam euacuetur, maius tamen ex praui ſanguinis euacuatione, & naturæ alleuiatione iuuamentum,quam ſit nocumentum, ſubſequitur. Leuata namq; vt dicit Gal.2.aph. natura onere, quo præmebatur, facilius quod reliquum erit concoquet, ac ſuperabit. Quamuis autem veriſsimum ſit ſanguine nutriri potiſsimum,& conſeruari noſtrorum corporum vires, verum tamen etiam eſt eas,vt debita humorum proportione, ac comenſuratione fouentur, ac robuſtæ conſeruantur, ita à nimia, atq; diſproportionata quãtitate lædi,vt 4.de tuenda docet Gal.

Sanguis etiã interdum naturã grauat. Quando igitur ſanguis ita redundat, vt plenitudinem ſi non quoad vaſa, ſaltem quoad vires efficiat,cum vires ita præmat, illisq; ſit moleſtus, vt regi ab illis amplius non poſsit minuendus eſt, ſiue quantitate peccet,vt prima aph.de athletarum habitu à Gal. dictum eſt, ſiue etiam qualitate, modo nimium à propria ſanguinis natura non diſtet, vt de aceſcente vino exemplo idem docuit Galenus. Tunc igitur tantum abeſt quod temerè, vt optima ratione potius,atq; conſilio mittatur. Temerè verò mitti dicendum eſſet, ſi nullo in eo, ſed in alijs potius humoribus vitio exiſtẽte sãguis mitteretur.

Sanguis quãdo temerè mittatur.

Tunc

Tunc enim ſanguine probo euacuato, intus relictus prauus humor magis, magisq; fureret, vt ex Auic.4. primi cap. 20. patet, vt ſic vel ad humorũ nimiam cruditatem, vel colericorum ebullicionẽ duceretur corpus, quæ incommoda, vt euitentur, eo in caſu nos quoq; à venæ ſectione abſtinendum exiſtimamus. Hoc verò in his febribus circa principia potiſsimum per quàm rarò contingit, cum in ſanguine redundãte maiori ex parte praua hæc qualitas ſedem habeat. Quando verò pro tollendo maligno ſeminario cucurbitulæ ſint amplectendæ, ſuperius oſtendimus. Quod verò eedem non modo obſtructiones tollant, ſed potius, vbi magna exiſtente in corpore plenitudine, & craſſorum humorum copia adhibentur, magis augeant, antea quoq; diximus, in quinta concluſione.

Aliquando etiam cucurbitulas vires poſſe debilitare obſtructiones, & conſequenter malignam, a qua illæ deijciuntur, putredinem adaugentes, & humorum concoctionẽ, ſi nimis frequẽter potiſsimũ, vt nonnulli faciũt, & nulla vel temporis, vel loci diſtinctione adhibeantur, calorem naturalẽ ad exteriora nimiũ euocãdo, ex dictis antea facile ẽ videre. *Cucurbitulæ interdum nocent.*

Ad tertiam rationem; dico argumentũ hoc potius contra ipſos facere; conceſſa enim maiore, hãc ſubiungo minorem, ſed quando natura in morbi *Ad tertiam*

principio expellit huiuſmodi peticulas, per dorſum non regulariter, ſed ſymptomaticè operatur, cum ex Gal. in aph. Quæcunq; in morborum principijs euacuantur ſint ſymptomata diſpoſitionum pręter naturam. Ideo in hoc non debet Medicus naturā imitari. Imo potius cum id naturam à magna plenitudine aggrauari indicet, ne in ſuperius allegata incommoda incurramus, ea, ſecta vena, prius erit minuenda. Cum præſertim tantum abſit vt venæ ſectio humorum ad exteriora motum impediat, vt potius adiuuet; leuata enim natura facilius deinde concoquit, atq; expellit, vt ex Gal. 2. aph. 29. colligitur. Quocirca apparentibus etiam in progreſſu peticulis ſi virtus conſtet, & nil prohibeat poſſe ſecari venam ſuo loco probabitur.

Euacuatio in morbi principio facta ſymptomatica.

Venæ ſectio motū ad circumferentiā adiuuat.

Ad quartū

Ad quartum argumentum patet ſolutio ex quinta concluſione. Quando enim ijs in partibus eſt putredinis focus hyrudines hæmorroidibus adhibitas magis commendamus. Cum enim illæ, vt dictum eſt à venæ portę, & a meſeraicis ramis oriantur, innanitæ reuellent potius ab hepate, quàm ad illud trahant: quod faceret ſecta vena brachij, quæ à venæ cauæ ramificationibus vltra iecur ortum ducit.

Hyrudines adhibitæ a iecore reuellūt

Ad quintū.

Venæ ſectio non concentrat humor.

Ad quintum, antea quoq; dictū eſt venę ſectionem non concentrare, ſed potius alleuiando naturam

ram

ram quantitate humorum aggrauatam eſſe in cauſa, vt validius ac fortius foras expellat, contrarijsq; omnibus reſiſtat. Et dato etiam quod introrſum humores duceret, argumentum vim haberet aliquam, ſi aerem maligna, ac peſtilenti aliqua qualitate infectum concederemus. Sed huiuſmodi prauitatem in aere nullam fuiſſe antea ſuo loco oſtendimus. Sic aliquibus etiam ſuſpecta eſſe poſſet venæ ſectio, vbi ex puro contagio exteriori contractus eſſet morbus. Quo in caſu etſi forſan etiam ſecta vena obeſſe non poſſit, non tamen damnamus quoq; cucurbitulas ipſas, & alia, quæ per ambitum totius euacuare poſſunt, vt ſudorifica ipſa.

In morbo ex puro cõtagio extrinſ venę ſectio eſt ſuſpecta.

Quamuis verò & venę ſectio non nihil humores exagitat, maior tamen ex cucurbitulis, cum ſumma violentia attrahant, huiuſmodi agitatio, abſq; ſufficienti ſæpe reſolutione fieri videtur, vt ab ipſis etiam ſi quid prauum lateat in corpore, magis agitetur, ac permiſceatur.

Cucurbitulæ magis, quam venæ ſectio humores agitant.

Ad ſextum, concedimus aliquando fieri poſſe, vt aliqua huic febri coniungãtur ſymptomata, quæ venæ ſectionem omittere cogant, ſed id non ſemper eſt, nec ratione febris, de qua hactenus egimus. Sed id erit ratione illius accidentis, quod de nouo emergens, nouo quoq; pro ſui natura eget auxilio. Sed de his deinceps non nulla clarius explicabũtur.

Ad ſextum.

Regal. regul.

Ad

Ad ſeptimū Ad ſeptimum, & vltimum tandem dicimus experientiam ipſam nobis quoq;, quàm illis, magis fauere. Quandoquidem multo plures, ita Deum *Experientiæ in contrariū.* teſtor, quibus tempeſtiuè, ac conuenienter ſecta fuit vena, quàm quibus ea neglecta, adhibitæ fuerunt cucurbitulæ, conualuiſſe conſpeximus. Imò verò quibus ea omiſſa fuerat defectui huic quodãmodo ſupplens ipſa prouida natura, plurimos hemorragia ex naribus, vel vtero à morte vindicauit. Vt verò de alijs, quos penè infinitos recenſere poſſem, qui ſecta vena ſunt ab his morbis liberati, taceam, mei ipſius exemplo id confirmare *Exemplum proprium.* liceat. Cum enim me huiuſmodi febre correptũ eſſe animaduertiſſem, quamprimum à lenita aluo, multis etiam in hoc repugnantibus, venã nibi ſecari curaui, cui imprimis auxilio poſt Deum optimũ maximũ, inter alia multa ab excellentiſsimis amantiſsimisq; meis collegis adminiſtrata, recuperatã incolumitatem acceptam referendam cenſeo. Si igitur vt illi aiunt, & nos quoq; libenter aſſen- *Reflectitur argumentũ.* timur, experientię in Medicina facienda tantùm concedendum eſt, hac etiam de cauſa in his febribus, ſeruatis tamen ſeruandis, vt diximus, venæ ſectionem, tanquàm præcipuam huius curationis cardinem ſummoperè amplecti debemus. Tanta igitur cum ſit venæ ſectionis op-

por-

portunè adminiſtratæ nedum vtilitas, ſed neceſsitas quoque, mirum eſſe non debet, ſi multi, quorundam etiam medicantium, qui vulgi potius, ſecretæ cuiuſdam, atque arcanæ Medicinæ nomine, & auram, & aurum, quam ægrotantium ſalutem conſectantur, applauſu ſuffulti, ab hoc præſtantiſsimo auxilio abhorrentes in id, quod Galenus. 11. meth. 15. conqueſtus eſt, incidant: Diuites enim, inquit, pauperibus perperam magis curari, vt qui licet ſanguine magis abundent, quàm pauperes, ſanguinis miſsionem tamen ob molliciem reformidantes, in putridam febrem mox incidant, grauiaq; non citra vitæ periculum ſymptomata patiantur. Quæ vna ad alias quoque non paucas cauſas adiungi poſſet, quod multi nobiles in noſtra hac Ciuitate Tridenti, ab his febribus fuerint ſublati; tum quod à tanto auxilio erronea quadam ducti opinione abhorrerent, tum quod plerique, [tanta eſt ſepenumero ſui ipſius negligentia] Empiricis quibuſdam inanem quandam Medicinam profitentibus, quam Rationalibus Medicis audacius, ac promptius ſeſe committerent. Sed perpauci admodum ex his fuerunt, qui tantæ ſuæ temeritatis propriæ vitæ periculo pœnas non luerint.

Diuites qđ venæ ſectionem timeāt perperam ſæpè curantur.

Cur multi nobiles obierint.

Cōmunis temeritatis reprahenſio.

Quo-

Quoniam verò ægrotantium aſſenſus, & inclinatio ad remediorum vſum plurimũ facere videtur; ſuntq́; aliqui adeo duræ ceruicis, vt ad ſectionem venæ vllis rationibus adduci non poſsint, propterea in his ad alia auxilia, hyrudines nimirum cucurbitulas, & huiuſmodi alia, habita tñ ſemper eorũ, q̃ ſuperius diximus, diſtinctione, deuenire cogimur.

An a purgatione, vel ſanguin miſſ. inchoanda curatio.

Antequã autem ſermoni huic de ſanguinis euacuatione finem imponamus, cuidam quæſtioni ſatisfaciendum imprimis videtur. Cum enim ſtatutum ſit in his febribus neceſſariam eſſe ſanguinis euacuationem, & infra etiam clarius oſtendetur, opus quoque purgatione eſſe, queri iure poterit à quonam, cum vtriuſq́; par eſt neceſsitas, curatio ſit inchoanda, à purgatione nè, an a ſanguinis miſſione? Dubitandi hoc pacto ratio ex diuerſis tum

Dubit. ratio

Gal. tum Hip. locis, potiſsimum vero 1. aph. 6. & 4. de ratione victus acutorum aph. 21. & alibi dictis pendet. Ita tamen hanc difficultatẽ terminandam eſſe cenſemus, vt ſermo ſit vel de leuiter purgantibus, ac lenientibus tantum, vel de

Reſponſio.

valide, & electiue ducentibus. Si ſermo ſit de prioribus, de lenientibus nimirum dubium non eſt, niſi maxima admodum, & præceps ſit ſanguinem educendi neceſsitas, ea uenæ ſectionem, uel aliã quamcunq́; ſanguinis euacuationem debere præcedere,

Lenietia ſanguin. miſsio. præcedant.

ubi

ubi in primis uijs inteſtinis.ſ.uentriculo, & his uicinis partibus cruditates, ſeu excrementa adeſſe ex ſuppreſſa aluo, ex cibis præaſſumptis, & huiuſmodi coniecerimus. Nam niſi hæc prius, uel uomitu ſi in uētriculo, uel clyſteribus ſi in infimis inteſtinis, uel leniente pharmaco per os exhibito ſi in utriſq; exiterint, educantur, ea ab inanitis uenis ad iecur, & ambitum totius attrahentur, ut 4. de tuen. c. 4. & 5. iure præcipiat Gal. hac de cauſa ſanguinem nō eſſe mittendum, adde etiam aperitiuis tutò non eſſe utendum, ubi in primis uenis cruditates abundent, & 8. meth. 4. inquit, præſtat enim uitioſi ſucci maiori parte emiſſa ad abſtergendas obſtructiones accedere; cum alioqui metus ſit, ſi obſtructionibus liberandis priuſquam euacues ſtudeas, nè ipſas magis impingas. Diximus uerò non ſine ratione id eſſe agendum, niſi præceps ſit ſanguinem mittendi necesſitas, vel ob acutiem ipſius morbi potiſſimum exfluxione pendentis, vt eſt angina, pleuritis, & huiuſmodi. In his enim ſæpenumero aliter operari cogimur. Si enim prius leniens exhibere velimus, cum hoc non niſi multis horis operationem ſuam abſoluat, qua durante, ne impediatur ſanguis mitti non poſsit, ideo tunc ne interim morbus augeatur, quamprimum venam aperire poſſumus; & poſt horam circiter ſedato nempè ſangui-

Primarum uiarum excremēta quo modo educēda.

Aliquando poſt horam a miſſ. ſang. leniens exhibe ri poteſt.

nis motu, leniens exhibere poſſumus, vel clyſterē, vel medicamentum. Neq; hoc eſt contra Auic. & aliorum præcepta cum prohibent eadem die ſanguinem mittere, atq; purgare. Nam hi de purgantibus valide, nō leuiter ſunt intelligendi, & vbi nulla neceſsitate ad aliud operādum cogimur, ſed morbus dat indutias.

Quando purgationi præmittēda sāg. miſſio.

Si verò de electiuè; ac validè purgantibus loquamur, tunc ex Gal. 4. de tuen. cap. 4. & ex Auic. 4. primi, cap. 4. conſiderandum eſt an humores omnes in ipſa maſſa ſanguinea fuerint æqualiter, vel inæqualiter aucti, vel an ſanguis parum, vel multum à natura ſua, ad crudorum, vel ſuperaſſatorum humorum naturam receſſerit. Si enim æqualiter humores omnes aucti ſint, vel ſanguis ipſe à ſua propria natura non multū receſſerit, tunc pari vtriuſq; purgationis .ſ. & ſanguinis euacuationis exiſtēte neceſsitate, prius ſanguis eſt mittendus, tum deinde purgandum. Sic enim imminuta ſanguinis quātitate, & magis adapertis vijs facilior ſuccedet à medicamento purgatio, vitabunturq; ea, quæ ex ſanguinis agitatione prouenire poſſent accidentia.

Quando purgatio præmittenda ſang. euacuationi.

Si verò magnus ſit ſanguinis à natura ſua per alicuius permixti humoris prædominium receſſus; tunc ſuperabundans humor prius expurgandus eſt, & ad aliorum proportionem adæquandus; tū

deinde

deinde ſi opus ſit, ſanguinis miſsione omniũ æqualis vacuatio perficienda eſt. Si enim vno aliquo humore nimium ſuperabundante, vt cachochymia contingit, ſanguis mittatur; cum aliorum quoq; humorum, qui prædominantis veluti quoddam frænum ſunt fiat euacuatio, prædominans magis effrenis fiet, & ſic vt dicit Auic. 4. p. c. 20. vel ad immodicam cruditatem ducentur, ſi pituitoſus humor ſuperabundet; vel ad colericorum ebullicionem, ſi ſuperaſſati humores prædominentur.

Quare cum Gal. 1. ad Glauc. Si bilis cum ipſo ſanguine ad intrauenas aucta fuerit, efficatius remedium eſſe venæ ſectionem, quàm purgationem, dicit, eſt intelligandus quando non multum vel per aduiſtionis gradum, vel adaucta quantitate bilis ipſa alios humores non excedit. alioqui enim ſi altemodo nimium recederet, prius purganda eſſet bilis, deinde ſi opus ſit vena ſecanda ad Gali. 5. meth. cap. 14. imitationem, qui in cataro ſalſo ad pulmones defluẽte quãdo corpora ſunt cachochymia prius purgat, deinde ijs ad probiorẽ ſuccũ, quãdãq; æqualitatem reductis ſanguinem eſſe mittendum præcipit, Ita igitur circa ſanguinis, & aliorum humorum euacuationem, quando ita tempeſtiue acceſſitur Medicus, vt omnia opportunè præſtare poſsit, incedendum erit regulariter.

Reſpondetur Gali. auctoritati.

Quando Medicus in progreſſu morbi vocatur, qd agendum.

Quoniam verò tanta quorundam ſalutis propriæ eſt negligentia, vt non ab initio, ſed in progreſſu tantum morbi, & poſt 4. vel ſextam quoq;, atq; tardius cum etiam iam expulſionem ad cutim aggreſſa ſit natura, Medicum accerſant, maxima tūc oritur difficultas, atq; ambiguitas quidnam efficiendum ſit. Suppoſito enim nullam adhuc neq; à natura, neq; ab arte factam eſſe euacuationem in primis vijs excrementa, ac cruditates redundare, quod adhuc aluus lenita non ſit; plenitudinem in toto adeſſe, & iam expulſionem per cutim tentare naturam, vnde, hoc eſt à ſanguinis nè miſsione, vt plenitudinem minuamus, an à cucurbitulis vt naturæ motum adiuuemus, an verò à lenitione alui quò tutius alijs auxilijs deinde vti poſsimus, erit nobis inchoanda curatio? Quodcunq; enim aggrediamur, non leues ſuboriri videntur difficultates. Et primò enim ſecta nimirum vena, naturæ motus ad extra impediri forſan poterit, quod quidem, & multo etiam maius periculum, ex tertio purgante nimirum medicamento, quod ab aucta tunc cacochymia expoſtulari videtur, exhibito iminere clariſſimum eſt, cum nullis non admittat purgantia a toto corporis ambitu ad centrū attrahere humores. Si verò ſtatim ad ipſas cucurbitulas confugiamus, abſq; dubio excrementa in primis vijs contenta ad

Dubit. ratio

intra

intra venas habemus, quod quidẽ eò deterius erit, ſi circa illas meſenterij partes putredinis focus delituerit. Quid ergo agendum? In huiuſmodi inter ſe pugnantibus indicationibus ea nobis methodus eſt adhibenda, quam varijs in locis, tum vero potiſsimum 3. meth. 9. & 7. meth. 12. nec non primo ad Glauc. tradidit Gal. Nempè ab eo inchoandum eſſe, vel quod magis vrget, vndeq; maius impendet diſcrimen; vel quod habet alterius, vel fouendi, vel efficiendi cauſæ rationem: vel quo permanente, reliqua commode curari non poſſunt. His igitur ita ſuppoſitis huic difficultati ita ſatisfaciendum exiſtimamus, quod ſi Medicus eo tempore, quo iam natura ad cutim expulſionem fuerit aggreſſa, ad inuiſendos ægrotantes aduocetur, ſi nulla ratione adhuc aluus fuerit lenita, ſed in ea excrementa abundare probabiliter conieceritur, tunc hæc leniente aliquo medicamento per os exhibito educenda erunt, ob dictas iam rationes; tum deindè ad ſanguinis miſsionem deueniendum; antea dictis conditionibus ſeruatis; per ſectam nimirũ venam, ſi in toto ſit inſignis plenitudo, & in venis vltra iecur ſit putredinis focus, virtusq; maximè conſtet; vel per hyrudines ano adhibitas, ſi tanta non ſit plenitudo, & focus ſit infra iecur, virtusq; non admodum robuſta. Tum demum tutius, maioriq;

In pugnãtia indicationũ quid agendũ

Solutio difficultatis.

cum

cum iuuamẽto cucurbitulis dorſo adhibitis & alijs auxilijs naturæ motum iuuare poterimus. Eſſe enim talem motum de ſymptomaticum, non modo non impediendum, ſed potius adiuuandum, infra cum de ipſarum peticularum curatione agemus, nè ſæpius eadem repetantur, clarius oſtendemus. Quod verò à leniente exhibito, talis motus haud quoq; impediatur, non eſt difficilè animo concipere; quandoquidem lenientium viſultra Iecur non tranſcendit, & via ab aluo ac cutim maximè ſit longinqua; vt Galenus etiam 2. in 6. de vulg. morbis tex. 24. in Simonide puſtulis laborante nobis teſtatum reliquit. Quòd etiam magna in corpore plenitudine exiſtente non modo tuto poſsit, ſed quod omnino etiam ante cucurbitularum vſum debeat [niſi exigua admodum eſſet plenitudo] ſecari vena, & antea tactum fuit, & deinceps in peticularum curatione clarius oſtendetur. Si tamẽ pauca ſit in corpore plenitudo, humoreſq; peccantes in venis tenues ſint, non craſsi, ſufficere quoq; poterunt, omiſſa venæ ſectione, cucurbitulæ ipſæ.

A leniente medicamento non impeditur peticularum eruptio.

Cucurbitulæ tantũ quando ſuficiant.

Verum quoniam in hoc de ſanguinis euacuatione ſermõne prolixiores multò, quàm nobis à principio propoſueramus, fuimus, tempus eſt vt illi finem imponamus.

Inter

Inter chyrurgica, ſiue manualia auxilia, frictiones quoq;, & extremorum ligaturæ doloroſe & vnctiones, & veſicatoria aliaq; eius generis receſſeri ſolent. Quoniam tamen hæc, & ſimilia particularibus quibuſdam ſymptomatibus magis, quàm ipſi febri in vniuerſali peculiarem opem afferre, in ijſq; vſurpari poſſunt, ideo de ijs in ſymptomatum huius febris particularium curis plura à nobis dicentur. Iam ad tertium remediorum fontem, progrediemur. *Alia auxilia chyrurgica.*

De auxilijs ex pharmacia deſumptis. Cap. XVI.

EX hoc harum fonte varia quoq; atq; multipliciter auxiliorum genera hauriũtur: Cum enim huiuſmodi febres ex putredine humorum pendere ſit cõſtitutum, qui ad benignum reduci non poſſunt, hi quamprimum fieri poteſt ſunt eradicandi; ijs enim ſublatis ſi quæ partibus ipſis ſolidis, vel etiam alijs humoribus relicta fuerit intẽperies, facili negotio corrigetur; viſceraq; ipſa corroborabunt. Vt verò humores iſti iam corrupti commodius poſsint educi, & ipſi, ac viæ ꝑ quas trãſire debẽt, ſint ꝑparãdi; qui verò corrũpi cęperũt, alterandi ſunt, & ad benignũ reducẽdi. Quæ quidẽ oĩa, aliaq; ẽt auxilia chyrurgica, *Indicationes.*

gica, vt tutius adminiſtrari poſsint, primarum viarum ſuperfluitates, ſi quæ ſunt, prius ſunt lenientibus auferendæ, iuxta Auic. præceptũ 4. primi c. 20. & Gal. 9. meth. 5. Vt hinc lenientium, præparantium, expurgantium, & corroborãtium neceſsitas colligatur. Quoniam verò quod huiuſmodi reſolutiua methodo vltimo inuentum eſt, in operatione, actuq; ipſo practico primum locum ſibi iure vindicat, ex Gal. 11. meth. 10. propterea praxis ordinẽ ſequentes de lenientibus ipſis primo agemus.

De lenientibus.

Cum lenientia, vt inſinuatum eſt, ab excrementis, quæ in primis vijs continentur, & ab inanitis venis poſſent attrahi, vel etiam ab alterantibus deduci in illas, ſi potiſsimum ea aperitiua ſint, indicentur, ſic enim vt 11. meth. 10. dicit inhibebĩt quod futurum eſt putridum ſi affluxum obſtruentiũ humorum compeſcas, quod potiſsimum lenientibus cruditates fit, & etiam ijſdem alterantibus tranſitus erit liberior; clarum propterea eſt ijs tantum opus eſſe, quando huiuſmodi indicans adeſt. Quare cum primum Medicus ad ægrum accedit, eũ diligenter num aliquam, vel arte, vel natura habuerit euacuationem, quo victus genere ſit vſus, an longa dieta, vel crapula præceſſerit, num aliqua circa ſtomachum, vel vẽtrem inferiorem adſit grauitas, & huiuſmodi alia, percunctari debet. Ex quibus

cum huiuſmodi indicans adeſſe coniecturam fecerit, quocumq; morbi die, etiam ſi peticulæ iam apparerent, vt antea etiam diximus leniens primum exhiberi debet.

Qualia lenientia eſſe debeant. Qualia verò eſſe huiuſmodi lenientia debeant, leuia ne omnino, an validiora, dubitari poſſet. Si enim validiora ſiat, & à remotioribus partibus attrahentia præter id quod materias adhuc crudas nimium agitabunt, tunc maximè ſuſpecta haberi poterunt, tunc quando cæpit iam natura ad cutim expellere, cum contrarium naturæ motum moliãtur; tum etiam quando affectio per contagium extrinſecum contracta eſt. ab illis enim ſeminarium putredinis in corporis ambitu cõtentum, atq; vna maglignus ſi qui ſit humor ad imas, & nobiliores partes attraheretur. *Non debent eſſe nimis leuia.* Si verò ſint nimis leuia agitabunt quidem materias, ſed nihil notatu dignũ educent, hacq; ratione magis nocerent, quam prodeſſe poſſent Cum ex Gali. ſententia 4. lib. de victu acut. tex. 44. purg. medicamenta exhibita ſi nõ purgent in humorem, quem attrahere deberent, conuertantur, & ſic morbi cauſam adaugent. Vt iure experientia quotidiana in his febribus obſeruatum ſit, eos à morbo facilius euaſiſſe, qui à principio benè, atq; ſufficienter fuerant euacuati; ſecus verò qui parum, nam quidquid excrementorum in cor-

pore derelinquitur, id totum eſt veneni, atq; putredinis pabulum.

Reſolutio. Hanc rem ita definiendam exiſtimamus; Quòd ſi ſimus omnino in primis morbi diebus antequã propagata multum ſit putredo, & præſertim ſi corpus non ſit valdè cacochymũ, neq; multis excrementis refertum, ſufficere omnino leuia lenientia, *Leuia lenientia.* cuiuſmodi ſunt Syru. roſ. ſolutiuus, Manna, mel roſ. ſol. electuarium lenitium, diaſebeſtem len. Diaprunis, & ſimilia. Caſsia verò quia humiditate ſua facilè putreſcere poteſt, in his caſibus videtur ſuſpecta.

Si verò vna cum morbo putredo quoq; ipſa iam vltra principium propagata ſit, præcipue ſi corpus prauis ſuccis, excrementiſq; in primis illis vijs refertum ſit, cum quod omnino corruptum eſt euacuari quamprimum poſtulet, potiſsimum ſi nullã adhuc aliam expulſionẽ aggreſſa ſit natura, paulo va- *Paulò validiora lenientia.* lidiora prædictis addere poterimus, cuiuſmodi erit infuſio aliqua cum modico rhabi, agar. ſenæ, polypodij & huiuſmodi ꝓ cacochymiæ ratione, inter compoſita vero Diacatholicum ipſum max. commendatur. Verum quoniam præter euacuationẽ, malignitatis quoq; ipſius vnà alterationem, & cordis potiſsimum corroborationem reſpicere debemus, propterea iam dictis lenientibus aliquid vt

ad

ad 31. Tripheræ perſicæ, vel dec. Cordiale cum Thamarindis, ſcordio, tormentilla ſeminibus citri, & ſimilibus, addere quã maximè proficuũ erit.

Cordialia ſunt miſcenda lenientibus.

Sed hoc loco eorum, quæ iam dicta ſunt, occaſione, quiſpiam iure quærere poſſet, An in huiuſmodi febrium principijs poſsit aliquando expedire, validiora purgantia exhibere, quamuis materia cruda exiſtat; an prius concoctio expectanda. Vt verò huius quęſtionis ſolutio clara habeatur, Quid purgatio ſit & quibus humoribus debeatur eſt adnotandum. Cumq; purgatio ſit euacuationis ſpecies dubium non eſt eam morbis illis tantum conuenire qui ex repletione proueniunt iuxta aph. 17. 2. particulæ Hip. Humores vero qui ſua præſentia in corpore peccant, atq; offendunt, ideoq; euacuari expoſtulant, vel eſt ſanguis ipſe, vel humores omnes in ipſa maſſa ſanguinea æqualiter ſeruata proportione inter ſe; vel demum vnus vel plures ex alijs tribus à ſanguine diſtinctis, debitam aliorum proportionem, in qua ſanitas ipſa conſeruari videtur potiſsimum, excedit, vt propterea quod de eo ſuperabundat ſit educendum, maſſamq; ipſam totam ſanguineam ad conuenientem ſymetriam reducere oporteat. Quando vel ſanguis ſolus, vel omnes ęqualiter cum eo humores adaucti ſunt plenitudo vel quoad vires; ſi eas tantum grauet; vel

An aliquãdo in febrium febrium principijs validè purgandum.

Purgatio quibus morbis conueniat.

Plenitudo quid.

Duplex ple-nitudo. etiam quoad vaſa ſi eas diſtendat, findat &c. vt dicit Gal. 13. Meth. Quarum quidem diſtinctiua ſigna lib. de plenitudine ad finem, & lib. de ſangui. *Plenitudinis ſigna.* miſsione. & lib. 4. de ſanitate tuenda Gal. idē proponit. Huiuſmodi vero plenitudo, ſi exigua quidē; *Plenitudo quibus auxilijs tollatur.* ſit, vt alias quòq; diximus inedia, frictionibus, exercitio, balneis & huiuſmodi, ſi verò maior, vt morbum faciat, vel factura ſit magnum., venæ, ſectione vt 2. aph. 17. in com. vel cucurbitulis, hyrudinibus & ſimilibus, de quibus antea, quod ſatis eſt, egimus, tolletur.

Quando verò vnus quiſpiam, vel plures ex alijs humoribus ſua quantitate, vel etiam praua quali- *Cacochymia quid.* tate alios ſuperat, vitium hoc cacochymia modo bilioſæ, modo pituitoſa, modo melancolica, prout hic, vel ille humor ita peccans, exuberat, appellatur. Quibuſq; ſignis quilibet humor probè cognoſci poſsit lib. 1. aph. com. 2. & 4. de ſanit. tuen. 4. declarat Gal.

Purgatio à quo indicetur. Et huiuſmodi vitium etiam eſt, quod purgatione tollitur. Vt propterea 1. aph. 2. purgationem, humorum ſua qualitate, ac ſpecie moleſtantium, euacuationē iure vocet idem Gal. & 4. illo de tuen. 4. dicit Si cum ſanguinis copia conſiſtat vitioſus ſuccus, miſſo prius ſanguine deinde aluus deyciatur &c. Quod ſi vitioſi ſucci copia tantum ſit; pe-

tenda

tenda eſt purgatio. libro etiam quos, & quando purg. oportet, pro præſeruatione eos purgandos eſſe præcipit, qui ex corruptella humorum capi ſolent, medicamento humori peccanti accommodato, quandoquidem vt 1. aph. 21. & lib. 2. aph. 17. di. Si qualia oportet purgari purgentur, confert, & leuitur ferunt. Vt quemadmodum generaliſsima indicatio euacuandi à repletione; purgandi, quæ priori minus generlais eſt, à cacochymia; ita hoc vel illo particulari purgante, quæ ſpecifica eſt indicatio, quod ſimilitudine ſubſtantiæ humorem attrahat, vtendi, à determinato hoc vel illo humore indicatur: quandoquidem tum Gal. 5. ſimpl. tum omnium maximè probatorum Medicorum ſententia purgantia medicamenta, quæ electiuè determinatos humores ducunt, eos totius ſuæ ſubſtantiæ cuiuſdamq; mixtionis nobis tamen oculti modi ſimilitudine, tamquàm magnes ferrum, alliciunt; ita vt ea de cauſa Rhabarbarum bilem, Agaricus pituitam, helleborus, ſena, & huiuſmodi melancoliam expurgent. Quod ſi aliqua purgantia duos et inter ſe diuerſos humores expurgent, id multiplicitate partium, ex quibus tam ꝗ; hæterogenea corpora conſtant, præſtant.

Indicantia generica & ſpecifica.

Purgantia ſubſtantiæ ſimilitudine humores attrahunt.

Verum hic non immeritò [quod cum ad curationem non parum conferat, non eſt prætermittendum,]

tendum,] quiſpiam dubitare poſſet, id, quod de ſimilitudine inter medicamentum purgans attrahens, & humorem attractum, diximus verum quidem eſſe poſſe, vbi humores, licet quantitate, vel qualitate peccent, propriam tamen ſubſtantialem formam adhuc retineant. Vbi verò humor iam propriam formam miſit, vt in corruptione, atq; putredine ipſa fieri antè oſtendimus, cum priorem quoq; ſimilitudinem mutata forma, perdiderit, quonã modo ab huiuſmodi electiuè purgantibus, ſimilitudine ſubſtantiæ attrahi poterit? Vt huius difficultatis reſolutio habeatur illud, quod 1. prorretic. 2. & 17. nobis inſinuare videtur Gal. eſt diligenter ad notandum; humorum nimirum putreſcentium triplicem, lignorum quæ comburuntur inſtar, eſſe ſtatum. Primus enim eſt dum incaleſcunt tantum ligna, nondum autem adhuc comburuntur; tunc enim cum ſalua ſubſtantiali forma ſecundum qualitates tantum alterentur, ſi ab igne ammoueantur, priſtinum ſuũ ſtatum facilè aquirunt. Sic & humores dum putreſcere incipiũt incaleſcunt tantum; quem tamen calorem remoto calefaciente amittunt, cumq; formam conſeruent, quam quoq; ſecundum eam cum medicamentis habebant proprietatem, & ſimilitudinem retinent.

Pro ſolutione not.

Triplex humorum putreſcentium ſtatus.

Primus.

Secundus.

Secundus ſtatus eſt, quãdo nõ modo calefacti ſunt

humores vt prius, ſed etiam principium quoddam corruptionis, internamq; ebullicionem aquiſiuerunt non dum tamen omnino ſecundum formam mutati ſunt, vel ſi quæ facta eſt in illa mutatio, ea non multum a ſua priori diſtat, vt propterea maneat adhuc aliqua ſimilitudo, ratione cuius à purgantibus medicamentis atrahi poſſunt. Tunc enim, cum etiam ſublatio calefaciente, non poſſint omnino in priſtinam alimentalem naturam redire, ſunt à corpore educendi. Tertius humorum in febribus ſtatus eſt, cum ij non modo incaluerũt, non modo putreſcere cæperunt, ſed quando iam omnino putrefacti ſunt, & ſecundum formam immutati; atq; mutatio hæc, vt in tractatu de putredine diximus, ſit vel in alterius humoris ſpeciem, vt de ſanguine putreſcente, quem ſecundum tenuiorem partem in bilem, ſecundum craſsiorem in melancoliam commigrare ex Gal. 2. de diff. feb. prope finem diximus; vel putrefactus iam humor, potiſsimum ſi is craſsior ſit [ad differentiam puræ bilis, quæ, vt 2. de diff. feb. cap. 5. dicit Gal. ratione tenuitatis reſoluit, nihilq; relinquit] in quoddã cinorulentum vt 2. eodem de diff. feb. c. 11. teſtatur Gal. melancolici aduſti humoris naturam induens; vt ſæpenumero alijs morbis quartanæ febres ſuccedant. His præmiſsis, quid modo ad difficul-

Tertius.

Omnino putrefactus humor duplex.

ficultatem propoſitam ſit reſpondendum facile pa

Solntio difficultatis.

tet. Quamdiu enim humor in primo, & ſecundo ſtatu reperitur, proprijs quoq́;, ac illi proportionatis medicamentis ſine difficultate attrahi poterit.

Quando verò iam tertium ſtatum ingreſſus eſt, & omnino corruptus eſt, & conſequenter è corpore educendus, cum multis modis id fieri poſsit & per lotium, & per ſudorem vt 11. meth. 19. docet

Omnino corruptus humor quomodo educēdus.

Gal. &c. Cum tamen per aluum expurgandus eſt, ijs medicamentis id erit tentandum, non quæ cū illo antè ſed quæ poſt putredinem habent ſimilitudinem; vt ſi putrefactus humor ſit in bilem conuerſus, bilem quoquè attrahentibus, ſi in melancoliam eandem etiam expurgantibus utamur.

Correllariū.

Vt tamquàm correllarium quoddam hinc colligi poſsit eos optima ratione duci, qui in ipſis febribus cæteris medicamentis humori febrem facienti tamquàm cauſæ antecedenti vel coniunctæ accommodatis, aliquid ſemper ſenæ, plypolodij & huiuſmodi melancoticos humores reſpiciētis aliungūt; demnm ſatis his vniuerſalibus euacuationibus, ſi quid reſiduum praui humoris adhuc in corpore ſuperſit, id per lotium, aut ſudorem, aliamuè partem, ad quam magis inclinare natura videbitur iuxtà illud Quo natura vergit &c. expurgare ſatagunt,

tagunt vt 4. de tuen. 4. docet Galenus.

Ex dictis etiam facilè colligitur, ad expurgandos humores eorum concoctionem expectare, niſi aliquid aliud magis urgens ad purgationem nos feſtinare cogat, quàm crudos, hoc eſt vel omnino corruptos, vel aliena à natura ſua qualitate noxia præditos euacuare melius eſſe. Quandoquidem per coctionem etſi omnino eum naturalem ſtatum, vt nutrire poſsint, humores non aquirant, eam tam meliorem, cuius capaces ſunt, condicionem aquirunt, vt cum priſtinæ ſuæ naturæ magis aſsimilentur, facilius conſequenter à proprio medicamento attrahi, & tunc natura magis opitulante, multo facilior, ſineq; vllo graui ſymptomate purgatio ſubſequetur. Non ſine ratione tamen verba illa Niſi aliquid aliud magis vrgens, & quæ ſequuntur, ſubiunxi, Quandoquidem ſi dum coctionem expectamus. grauius aliquid interim poſsit contingere, niſi citrò expurgatio fiat; ea quamprimum etiam cruda exiſtente materia perfici poteſt. Nec tantum poſſumus, ſed etiam, ſi non eradicatiuè, minoratiuè ſaltem expurgare debemus, quando verò id contingat, paulò poſt patebit.

Coctionis ad ad purgationem neceſſitas.

Quando non ſit expectanda concoctio ad purgationem.

Conſtat igitur ex antea explicatis, cacochymiã ſeu humorem à natura ſanguiuis multum excedentem ſecundum ſui naturam & qualitates, vel debi-

tam aliorum omnium inter ſe proportionem quan titate excedentem eſſe principale indicans purgationem; potiſsimum ſi magnitudo morbi aut præſens aut iminens coniungatur vt ex 4. meth. Gal. patet, cum dicit, ſed nec purgatio in ſola vitioſi ſucci abundantia conuenienter adminiſtratur, niſi etiã magnitudo morbi ſit cacochymiæ coniunctæ.

Virtus valida ad purgationem neceſſaria.

Verum quoniam pharmacum niſi prius a calore noſtro actuatum, latenteq́; eius facultate excitata nõ operatur, idcirco vt uirtus noſtri corporis hoc præſtare poſsit, atq́; ipſi medicamento ad benè perfecteq; perficiendam operationem cooperari; ea debet eſſe valida atq́; robuſta. Num verò maius virium robur ad purgationem, quàm ad venæ ſectionem, vel è contra, requiratur, in tractatu de ſanguinis miſsione, antea teigimus.

Quando virtus debilis cũ cacochymia coniungitur.

Si verò cum cacochymia ipſa, ſeu humorũ corruptella vires debiles coniungi contingat, tum paulatim atq́; viciſsim alterare, & euacuare, tum vires reficere oportet, vt 5. meth. 14. & 9. meth. 16. & alibi docet Gal. quam quidem ita factam humorũ correctionem Epicraſim appellant.

Epicraſis.

Diximus paulò antè, niſi quid magis, quàm ipſa cruditas vrgeat, ad purgationem ipſorum humorũ concoctionem eſſe expectandam in morbis quidem acutis perfectam, in longis ſaltem ſatis manifeſtam,

ſeſtam, cū. n. humor in his ſit heterogeneus nō poteſt æqualiter ſed diuerſimode coqui, & coctus debet educi ne iterum putreſcat.

Quandoquidem & natura ipſa, cuius bene operantis, vt apud Med. clare habetur, Medicus imitator eſſe debet, cum regulariter operatur, ſuasq; actiones, ac motus intertumbare, ac præuenire nō cogitur, vt 4. aph. 22. oſtendit Gal. prius humores partibus infixos, ac quietos concoquit, tum demū expellit. Huiuſmodi ergo etiam humores, ad turgentium differentiam, prius concoquet, atq; ad euacuationem, expulſionemuè præparabit, uiaſq; aperiet, deindè vero purgabit ipſe Medicus. quodquidem ſic legitimè, ac ordinatè purgare dicitur. *Natura priꝰ concoquit, deinde euacuat*

Quoniam tamen ſæpenumero huiuſmodi ordinatum Naturæ motum multis de cauſis interturbari, atq; præuerti contingit, vt eadem Natura, q̄ ab intelligentia nōn errante dirigi dicitur, ante coctionem, atq; cūm vtilitate etſi non tanta, tamq; perfectè, ac poſt omnimodam coctionem, quam expectare non poteſt, vacuet, Medicus quoq; in eiuſmodi caſibus id præſtare poterit. Quoties enim in morborum principijs, in quibus nulla adhuc apparent coctionis ſigna, non mō ex naribus hemorhagias, ſed & varia alui profluuia, ſudores, vomitus, & huiuſmodi alias excretiones, etſi ſympto- *Aliquando antè coctionem vtiliter euacuat Natura.*

Symptomatica etiam eũo interdũ prodeſt. maticas ex parte ſaltem, naturam tamen ab onere ſubleuando contuliſſe, ſalutareſquè fuiſſe vidimus? Niſi hoc aliquando fieri poſſet, cur Hip. & Gal. cum eo. 2. aph. 17. ſi quid mouendum ſit, id circa principia morborum faciendum eſſe præcepiſſet? Etſi igitur huiuſmodi in morborum principijs facti naturæ motus ſint ad perfectè criticorum differentiam, vt clarius in peticularum curatione apparebit, ſympromatici, ſintq; tamquam vel quãtitatis vel prauę qualitatis naturam ante tempus ad *Euacuatio vt ſignũ mali, vt causa bona.* expellendum irritantis, indicia, mali, vt cauſa tamen prauos humores minuens, habere rationem boni poſſunt.

Quibus igitur in caſibus Medico quoq; cũ quid magis vrgens quod legitimam ac regularem curationem ſubuertat, occurrit, id, hoc eſt, ante coctio. In morbi prin. crudos hum. expurgare liceat, erit inueſtigandum; Ex hoc enim propoſitę antea quæſtionis reſolutio clarior apparebit.

In quibus caſibus cruda euacuare liceat. Quamquàm verò plures huiuſmodi caſus à Medicinæ ſcriptoribus recenſeri ſoleant, vt cum materia ex ſe tenuis eſt vbi præ qualitate vel quantitate concoqui non poteſt, & huiuſmodi, potiſsimũ tamen quatuor eſſe videntur.

Vbi materia turget, & vrget. Primus eſt vbi materia tum turget; tum etiam vrget; Turget vt 4. aph. 1. quando inordinato quo

dam

dam motu ob ſui tenuitatem quantitatem & accri momam, prauamq́; aliam qualitatem ab expultrice agitata modo in hanc,modo in illam partem impetuoſe irrumpit, vt propterea vagos, in ſtabileſq́; modo in vna, modo in alia parte atq́; illos graues dolores efficiat; vt cum periculum imineat, nè in aliquam partem delata; mortem, vel graue ſaltem aliquod malũ afferat, medicamanto exhibito quadam veluti manu ad aluum eſt deducenda, iuxta Hip. præceptum 1.aph.22.& 4. aph.1.& 10. Vrgere verò dicĩ materia in parte aliqua vel principali, vel quæ cum principali magnum conſenſum habet, fixa, vt indè grauia ſymptomata oriantur, ut eſt materia aliqua praua in ventriculo, à qua fiũt lypotimiæ. *Turgere qd.* *Vrget quæ materia.*

Secundus caſus eſt, in quo circa initia crudam materiam, hoc eſt non præparatum ad commodã expulſiouem, nec à natura domitam, expurgare licet, quando reuulſionis gratia ad præcautionem futuri alicuius ex fluxionie morbi, ea opus eſt, vt in maximis doloribus dicit Gal. 1. aph. 23. in quibus vſq́; ad animi defectum expurgare, ſi purgatione opus ſit, præcipit. In pleuritide ẽt dolore deſcẽdẽte purgãdũ eſſe iubet Hip. 2. de r. victus. in acu. 11. & lib. 4. de r. v. 64. Hip. doce eſſe à prĩcipio purgãdũ ẽt Scamonea, vbi vẽter murmurauerit, Clarius *Vbi opus eſt reuulſione.*

etiam

etiam 4. de ratione victus acut. 76. docet in 1. 2. & 3. die purgandum quando humores ſunt in motu anteq; in partealiqua confirmentur. Sic etiam Gal. 13. meth. 11. ab oculorum inflamationinibus prima die purgante medicamēto exhito multos ſanatos fuiſſe teſtatur. Quo exemplo purgantium vſum in inflamationum principijs probare videtur, quando inflamatio fit in partibus, ab ijs per quas medicamētum molitur euacuationem diuerſis; in his enim vt in iecoris, ventriculi, inteſtinorū & huiuſmodi partiū inflamationibus purgantia damnat, quia non reuellunt, ſed fluxionem potius ad partem adaugerent. Sed hæc obiter.

Purgantia in quarū partium inflamationibus uitanda.

Tertius caſus in quo cruda expurgare, minoratiuè tamen ſolum, eſt quando tanta eſt crudorum, ac prauorum humorum copia, vt niſi ea minuatur natura non poſſit eam concoquere, ac ſuperare, ꝙ vt præſtare poſſit minuenda, alioqui natura ſuccūbet. Ex duobus igitur malis minus eſt eligendū. Auic. fen. 4. primi cap. 3. di. ex ſēntia Gal. in morbis longis perpetuò expectandā eſſe coc. in acutis non ſemper, ſed interdum l. int imitia euāre. præcipuè cum mat. turget. ita vt in longis tutius ſit coct. expectare ſaltem imperfectam; modò tamen liceat p faculté. & morbi mag. Si verò nō fuerimus ſecuri; inquit, quòd virtus præ matæ. copia vſq; ad con-

Vbi maxima eſt humorū crudorum copia.

coct.

coct. perduret, euacuabimus eam minoratiuè ſaltem. ad quàm quidem euacuationẽ non requiritur perfecta coctio, ſed hæc nẽcia tm̃ eſt ad eradicatiuam, de qua intelligit illud, concocta medicari &c. Quamuis enim ex crudorum purgatione aliquid etiam in commodi ſubſequatur, vt quod cum malo aliquid etiam boni educatur, illud tamen multo minus erit, quam commodum. ſcilicet quidem ſi ita relinquatur æger, neceſſario ſuperata natura interibit, ſi alcuietur ſpes aliqua ſalutis eſſe poteſt. Præſtat igitur, ita etiam Celſo lib. 2. cap. 10. conſulente, & Gal. 10. meth. cap. 10. Thucididis exẽplo, velanceps auxilium cum ratione periclitari, quàm ſinere, vt omnino derelictus æger deſperatus quodammodo moriatnr. potiſsimum cum nõ nullos iam ab omnibus omnino deſperatos, fuiſſe ſanitati reſtitutos euentus ipſe non rarò demonſtrarit. Idem nobis manifeſte ſatis infirmat Gal. lib. 2. aph. 29. cum dicit vt coctiones citius eueniãt melius eſt circa initia euacuare, quo minorem iam factam materiam natura poſsit comouere, quaſi dicat, ſi tanta ſit materiæ copia vt eam natura ſuperarè non poſsit, minuenda. Neq; eſt ut de turgente materia tantum id dicatur, quandoquidẽ ea cruda eſt educenda, nec eius coctio expectanda iuxta illud concocta medicari. Atq; præterea vt in com.

In deſperatis caſibus anceps etiã auxilium experir. licet.

Minoratio materiæ coctionem adiuciat.

dicit

dicit Gal. vera eſt ſententia non de ſanguinis miſſione modo, ſed & de purgatione.

Vbi materia eſt maligna.

Quartus caſus eſt cum materia maligna, vt præ malignitate illius coctionem natura non aggrediatur; ita etiam Altimarus de feb. peſtilenti, vel etiã ſi eam tentet conſequi minimè poteſt, cum quod omnino corruptum eſt, naturæ coctione in primã humoris bonitatem redire non poſsit, vt propterea ſit quamprimum euacuandum, iuxta illud quod 11. meth. 8. dicit, quod iam corruptum eſt omni ratione vacuandum & 9. meth. 10. docet Gal. cum dicit Ergò quod corruptum eſt id alienum à natura eſt; quod tale eſt, id ſe auferendum dictat. & 4. de ſanit. tuen. cap. 3. inquit, oportet igitur excremẽtum aut alteres, aut expellas. Recipit verò non omne excrementum alterationem à natura, & paulo poſt, quod igitur omnino alienum eſt, nulla fieri ratione poteſt, vt naturæ gratiã recipiat, ſed educere id quamprimum eſt tentandum. Dicit quamprimum, non autem poſtq; fuerit concoctum.

Corrupta coctionem non admittunt.

Ita in bubone peſtilenti etiam quamprimum antè perfectam ſaltem coctionem ad apertionem vt ferro, vel cauſtico veniendum omnes præcipiunt, vt citiſsimè venenum educatur. Ex eius enim in corpore mora niſi malum expectari poteſt, cum quod à putrido tangitur putridum fiat; vt propterea ex

ab eo-

ab eodẽ Gal. alibi hoc eſt. 9. meth. 10. dictũ eſt eo in caſu ſi vires robuſtæ ſint etiam in febribus malignis, in quibus huiuſmodi humores corrupti ſunt, vnica vice materiam malignã euacuare oporteat; ſi debiles, per epicraſim, Neq; eſt quod malignas materias à natura concoqui poſſe dicamus, quod huiuſmodi morbos ſæpe natura ſponte curet, ac vincat. Vincere autem non poteſt niſi mediante coctione. Ad hoc dici poteſt, quod quando materia omnino maligna eſt, natura raro ſponte eã ſuperare ſolet, niſi antidotis eius prauitas obundatur. qđ ſi aliter aliquando eueniat, vt plurimum fit præcedente aliq. euacuare etiam ſi ſymptomatica, qua alleuiata natura, reliquias deinde facilius concoquit. Vel etiam cõcedit poteſt Natura interdum materia maligna ſupare & concoq̃re ad expulſionẽ ſaltẽ, ſed id raro accidit & difficulter & non niſi longo tẽpore, quo poſſet interim ſucumbere quod nè fiat, tutius eſt eam in princip. etiam crudam euacuare.

Quamuis enim materiam malignam non poſsit concoquære vt in alimentum conuertat natura, poteſt tamen interdum eam domare & præparare vt facilius expellere poſsit, vt ei reddatur obediens. potiſsimum medicamentis adiuta, vt de generatione puris in umoribus conſpicitur.

His igitur hunc in modum conſtitutis ad pro-

Solutio quæſtionis. poſitam quæſtionem ſic reſpondemus, quod ſi in principio harum febrium non ſit admodum intenſa putredo, nec ita magnus humorum à naturali ſtatu receſſus, vt aliquam coctionem antequàm graue aliquod malũ ſuperueniat ſperare poſsimus, quod vt plurimum, cum febris non ſit vere peſtilens, ſolet contingere, tunc ſolis lenientibus contenti eſſe debemus, ad completam eradicationem, coctionem expectantes. *Quando ſolis lenientibus vtendũ.* Si verò vlterius progreſſa ſit putredo, vt cum grauiora ſymptomata conſpiciuntur, cum concoctio ulla bona expectari non poſsit, tunc etiam à principio nulla expectata coctione, minoratiuè ſaltem, ſi non eradicatiuè ob virium iminentem imbecillitatem, expurgare debemus. *Quando minoratiuis utendum.* Siquidem tunc adeſt cacochymia magna cum morbi magnitudine; virtus etiam in principio magna ex parte conſtat. Ergò ſi nil aliud prohibeat eſt purgandum. Neq; tunc in cura hac quodamodo coacta, cruditas ipſa multi facienda eſt. Quod enim magis urget, vt in hoc caſu eſt malignitas ipſa, largitimam curationem peruertit vt pleriſq; in locis præcipit Gal. quando indicationes inuicem pugnant, vt 3. meth. 9. & 4. meth. 2.4. & 3. de tuen. cap. 9. & 11. meth. 3. & alibi. Si enim materiæ malignitatem cum eiuſdem cruditate cõferamus, æquaq; lance ponderemus, proculdubio

in

in dicationem euacuandi à veneno ſeu malignitate deſumptam, ipſi cruditati præponderare animaduertemus. Si enim ſola ipſa turgentia magis poteſt ad purgationem indicandam, quàm cruditas ad eã prohibendam, malignitaſq; ipſa magis indicet purgationem, quam turgentia; magis quoq; poterit malignitas indicare, quam cruditas prohibere, iuxta illud, Si vinco vincentẽ te ergo, multo magis vincam te. Quod verò malignitas ipſa magis purgationem, quàm turgentia indicet, facile erit demõſtrare. Cur enim materiam turgentem etiam num crudam purgandam eſſe præcipit Hip. Nõ alia profectò ratione, niſi nè viſcus aliqnid principalem cum maximo vitæ diſcrimine petat. Si igitur propter hoc ſolum periculum iminens, purgante medicamento ad aluum eam ducendam eſſe vult, quantò magis id agendum erit, vbi iam materia, maximè maligna in principaliſsimam omnium partem, cor ſcilicet irruit? Vt propterea non modo vt euacuãs, ſed vt reuellens quoq; auxilium purgans medicamẽtum conueniat. Maligna enim hęc qualitas putrefactiua cum ipſo corde uitæ præcipuò fonte antipathiam quãdam peculiarem habere videtur. vt ideo omni ratione ab eo reuelli debeat.

Malignitas magis vrget quàm cruditas.

Quod malignitas magis vrgeat quam turgentia.

Purgans ut euacuãs, & vt reuellens auxilium cõuenit.

Conſtat igitur, quod quando nihil eſt, quod naturam, quin cauſas morbificas ſuperare, domare,

& ad expulſionem ſaltem, ſi non in alimentalem naturam præparare impediat; vel ei tum coquendi, tum euacuandi ſi hæc præſtare commode poſſit, onus eſſe relinquendum; vel eiuſdem naturæ morem immitando cum regulariter operari poteſt Medicus primò coctionem, deindè euacuationem, quò maximè natura vergit per loca conferētia, eandem adiuuare. At ſi quid ſit, vt eſt vel turgentia, vel indecens motus, aut nimia quantitas, vel demū malignitas aliqua, quod naturæ actiones eiuſq; contra morbum victoriam inpedire poſsit, quo hæc facilius eueniant, ſecuriuſq; morbi finiantur, tutius eſſe circa initia dum & virtus robuſta eſt, calor febrilis mitior, aliaq; ſymptomata leuiora iuxta illud 2. aph. 29. Inchoantibus morbis euacuare, vt onere ſubleuata natura facilius quod reliquū erit poſsit ſuperare. Quibus omnibus ferè de cauſis, vt diximus, aliquandò etiam in harum febrium principijs expurgare licet; quandò potiſsimum nullam datur expectare coctionem ratione malignitatis materiæ, quæ coctionem non ad mittit, neq; ſi admitteret expectanda eſſet ratione partis, cordis ſcilicet in qua continetur vt docet Altimarus de feb. peſtil.

Quando in prīcipio purgandum.

Neq; tunc purgantis medicamenti caliditas eſt pertimeſcenda. Nam materia illa maligna putredi-

Purgantis medicam caliditas nō eſt timenda.

tredinali ſuo calore, quam medicamentum purgãs magis poteſt calefacere. Cum illud exiguo admodum tempore in corpore commoretur, & refrigerante aliquo medicamento contemperari poſsit; atq; præterea ex noxij humoris euacuatione maius multo iuuamentum, quam ex leui illa calefactione nocumentum ſubſequatur, Gal. etiam lib. quos & quando purgare oportet teſte. Neq; etiam eſt, ut ex huiuſmodi purgantibus in principio cũ opus eſt, exhibitis, fluxus colliquatiuus timeamus, neuè, vt Auic. dicit, virtutum mineræ deſtruantur. Quãdoquidem huiuſmodi febribus rariſsimè admodum tales fluxus coniungi uiſi ſunt. Imo cũ hi ab inſigni putredinali calore partium ſolidarum pinguedines colliquente fiant, euacuatis humoribus putridis facilius colliquatio illa prohibebitur: ſicq; partes principales minus, quàm ſi illi diu in corpore detineantur, afficientur; potiſsimum cũ his quoq; purgãtibus cordialia miſcere ſoleamus; quibus cordis præcipuè tutellæ conſulitur. *Fluxus colliquatiuicauſa.*

Ex dictis igitur quando lenientibus, & quando etiam validioribus purgantibus circa harũ febriũ principia vti liceat, ſatis eſt manifeſtum.

Succedunt modò concoquentia, ſeu alterantia oportet enim, vt inquit Gal. 4. de ſanit. tuen. cap. 3. excrementum [quo nomine quid quid præter naturam *De cõcoquẽtibus.*

naturam in corpore reperitur, videtur cõplexus] aut expellas, aut alteres, ſeu concoquas. Cum verò, vt ibidem quoq; inſinuat Gal. huiuſmodi excremẽtã in duplici ſit differẽtia, alia quippe ecrem. aliquam aduc cum corpore noſtro affinitatem retinentia, vt alteratione ad bonam frugem, vt adhuc nutrire poſsint valeant reduci, naturæq; gratiã, vt idem inquit, recipere; Alia verò omnino aliena ſunt, nullamq; cognationem cum noſtro corpore vt nutrire vlla ratione poſsint retinent; Hinc duplex quoq; huiuſmodi alterationis, ſeu concoctionis finis eſſe ſolet. Prior quidem principalis quo humor adhuc nutrire aptus, eò coctione reducatur, vt id præſtare poſsit. Cum enim inſignis nondũ in humore facta eſt corruptio, vt vinum quod primò corrumpi, ſeu aceſcere incipit, in priſtinam naturam facilè reducitur; Poſterior verò finis eſt coctionis, vt qui amplius in priſtinam naturæ gratiam reduci non poteſt humor, vt propterea, vt uinum corruptum omnino anteq; vas ſeu dolium ipſum quoq; inficiat, ſit euacuandum; ita ſaltem alteretur, eiuſq; prauæ qualitates immutentur in benigniores, vt commode, ac facilè è corpore purgante medicamẽto educi poſsit, iuxta illud 2. aph. Hip. corpora cum quis purgare voluerit, oportet fluui da facere; Ex quo loco duplicẽ huiuſmodi

Duplex excrementum alterandum.

Duplex concoctionis finis.

Quæ concoctio omnino corrupto humori conueniat.

præ-

præparationem ad ipſam expulſionem eſſe colligimus, Alteram, quæ humorem ipſum expurgandū; alteram, quæ vias ſeu meatus corporis, per quos purgari debet, reſpicit. Quamuis verò huiuſmodi præparationes, ſeu alterationes ſiuè digeſtiones, & concoctiones [nam pro eodem hic capiuntur] appellentur, licet magna ex parte tamquàm principalis agentis ſint ipſius naturæ opus.

Duplex præparatio.

Natura primo concoq.

Ea enim verè eſt quæ concoquit, miſcet, ſeparat, immutat, ac nutrit. vt idcirco non immerito à diuino quoq; Hip. Naturæ ipſæ morborum curatrices fuerint appellatæ vt Gal. lib. ad Thraſybulum cap. 26. & lib. 1. de diebus decretor. cap. 11. & Hip. lib. 6. de morbis vulg. ſect. 5. tex. 1. Medicus verò, quatenus auxilia, ac veluti quædam arma ad hanc victoriam conſequēdam illis ſubminiſtrat, auxiliator, atq; miniſter; ipſa tamen etiam medicamenta, quæ ad hoc iuuant, impedimenta aliqua remouendo, concoquere quoq; atq; digerere, digeſtiuaq; ac concoquentia dici conſueuerunt. Cū verò ad huiuſmodi actionem concoctoriam imprimis facultas ipſa naturalis cōcoctrix in partibus ſolidioribus corporis reſidens, tamquàm agens; & obiectum ipſum ſeu humor concoquendus vt paſſum concorrant, huic fit vt lib. 3. de ſymp. cauſis cap. 1. docet Gal. vt actio talis; quò minus recte

Naturæ morborū curatrices.

Quæ ad coctionē cōcurrant.

perfi-

perficiatur, atq; facultes ipſa ſuo fine fruſtretur, duplici impedimento, dupliciuè de cauſa impediatur. Neq, vel impedimentum eſt ex parte ipſius facultatis, vel ex parte obiecti. Ex parte facultatis ſunt imprimis morbi in intemperie, quæ in his febribus manifeſta quidem eſt calida, & ſicca occulta vero ipſa malignitas eſſentialiter facultatem ipſam lædentes; ſunt deindè morbi in via, obſtructiones nimirum à quantitate, vel craſsicie, ac lentore humorum pendentes, facultatem ipſam expultricem præcipuè impedientes. Quæ igitur huiuſmodi impedimenta tollunt, quæcumq; illa ſint, non modoq; intereperiem partium, ſed & quaſcumq; alias humorum qualitates corrigunt, concoquentia medicamenta nominantur.

Coctionem impedētia. Ex parte facultatis.

Vnde non modò quæ aperiunt obſtructiones, ſed etiam, quæ refrigerant, caloremq; febrilem remittunt, ac ad naturalem mediocritatem reduunt, vt ſyruppi, & decocta etiam refregirantia, & quæ malignitati aduerſantur hac raiione concoquere dicuntur. Quæ verò huiuſmodi impedimenta ex parte ipſius obiecti humorum ſcilicet concoquendorum ſe tenent, tum primæ, tum ſecundæ, & aliæ à mediocritate recedentes qualitates eſſe poſſunt, ob quas humores ipſi à facultate difficulter concoqui, ac ſuperari poſſunt, quæ quidem qualitates ſuis

Syruppi etiā refrigerātes concoquunt.

Ex parte obiecti coctionem impedientia.

ſuis contrarijs, vt caliditas frigidis, craſsicies atte nuantibus, viſciditas de tergentibus, & ſi qua occul tà qualitas concuncta adſit, proprijs antidotis illi à proprietate reſiſtentibus, experientia adinuentis, mulcentur, atq; ad mediocritatem, vt naturæ dominio facilius ſubiciantur, remittuntur, quibus cũ obſtructiones etiam auferantur, fluuidum quoq; conſequenter corpus reddetur.

Poſtquàm igitur, vt inſtitutum ſermonem proſequamur, aluus fuerit lenita, vt ſuo loco dictum eſt, humorum concoctioni ijs medicamentis, quę humoribus peccantibus præparandis erunt accõmodata, incumbendum erit. Vt propterea præter uim calorem febrilem contemperandi in noſtris his febribus, quæ potiſsimum ex interna corruptione oriuntur; poſsint etiam incidere, attenuare, detergere, atq; ratione malignitatis nõ modo exſiccare, ſed ipſi quoq; peculiari facultate reſiſtere; Particularia verò huiuſmodi erunt, Syr. acetoſus ſimplex, Syr. de acido citri, de ſucco limonum, de ſucco acetoſæ, de cichorea, eiuſdemq; generis alij, cum decocto pariter acetoſæ. cichor. borrag. pentaph li, ſcordij, tormentillæ, biſtortæ, galegæ, ſiue rutæ caprariæ, & ſimilium.

Continuatio à lenitiuis ad alterãtia.

Qualia alterantia conueniant.

Vtrum verò decoctis alterantibus, an ſyruppis in his febribus vti præſtet, vt quidam in contro-

Decoctis, an ſyruppis vti præſtet.

uerſiam vocant; ita determinandum putamus, quòd vbi calor febrilis admodum validus ſit, ægri temperatura bilioſa, calida aeris conſtitutio, aluus fluuidior, quoniam vt 8. Meth. 2. docet Gal. in talibus dulcia facilè in bilem conuerti ſolent, præſtare decocta ipſa exhibere, præſentim ſi plantæ ipſæ recentes, vel non admodum acidę, ſed in ſua conuenienti perfectione haberi poſsint. In contrarijs verò nequaquàm ſyruppos ipſos damnandos exiſtimamus; cum potiſsimum vt ex Aetio lib. 5. c. 134. colligitur moderatæ dulcedinis ratione, antequam longa in ventriculo mora eorum uires diſſoluantur pronptius atq; facilius à membris attracta diſtribuantur. Cum verò magna ſit in his febribus humorum alterandorum in reſiſtẽdo uis, atq; potentia, actioq; victoriæ, vt aliàs diximus, à potentiori contrario fiat; atq; etiam in maiori quanto, virtus etiam maior reperiatur, propterea, vt alterantia vincant humores, & non ab illis vincantur [ſic enim fabrorum ignis modica aquæ reſponſione adaucti inſtar, morbũ fouẽdo potius obeſſent,] in magna quantitate exhibẽda erunt vt Paulus Egineta lib. 2. c. 36. manifeſtè docet. Tamdiuq; in ipſorum uſu inſiſtendum erit, donec ſi non perfectæ, ſatis manifeſtæ ſaltem coctionis ſigna, in lotio potiſsimum apparuerint. Cum tutius multò ſit modò

Alterantia in magna quantitate ſunt exhibẽda.

Quandiu in alterantibus inſiſtendum.

modò quidem præparare, modò verò per interualla leuiori medicamento euacuare; quam perfectiſsimam coctionem expectando, purgationem in longum tempus protrahere, cum interim pars humoris ſemel digeſta, niſi citò euacuetur, facile iterum recrudeſcere, ac deteriorem quidem, quàm prius putredinem contrahere poſsit. Quod quidem intelligendum erit, niſi conuenienti tempore natura ipſa per ſe euacuationem aliquam decentē moliatur; alioqui enim, vt præcipit Hip. Quæ iudicantur, & iudicata ſunt integre neq; mouere, oportet, ſed ſinere. Si verò natura ipſa vel omnino non euacuet, vel ſaltem non perfectè, quò maximè eà vergit per loca conferentia ducendo Medicum ſupplere oportet. Quod ſi ad nullam uiam inclinare videbitur, per aluum ipſam tamquam omnium conuenientiſsimam viam Med. euacuabit.

Digeſtus humor citò debet educi.

Per quas vias facienda euacuatio.

Quare ſi in ſeptima morbi die, quæ maximè critica eſt, nulla naturę ſponte facta euacuatio apparuerit, tūc in octaua [niſi tunc forte ad cutim, aut aliam partem natura manifeſtè inclinat] præſtabit aliquod minorans medicamentum, quod humorem peccantem educat moderatè, exhibere. Quod ſi tunc fortè aliquis ſiue per cutim, ſiuè per aluum, aut lotiū naturæ motus medicamenti exhibitionē prohibens, perſeueraret; id opus totum diebus

In octaua quando euacuandum.

Diebus criticis Medicus non debet euacuare.

citricis potiſsimum. 7. 9. 11. ac 14. natura ipſi erit relinquendam. Si verò diminutè, per partem tamen conuenientem natura euacuet, per eandem partem, ad quam vergit eius operatio erit adiuuanda. Verum quoniam peticularum eruptio in ſeptima cæpta ſolet vt plurimum per tres, vel quatuor dies perdurare, vt interim à purgantibus abſtinendum videatur, poſt hos dies, ceſſantibus iam maculis, vt decima, vel 12. [9. enim, & 11. tamquam criticæ, vt diximus, ſunt naturæ dimittendæ] ſi in 8. ob aliquod impedimentum non fuerit medicamentum exhibitum, tunc propinari poterit. Eunt autem in huiuſmodi caſibus purgantia medicamenta accomodata huiuſmodi, peccante quidē bile Rhabarbarum. mirabolani citrinę, tamarindi cum Syr. ros. ſol. vel mãna ac ſimilibus. Agaricus vero cum melle ros. ſol. ſi pituita ſit purganda. Sena uero, epithimus, polipodum, ſi melancolia, cum ſero lactis caprini, vel aliquo refrigerante decocto cum ipſis tamarindis, addendo aliquid ſcordij ſemi citri, acetoſæ, & huiuſmodi quæ malignitatem ipſam reſpiciunt; qua ratione aliquid ut ʒ. 1. vel ij tripherę perficæ quoq; adiungi poterit. Solet etiam in huiuſmodi febribus, quandò potiſsimum ardentes ſunt, & nihil ſit quod prohibeat, tū ad incendium extinguendum, tum ad euacuandū

Quando in 10. vel 12. purgandum.

Purgantia accommodata.

Triphera admiſcenda.

frigidę

ſridæ potio ad lib. 12. vel etiam ſeri lactis ad lib. 4. uel. v. exhiberi. *Frigidæ potio.*

Facta verò vniuerſali hac euacuatione, & etiam diebus debitis, vt dictum eſt, per interualla reitera ta vbi opus erit; intermedio tempore ad febrilem calorem reprimendum, & humorum reliquias vel per lotium, vel per ſudorem, prout ad hanc magis vel illam partem natura inclinabit, euacuandas, diuretica aliqua, vel ſudorifica erunt exibenda; cuiuſmodi ſunt potiſsimũ diuretica frigida, non autẽ calida, vt emulſiones quattuor ſeminum frigidorũ maiorum, ſerum lactis, aqua hordei, capilorum veneris &c. *Diuretica.*

Sed quoniam in iam prænominatis diebus. 8. nimirum, 9. & 10. ſæpè apparent vrinæ turbatæ, ac ſubuigales, quæ, vt ſuo loco diximus, ſummam humorum cruditatem, nec non uirium quæ eos coquere, ac ſeparare non poſſunt, imbecillitatem oſtendunt, iure merito hic dubitari poteſt, an huiuſmodi vrinis turbidis apparentibus, virtute adhuc ſuficienter perſiſtente, tutò poſsit vel ſanguis mitti, vel medicamentum minoratiuum exhiberi? Huic dubitationi ita ſatiſfaciendum eſſe exiſtimamus, quod cum hæc lotia turbata fiant ob inſignẽ humorum ebullicionem, & confuſionem, natura eos coctione regere non valente, naturam iam humorum *Apparentibus vrinis turbidis an ſit ſang. mitten. vel purgan.* *Reſponſio.*

morum prauitati, vel quantitati ſuccumbere ſigni ficant. vt maximè verendum ſit, ſi ita æger relinquatur, nè omnino intereat, ac opprimatur; vt ſi quæ reliqua ſit ſalutis ſpes, ea tota in alteratione naturæ poſita ſit. Quamuis igitur ex huiuſmodi crudæ materiæ euacuatione aliqua incōmoda cōſequi poſsint, cum tamen tutius ſemper ſit noxam aliquam, eamq́; remediabilem, quam certam mortem elligere, propterea non modo vtile, ſed planè neceſſarium eſſe exiſtimamus, vt anceps potius auxilium, quo à certa morte ægrum vindicemus, periclitemur, quam vt ęgrum certò mori permittamus; cum maximè ſperādum ſit Naturam à ſarcina, qua præmebatur, per talem euacuationem ſubleuatā, poſſe ita reddi morbo ſuperiorem, vt eum poſtmodum leui negotio vincat, atq́; ſuperet, vt non rarò ipſa experientia comprobauit. Vt in huiuſmodi caſibus epicraſi, quæ ex Gal. ſententia 9. meth. 10. fit partim euacuando, partim virtuti conſulendo, & alterando, ſit vtendum. An verò talis euacuatio, ſanguinis miſsione, & quonam auxilio; an purgante potius medicamento ſit perficienda, non videtur ita definitum. Non deſunt enim viri doctiſſimi, qui lotio turbido, ſed cum aliqua rubedine apparente, ac in principio virtute exiſtēte robuſta, ſanguinis euacuationem per ſectam uenam, non

In periculoſis caſibus anceps auxilium tentādum.

An purgan. ut potius ſang. mitt.

modò

modò minoratiuam, ſed euacuatiuam etiam pro-bent. dummodo ex vehementi febris ebullicione, quod quidem accidit quando febris valida eſt, & virtus conſiſtens fiat. non ſic autem vbi talis propter caloris iuuati extinctionem, vt non nunquam contingit, facta fuerit, quod quidem cognoſcitur, quando febre exiſtente remiſſa, & virtute debili, vrina liuida quodammodo apparet.

Verum quamuis ſententia hęc ex parte, de aliqua minoratiua euacuatione euentationis ſaltem gratia; & virtute exiſtente robuſta, & ſi potius per cucurbitulas, aut hyrudines quam per ſectam venam vt iminenti debilitati magis occuratur, fiat, admitti poſſet; Cum tamen tali in caſu humores ob inſignem putrefactionem à ſanguinis natura multum degenerare appareant, tutius fortaſſe erit mediocri aliquo purgante, & ſimul etiam alterante, ebullicionemq; inſignem ſiſtente, additis potiſsimum tamarindis, vel mirabolanis, proprio humori prædominanti accommodato, naturam alleuiare.

Potius est in caſu purgatio eligenda.

Cumq;, vt aliàs etiam oſtendimns, humores per inſignem huiuſmodi aduſtionem ſecundũ maiorem ſaltem ſui partem in melancoliam ſoleant degenerare, propterea his aliquid ſenæ, vel ſimiliũ addere optimum ſemper erit. Sed hæc omnia prudentia Medici ita attemperari debent, vt pur-

gando

gando noxium humorem iuuent quidem, non noceant tamen; vel quàm minimum febrilem calorem adaugendo.

Quando vrinæ turbatæ clareſcunt, an ſit purgã.

Quæri etiam hoc loco poſſet, quando circa. 9. 10. vel 11. morbi diem, vrinę quæ antea turbatæ erant, nulla notabili humorum peccantium præcedente euacuatione, de repente nimium claræ, ac quodammodo aqueæ, ac crudę fiant, cum ſignificent ob aliquam virium imbecillitatem vel humorum vitium non miſceri amplius lotio, cum eoq; prauorum humorum portionem, vt antea, non expelli, quin potius eos de tentos prauo ſuo motu ad cerebrum ſoleant deferri, vt inde & deliria, ac cõuulſiui motus exoriantur; quęri in quam poteſt, an tunc in 10. vel 12. aliquod medicamentum pur

Reſponſio.

gans exhibere conueniat, nec ne? Ad hoc ita reſpõdemus quod cum ex huiuſmodi prauo motu ad nobiliſsimam partem phenitides & alia grauiora mala vt ſopores, lethargus & huiuſmodi pro humoris influentis natura oriri ſoleant, vt propterea prauus hic motus ſit reuellendus; cum hoc præſtare poſsint purgantia ipſi humori accomodata, bilem nimirum educentia, ſi delirium ſit bilioſum; pituitam, ſi oriatur ſopor, &c. modo vires perferre poſſint, optimum erit aliquod mediocre medicamentum exhibere, eò magis cum tũc humorem cruditatem.

tatem augeri, eo quod præ humorum quantitate vel prauitate eos natura concoquere non poſsit, ſed potius ab illis ſuperetur, manifeſtum ſit indicium; vt ſicuti ex aliqua alleuiatione & meliorem coctionem, & ſalutem ſperare poſsimus; ita ſi ſic re linquatur nix quidquam boni euenire poſſe ſit ſperandum. vt propterea tunc cũ Gal. enim 12. meth. 1. dic. læſio potius aliqua, quàm mors eligenda ſit, præſtet materiam quamuis crudam euacuando mi norare, quò facilius deinde natura reliquias poſsit ſuperare; quam naturæ iam ſuccumbenti onus relinquendo certæ, ac indubitatæ morti permittere. Verum de huiuſmodi, alijſq; ſimilibus ſymptomatibus peticulis ipſis ſuperuenientibus, quæ maiorem in medendo parere ſolent ambiguitatem, latius infra agemus.

De corroborantibus ſeu antidotis.

Poſt purgantia ſuccedunt alterantia ipſa ſiuè corroborantia; quæ quidem vt alias etiam diximus duplicia eſſe videntur; alia quæ contenta ipſa, ſeu prauas humorum malignorum qualitates reſpiciunt, & propriè antidota antea appellari, & alexipharmaca etiam diximus; alia verò continentia ipſa, ſeu partium principalium cordis potiſsimum proprietatem, ita corroborant, vt validius quibuſq; contrarijs obſtare poſsint, & bezaartica nominantur; atq; cordialia.

Simplicia.

Vtriſq; ante purgationem etiam tum ad humorum malignitatem infrigendam, tum ad cor contra eam corroborandum vti debemus; nec nó etiam poſt ipſam purgationem, vt ſi quid prauæ qualitatis ſiue in humoribus, ſiue in ſolidis relictum ſit, penitus extinguatur. Sed paulo poſt plura.

Quando illis utendum.

Cum igitur in his potiſsimum harum febrium præcipua curationis pars, quatenus malignæ ſunt, conſiſtat, & ea non methodo, ſed experientia potius indagentur, mirum profecto dictu eſt, quot nugæ de ijs apud ipſum vulgus, cum quilibet propriã morbi antidotum ſe inueniſſe profiteatur, circunferantur; cum alij optimo atq; meraco vino, largè etiam hauſto, alij oleo ex ſeminibus lini, alij varijs huiuſmodi rebus morbum hunc curari tãtum modo verè exiſtimarint; eo forſam adducti quod aliquis hac, vel illa re, etſi potius ex ſe noxia quam ſecus vſus, atq; forte fortuna, vel robuſtæ uirtutis ope, quæ & morbum, & errorem etiam illum ſuperare potuerit perſanatus, ei poſtmodum procul omni iure acceptam referat ſanitatem. Sed plebeos, ac ignaros homines, quæcumq; ſibi placent portenta probare, ac effingere chimeras, permittamus.

Variæ vulgi ſententiæ de antidotis.

Nos verò cum doctis, ac peritis Medicis ſentientes

tes

Vnicum antidotum non poteſt oẽs curare.

tes nullum hactenus à quoq; tam efficax potens, ac vniuerſale alixepharmacum reperiri poſſe exiſtimamus, quod omnes huiuſmodi febricitantes perſanare potuerit, cum vni hoc, alteri illud, quæ etiam diuerſa eſt particularis cuiuſq; malignitas, maiorẽ attulerit utilitatem, quoſdam verò nullum omnino auxilium iuuare potuerit, interdum enim, ut inquit illæ, docta plus poteſt arte malum. Quæ tamen pluribus, ac magis profuiſſe viſa ſunt, ea fuerunt, quæ nõ modo qualitatibus manifeſtis quoad fieri potuit, ſed etiam oculta proprietate huiuſmodi malignitati reſiſtere, eamq; obtundere potuerunt, unaq; cor ipſum contra talem proprietatem, quò eam à ſeſe longè propelleret, corroborarent; quæ quidem diuturna, ac diligenti obſeruatione inuenta cum plura fuerint, hæc tamen præcipua ui dentur. Inter ſimplicia quidem ſunt Tormentilla, Scordeum, Biſtorta, quinq; folium, Vnicorñ, lapis bezaar, os de corde cerui, bolus armena, terra lemnia ſeu ſigillata vulgo vocata. Semina raparum, napi, citri, acetoſæ, & eorum ſucci, atq; huiuſmodi.

Qualia eſſe debeant antidota.

Simplicia.

Inter compoſita verò occurrit imprimis Clariſſimi Hieronymi Mercurialis præceptoris mei amãtiſsimi [cui profecto ob uariam atq; profundam multarum rerum ſcientiam, ſingularem humani-

Compoſita.

tatem, ac in rebus ſuis communi hominum vtilitati communicandis liberalitatem, animiq; ingenuitatem, non à medicis ſolum, ſed ab vniuerſo propemodum cætu, plurimum debetur,] Syruppus de ſcordeo, cuius deſcriptionem cum typis impreſſam non videam, eius bona venia hic ſubiungere placuit; habet autem ſic.

Syruppus de Scordeo eiuſdem.

℞. Fol. Nymphex,
Sonchi
Borraginis } ana pug. 5.
Acetoſæ
Pimpinelæ
Flo. Roſarum
Borraginis } ana pug. 5.
Citri
Sem. Citri } ana ʒ. v.
Acetoſæ

Fiat decoctio 5. a. in aqua hordei ad tertias, deinde

℞ dictæ decoctionis lib. 2.
Succi Scordij depurati lib. 3.
Zuc. fini lib. 4.

Decoquantur omnia. 5. a. & in fine decoctionis addantur Camphoræ, muſci ana gr. 10. miſce, & fiat Syruppus. Cuius doſis eſt ab vncia 1. ad 2. cum iure aliquo alterato, vel aqua acetoſæ, aut borra-

borraginis. Diaſcordeum etiam & Exc. Fracaſtorij, cuius deſcriptionem ponit lib. 3. de morbis contagioſis cap. 6. circa finem, vbi etiam non nulla alia pręſtantiſsima deſcribit, in his febribus ſummopere prodeſſe compertum eſt. *Diaſcordeũ Fracaſtorij.*

Triphera quoq; Perſica, fragmenta prætioſa cordialia optima arte præparata, Diamargariton frigidum, ſpecies cordiales temperatæ, Margaritæ ipſę inter turandum ſuper porfido ſucco citri optimè reſperſæ, & ſæpius exſiccatæ; Syrupus, & conſerua de accido citri, & limonum, acetoſæ, roſarum violarum & huiuſmodi; nec non etiam Mitridatica cõpoſitio. De Theriacæ verò in hiſcè malignis febribus vſu an conueniat nec nè; inter præclariſsimos Medicos, potiſsimum verò inter clariſsimum Iulium Alexandrinum verum patriæ noſtræ decus, & ornamentũ, & Exc. Valdagnum, & Calzauelium ſingularis doctrinæ viros acutiſsimè diu multumq; diſputatum eſt. ad quorum doctiſsima ſcripta, nè in longius, quam par ſit, ſermonem hunc protrahamus, ſtudioſos delegamus. Si tamen ſententiã noſtram in medium quoq; proferre liceat, exiſtimamus quod quamuis huiuſmodi medicamenta vtpote calida ipſi ſabrili calori aliqua rõne obeſſe poſsint, cum tamem à tota forma, & proprietate. Dari enim huiuſmodi medicamenta à totius ſub- *Triphera perſica. Theriaca an in his feb. cõueniat. Alexandrinus. Noſtra ſententia.*

ſtantiæ

ſtantiæ proprietate agentia probat Gal. 9. ſimpl. cap. de lapidibus,& nos antea probauimus ipſi malignæ qualitati, ac venenoſę, à qua maius multo periculum, quam ex calore aliquantulum adaucto,& interdum ipſe interitus potiſsimum iminet, aduerſentur, ad id quod magis vrget ex Gal. præceptis alibi etiam tactis, oculos dirigentes, eorum uſum non poſſumus non ſummoporè commendare cũ Paulo Egineta lib. 2.c. 36. ex Gal. ſententia, potiſſimum cum illorum excedens caliditas cõſerua aliqua refrigerante, & cordiali pariter poſsit contemperari. Sed de harum antidotorum vſu, in tractatu de peticularum curatione plura dicentur. De ipſis tandum vtendi tempore difficultatem tangemus. Namq; in quartanę febris curatione non uidetur Gal. Theriacam probare, niſi iam declinante morbo, coctioneq, iam apparente; non autem in principio, quoniam crudos humores agitando magis obeſſe, quam prodeſſe poſſe videtur. ut quartanario illi euenit, qui ex ſimplici quartana ex intẽpeſtiuo Theriacæ vſu in duplicem primo, deinde in triplicem etiam deuenit.

Quando antidotis vtendum.

Verum cum in his febribus malignis, in quibus regulari cura ſæpè neglecta coactam amplecti cogimur, antidotis his non cruditatis, aut qualitatũ manifeſtarum aut, vt euacuemus; ſed potius prauæ illius,

Non eſt concoctio expectanda ad Theriacæ in his feb. uſũ.

lius, ac malignę qualitatis ratione, quę magis, quã cruditas, vt alias diximus, vrget, vtamur, atq; vt ita corroboretur ut cauſis veneficis facilius poſsit reſiſtere; clarum eſt quandocumq; huiuſmodi indicantia adſunt, nec quidquam ſit quod magis urgendo prohibeat; hæcq; in toto ipſius febris decurſu adſint indicantia, clarum eſt, quocumq; etiam tempore illis nos uti debere. Imo verò ſi etiam antequàm cor patet praua illa qualitas illud corroboretur, facilius deinde illi occurſanti obuiam ibit, reſiſtetq; validius. Vt hac ratione in principio quoquè, & antequàm inualeſcat putredò, potiſsimum ſi aliqua vel ſanguinis, vel per pharmacum præceſſerit euacuatio, illorum vſus ſit ſaluberrimus. Si enim in talibus humorum coctionem expectare uelemus, adeo præceps, & maligna eſt veneni uis, vt ægrum interea in uitæ diſcrimen certò adduceret. Vt ideo & quam primum veneni uis ſit comprimẽda, atq; contra illam cor ipſum communiendum. Quoad tempus verò particulare his antidotis vtendi, id eſt per dimidiam horam ante cibum, tum ut facilius à ſtomacho vacuo actuentur, itum vt cum cibo permixta per vniuerſum corpus, præcipuè uerò ad nobiliores partes, diſtribuantur. Qua etiam ratione matutino tempore ieinuis ante ſyruppum exhiberi ſolent. Optimum etiam conſilium

Tẽpus particulare utẽdi antidotis.

Antè ſectionem uenæ. ſilium eſſe videtur per mediæ horę ſpacium antè ſectionem venæ, vel cucurbitularum applicationem conſimilem potionem cum conſerua aliqua cordiali exhibere; vt ſic viribus ſuis adhuc integris facilius intra venas, & ad cor attrahatur, conſequenterq́; efficacius operetur. Vel etiam ſtatim ab ipſo miſſo ſanguine id fieri poteſt; Egyptiorum Medi *Cayrinorum Medicorũ mos.* corum Cayri potiſsimum exemplo; apud quos in familiari admodum vſu eſt, vt quamprimum à ſecta uena copioſam aquæ frigidę cum ſucco limonũ *Serbet.* & Zuc. potionem, quam ipſi ſua lingua Serbet vocant, hauriendam offerant.

Circa horum alexipharmacorum vſum in vniuerſali quoq́; id eſt notandum, quod cum varius, *Antidotis varijs utendum.* multiplexq́; ſit huius malignitatis in diuerſis gradus, atq́; facultas, vt in tractatu de putredine oſtẽdimus, proptereaq́; varijs, atq́; diuerſis antidotis eam curati neceſſè ſit, cum vni hoc remedium magis, alteri illud, auxilium ferat; hęcq́; ſola experientia adinueniantur vt 9. ſimpl. cap. de lapidibus docet Gal. propterea & quod magis conueniat repe riamus ſæpe ea ſunt varianda, illiq́; tandem quod magis proficcuũ inuenietur, inſiſtendum. Circa ipſorum doſim verò notandum eſt, quod cum illis pro curatione vtimur pręſente iam in corpore veneno in duplo maiori quantitate, quam antè illud

pro

pro ſola præſeruatione propinantur, exhiberi debent.

Vt verò de particularibus quibuſdam aliquid quoq; dicamus, Bolus ipſa armena inprimis occurrit adeo ab ipſo Gal. totaq; Medicorum ſchola celebrata; quàm quidem præter exſiccandi, qua pollet, facultatem, vt 9. ſimpl. cap. de terra dicit Gal. à proprietate etiam totius ſubſtantiæ confere his malignis febribus cum multis præſtantiſsimis Medicis exiſtimamus. *De Bolo armena.*

Cum verò adſtringēdi facultate, & lentore quodam prædita ſit terra hæc, nè crudos humores magis inpingat, atq; vt facilius in venas, & ad cor penetret, poſt aliquam euacuationem, potiſsimum ipſius ventris exhiberi ſolet, cum modico quidem vini albi diluti, ſi febris admodum remiſſa ſit, vel cum aqua borraginis, & ſucco citri, vel limonis, hoc modo.

℞. Boli armeni orientalis ʒ. 1.
aquæ roſarum, vel acetoſæ, & borag. vnc. 3.
Succi citri, vel vini albi
niſi febris intenſa obſtat vnc. ʒ.
Miſce, & ieiuno ſtomacho per quatuor, aut quinq; ad minus ante cibum horas exhibeatur.

Quantum verò lapis bezaar [de orientali autē potiſimum, atq; verò loquor] in huiuſmodi mali- *Lapis bezaar.*

gnis, & venenatis morbis valeat, non modo hoc anno dum hiſcè febribus laborarem, ſed etiam antea dum Conſtantinopoli peſte correptus eſſem in me ipſo tam efficacem inueni, quàm quod efficaciſsimum. Verum non ſemel tantum, ſed ſæpius, atq; in conuenienti quantitate, vt ad xij & plura ēt grana pro uice ſummendus eſt, atq; eo modo, quæm nobis Garzias ab Horto in lib ſuo de rebus indicis præſcripſit.

Doſis.

Quod de Bolo armena dictum eſt, de Terra quoquè lemnia, ſeu ſigillata, modo ea vera ſit, cuiuſmodi Conſtantinopoli reperitur; intelligi poteſt.

Terra ſigillata.

Non intrinſecus modò, ſed extrinſecus etiam huiuſmodi cordialibus alexipharmacis, atq; iјs quidem ſub diuerſis formis, vti poſſumus, & debemus; quocirca præter eam, quam in alterando aere adhibendam diligentiā eſſe diximus, circa ipſius quoquè patientis corpus multa nobis tum vnguēta, tum Epithemata, inunctiones, ſaculi, & huiuſmodi alia ſeſe offerunt vſurpanda. Inter cætera aūt ad euocandum venenum à corde, primum locū oleum illud Theriacale, ſeu de ſcorpionibus magiſtrale vocatum, à doctiſsimo Petro Andrea Matheolo nobis vt multa alia, ſummo artificio præſcriptum, atq; huic haud multum diſſimile illud Magni Ducis Hetruriæ, iure ſibi vindicare videntur:

Extrinſeca cordialia.

tur:

tur; ſi ijs vnguento roſaceo, aut ſantalino, vel ſuc co citri ad nimiam eorum caliditatem contemperandam, exceptis, regio cordis, tempora, ac brachiorum pulſus, mediocri adhibita frictione, quò facilius penetrent, illinantur. Idem ferè Theriaca ſucco citri diſſoluta præſtare poterit.

Epithemata pariter ex rebus cordialibus, ut aq. borrag. acetoſæ, roſarum, meliſſæ & ſimilibus, cũ ſpeciebus cordialibus temperatis, vel diatriaſantalorum cum modico croci, & vini maluatici, aut ſucco citri confecta, atq; frequenter pano rubeo ſerico, actu tepida cordis regioni adhibita, plurimũ prodeſſe poterunt. *Epithemata*

Sed dubitatur num in huiuſmodi vnguentis, vel Epithematibus, frigida & adſtringentia, vt ſunt ex ſupranominatis nonnulla, admiſceri debeant, ac poſsint. *Dubitatio.*

Cum enim cutim conſtipent potius materias prauas ad cor repellunt, quàm euocent, ut propterea tunc maximè nocere poſsint, quando peticulæ circa pectoris regionem apparent; cum ſic naturæ motum impediant, retrocedereq; ad cor materias prauas faciant. Sic etiam maximè oberunt, vbi materię cataralis copia educenda in pectore contineatur. Verùm cum modicè vſurpata, & actu tepida, non frigida, poſsint calorem febrilem remit- *Epithemata adſtringẽtia an cõuenient.*

 tere,

tere, facultâteſq; vitales nē diſsipentur impedire, eorum vſus, vbi præcipuè, neq; peticulæ erumpentes, neq; dicta catharalis materia impediuerint, nō erit omninò improbandus. Atq; hæc ſolummodo inter multa, quæ proponi ſolent, vt faciliora attigiſſe ſit ſatis.

De Symptomatum harum febrium præcipuorum cura. Cap. XVII.

PRopoſitis iam ſupra remedijs cum & febris ipſa, & eius cauſæ, malignitas potiſſimum infringantur, atq; tollantur, tanquàm euulſa radice, eiuſdē omnia ſymptomata, veluti germina quædam per ſe etiam, niſi admodum grauia ſint, ceſſabunt, vt 11. meth. 12. dicit Gal. Quoniam tamen adeò ſæua ſunt interdum, atq; maligna, vt ſæpiſsimè & morbum negligere, & curam ad ſeſe dirigere nos cogant, propterea videndū qua ratione ijs quoq;, cū talia ſunt, ſit ſuccurrendum. Non omnia tamen, ſed quę tantum hiſce febribus ſunt magis familiaria, attingemus. Huiuſmodi verò ſunt, deliria, phrenitides, vigiliæ, ſopores, mentis ſtupiditas. capitis dolor, motus conuulſiui, inappetētia, ſitis, deglutitio læſa, lingua arida, vermes ſuppreſsio lotij, laſsitudo quædā, & totius corporis dolor, & huius generis alia. Quæ

Horum ſymptomatum cauſa generica.

qui-

quidē omnia, vt antea latius dictū fuit, fiunt, vbi ex putreſcente humore varij, multiplicisq; naturæ vapores, vel humores ēt varias diuerſaſq; corporis partes, cor potiſsimū, atq; cerebrū, petunt; vnde per cōſenſum aliæ quoq; partes, neruoſæ præcipuè coafficiuntur. Verum de ſingulis ſigillatim agamus.

Delirij, & phrænitidis curatio. Deliria igitur, atq; phrænitides cū ex bilioſis humoribus, vel vaporibus ſicuti, & vigiliæ, & capitis dolores fiāt; curatio in eo conſiſtet, tum vt in principio materia affluens reuellatur, tum repellatur; *Indicatiōes.* atq; quæ iam influxit diſcutiatur; vel ſaltē ad proxima deriuetur. *Oxyrhodina varie conficiendi ratio.* Materiā à capite repellunt oxyrhodina, quæ quidē pro affect⁹ varietate vario quoq; modo confici debent, vt ex Gal. 11. meth. c. 18. colligitur. Si namq; vigiliæ adſint, magis refrigerātia, vt ex decocto capitū papaueris, oleo roſato vel violato, aūt ēt nenupharino cū aceti modico, adhibeātur. Si coma, vel cataphora papaueris loco, decocta pulegij, thimi, thimbræ, radices ireos, & huiuſmodi addantur. *Reuellentia.* Reuellunt aūt influentē in caput materiā extremorū frictiones, ligaturæ, vnctiones calidæ, cucurbitulæ, tum ſiccæ, tum ſcarificatæ, ſpatulis, & circa finem dorſi applicitæ: nec non etiam hæmorrhoidibus hyrudines appoſitæ; & demum veſicatoria ipſa partibus extremis, manibus ſcilicet, ac pedibus, vel etiam ipſis ſpatulis affixa. *Veſicatoria.* Quæ quidem

dem etſi calida ſint, vt hac ratione febri ipſi forſam minus conuenire videantur; maius tamen ex materiæ prauę à principalioribus partibus reuulſione iuuamentum, quam ex modica illa calefactione nocumentum conſequitur. Conueniunt aũt ea potiſsimum vbi ægri temperatura frigidior eſt, atq; in ſopore; ſed de his latius ad finem diſputabitur.

Diſcutiẽtia. Poſt reuulſiones ad particularem etiam euacuationem, & deriuationem veniendum erit, quæ tum irrigationibus capitis ex oleo, & aqua camamillæ, pullis diſſectis, & actu calidis capiti prius de roſo adhibitis; vel fomentis ex decocto aliquo diſcutiente pficit̃. Prætęr hęc oĩa in phręnitide, vbi potiſsimum alicuius inflammationis iam confirmatę indicia adſunt, hyrudines poſt aures applicitæ, vel etiam venæ frontis ſectio adhibita plurimum conferunt, præmiſſa tamen cæphalicæ in brachio ſectione, ſi aliqua in toto ſuperſit plenitudo, atq; uires conſentiant. Frontis enim ſectam venam in huiuſmodi phrenitico ſymptomate plurimũ afferre emolumenti, præter rationem ipſam, cuiuſdam etiam monachi ęgrotantis caſus ſuperioribus temporibus demonſtrauit, qui cùm delirio furibundo agitatus feneſtram, vt ſeſe ex illa præcipitaret, conſcendiſſet, fortè fortuna in lignum quoddam acutum magno impetu fronte impegit, indeq; poſtq̃;

Hirudines poſt aures.

Vena frõtis ſectio.

vulnera-

vulnerata frontis vena, ſanguis copioſus effluxiſſet, & à delirio, & à febre liber omnino euaſit.

Excitantur autem à graui ſopore ægri [niſi is tamen ex virium imbecillitate, ac vigilandi inpotentia fiat; ut in moribundis, ac deſperatæ ſalutis euenire ſolet,] præter prædicta reuellentia, extremorum punctionibus, ligaturis doloroſis, capilorum euulſionibus circa tempora ipſa, ſternutamentis ex helleboro, aut pipere, aut nigella; odoraméntiſq; diſcutientibus naribus adhibitis, ut aceto fortiſſimo, in quo maiorana, ocimum, ſerpillum, origanum, thimus, pulegium, & huius generis alia ebullierint. Theriaca etiam & Mitridatum palatui affricta maximè conferre ſolent. His plantarum pedum frictiones ex ſale, & aceto acri, aut raphani ſucco & ſimilia addere licet. Suppoſitoria etiam acria cum ſalegemæ, trociſcis halandal; Odor etiã peucedani, Alijsq; non conferentibus occipitis vſtio ex candenti ferro, non improbatur. Imo etiã Veſicatoria extremis partibus adhibita. *Soporis curatio.* *Vſtio.*

Vigilijs nimium excedentibus ſuccurrimus tum acrium humorum, extremorum potiſsimum lotione ſomnifera, reuulſione, cuiuſmodi decoctio erit ex folijs, & floribus nimpheæ, ſalicis, uitis, hyoſciami, lactucæ, capitum papaueris, corticis radicum mandragoræ & ſimilium vt Paulus Egin. *Vigiliarũ curatio.* *Lotio ſomnifera.*

lib.

lib. 2. c. 37. docet. Conferunt et odoramenta ex ijſdem rebus crebro naribus adhibita. Sic inunctio temporum ex diapopuleone cum aliqua opij portione, ac croci, oleo violato, & nenupharino, cum aliquo hyoſciami, vel alterius conſimilis ſucco. Sic capitis, ac temporũ ex ſupradictis decoctis perfuſiones. Cantus etiam, ac muſica placida, ſtillicidium aquæ ab alto in locum, vt ſtrepitum faciat, cadentis, ſolent ſomnum excitare. Quod ſi extrinſecis remedijs malum non cedat, ad intrinſeca veniendum erit, atq; ita vncia vna, vel duę ſyruppi de papauere, cum aquæ lactucæ vncijs iij. hora ſomni exhiberi poterunt. Vel etiam emulſiones ſeminum papaueris, amigdalarum dulcium, & ſeminum etiam frigidorum maiorum. Inter reliqua autem hoc maximè præſtat Theriaca recens, Mitridatum, & Dioſcordeum, cum conſerua aliqua refrigerante, vt violarum, vel roſarum per vnam vel alteram horam à cęna in forma boli cum hoſtia ad ſcrupul. ij. vel drac. j. exhibita; Illud tamen diligentiſsime obſeruando, nè huiuſmodi opiata exhibeantur, niſi virtus robuſta ita ſit, vt ea facilè perferre poſsit.

Inunctio. *Intrinſeca.* *Circa opiatorum vſum nõtandum.*

Deglutitio læſa; quæ fit ob facultatis attractricis ventriculi debilitatem, cum caloris natiui omnimodam ferè extinctionem oſtendat, paruã admodum

Deglutitionis læſæ curatio.

dum ſalutis ſpem relinquit; cum omnes ferè, quibus hoc ſymptoma ſuperuenit, interierint. Si verò ex linguæ, gulæ, ac faucium ariditate proueniat, gargariſmata humectantia ex lacte, aqua hordei, emulſionibus frigidis ex aqua lactucæ, & ſimilibus adminiſtrentur. Si verò ob faucium inflammationem fiant, præmiſsis, & reiteratis etiam circa ſpatulas cucurbitulis ſcarificatis, & etiam circa colli partem poſteriorem, venæ ſub lingua aperiantur, fiantq; gargariſmata pro ſtatu, ac inflammationis tempore conuenientia. Quemadmodum ſi fiat vitium hoc ex pituitæ craſſæ, ac viſcidæ à capite in has partes defluxu, confert ſæpe ex decocto hordei cum oximel. vel ex poſca gargarizare.

Fluxus ſanguinis nariũ curatio.

Hæmorrhagia ex naribus, niſi ſuperflua ſit, quamuis non ſit etiam omninò critica, ſed potius ſymptomatica, non eſt tamen ſtatim, atq; confertim ſupprimenda. Præſtat enim humores prauos, quocunque modo id fiat, ex corpore extrudi, atq; exire, quam eos in corpore detineri, vt clariſsimè ex Hip. & Gal. lib. 3. com. in primũ epid. in hiſtoria Metonis conſtat; cui cum grauiſsimè ægrotaret, atque in principio ſanguis diminutè tamen, è naribus flueret, non modo non ſuppreſsit, ſed potius lotione capitis iuuit.

vt quò natura vergebat, duceret. Leuata namque natura facilius deinde quod remanet, ſuperabit. Idq; potiſsimum agendum videtur, vbi motus hic non omninò eſt ſymptomaticus, ſed partim etiã criticus, quatenus nimirum ad illum facultas etiã expultrix concurrit. Si verò ſuperfluus eſſet ſanguinis narium fluxus, tùm cohibendus eſſet, non modo omni genere reuulſionum ſanguinẽ ad inferiores partes retrahentium, vt lotionibus calidis, ligaturis, frictionibus validis, & huiuſmodi cruribus potiſsimum adhibitis; ſed etiam ſtipticis, ac repellentibus collo circum quaq;; temporibusq; adhibitis, & etiam naribus ipſis impoſitis, vt eſſet puluis adſtringens ex ſanguine draconis, bolo armenæ, & ſimilibus albumine oui exceptus, & cum goſsipio, vel linteis adhibitus; ſic aquæ frigidæ in faciem inſperſiones; nec non linteum poſca ſeu aqua frigida cum aceto madefactum, teſtibusq; circumpoſitũ probatur. Confert etiam iaſpis lapis verus, ac legitimus collo appenſus, vt carnem contangat. Si etiam ſubito ipſi ægro terror incutiatur, ſanguine ad precordia recurrente, è naribus manare deſiſtet.

Quando ſuperfluus.

Iaſpis lapis.

Ariditatis linguæ curatio.

Linguam aridam refrigerantibus, & humectantibus demulcemus, & lenimus, vt ſunt mucilago ſem. pſilij, & cytoniorum in tenui petia ligatorum pillulæ inſtar, & in aqua frigida, aut violarum, vel lactu-

lactucæ, vel hordei infuſorum. Grana etiam ſebeſten, emulſiones. 4. ſeminum frigidorum maiorũ, lactis gargarizatio, iuleb violatum, zuc. canditum viol. & conſer. viol.

Quod ſi vlcera, & ſciſſuræ in lingua apparuerint lactis chalibeati gargarizatio proderit, & diamorhonis cum aqua hordei. *Sciſſurarum ling. curatio.*

Siti verò inſigni opẽ ferimus copioſo potu aquę hordei cum iuleb, vel cum aqua acetoſæ, endiuiæ, aut graminis cum ſyruppo granatorum acetoſorũ, vel ſucco citri, aut poſca cum aceto, ita tamen, vt vno hauſtu copioſe ſumatur, non autẽ paulatim; nam ſic modica aquæ quantitas ab inſigni calore febrili ſuperata quodammodo bileſcens, vel ignita ſitim ipſam adauget. *Sitis curatio*

Si vero febris eſſet ardens, in iuuene carnoſo, in æſtate calida, & nulla inflammatione, vel obſtructione interna exiſtente, vel pectoris anguſtia ex deſtillatione, frigida ad ſatietatem, atq; confertim ex Paulo Egin. li. 2. c. 36. exhiberi poteſt, præſertim ſi frigidæ patiẽs ſit aſſuetus, & apparuerint aliqua coctionis ſigna, vt ex Hip. libro de victu acutorũ. Non enim permittẽdum eſt ſitim ualidiorem, ac longiorem pati, quoniam ſic calor febrilis magis acuitur, vnde poſtmodum radicale humidum conſumitur magis, atq; nimium exſiccatur. *Frigidæ exhibitio.*

Demulcentia ſitim.

Quod ſi nimius potus ventriculo obſit, aut ſitis eo tempore, quo à potu abſtinendum eſt, vt in morbi paroxiſmiuè principio, vel augmēto, inualeſcat; tunc potius, ex Aetio lib. 5. c. 119. lenienda, & blandienda eſt crebra oris ex poſca ablutione, aliquaq; acetoſa, vt ſunt pruna, granata, berberi, marinellæ conditæ, citri, vel limonis fruſtra cum zuc. aut tamarindorum pulpa, in ore detinendo, confert etiā in hoc caſu, præcipuè cum ex præcordiorum, pulmonumq; incendio ſitis exoritur, crebra ſupra vas frigida aqua plenum, anhelatio.

Vermium curatio.

Vermes in his caſibus acetoſis potiſsimum, quę ipſi febri quoq; minimè officiunt, enecantur. Cuiuſmodi eſt imprimis ſuccus citri, limonis, aurātij, cum aqua acetoſæ, graminis, cichoreę, multis Theriacam, Mitridatum, ac Diaſcordeum contuliſſe cōpertum eſt. Imò Santonici etiam ſemen, quod ſementina vulgo appellatur, pulueriꝫatum, & cū melle roſ. vel oximel mixtum, ieiunoq; exhibitum, & multis alijs, & mihi ipſi plurimum profuit.

Suppreſſiōis lotij curatio.

Suppreſſum lotium difficulter admodum neq; fomentis ex parietaria, althea, arthemiſia, malua, camamilla, ſio, & ſimilibus, cum butyro, oleo de ſcorpionibus, alijsvè, educi compertum eſt; ſed in plurimis ad ipſam ſyringam deuenire neceſſe fuit, qua quidem opus fœliciſsimè ſæpius cōfectum eſt,

Intrin-

Intrinſecus tamen emulſio. 4. ſeminum frigidorũ maiorum, & granorum alchachengi in decocto parietariæ, radicis graminis, ononidis; nec non etiam clyſteres, atq; inſeſſus, fomenta, emplaſtra ex eodẽ decocto cum raphano minutim contuſo probant.

Alui profluuium in huiuſmodi febribus etiam ſymptomaticum non eſt vllo modo adſtringentibus [niſi tamen nimium ſit vt vires deijciat] vi ſupprimendũ, nè & obſtructiones adaugeantur, & retenta praua, ac putrida materia, atq; ad partes nobiliores præcipitata grauiora mala, & mortem tandẽ etiam ipſam inferat. Sed dum fluere permittitur, ſi materia acris ſit, nè inteſtina exulceret, ea clyſtere aliquo lotiuo primum abluenda, deinde pingui aliquo communienda. Interimq; eius acrimonia contrarijs alterantibus obtundenda decoctis potiſſimum absq; ſyruppis; & eius cauſæ, obſtructiones nimirum absq; nimia calefactione aperiẽtibus tollendæ; Nec non materia ſimul diureticis emulſionibus ad lotij vias deriuanda erit.

Fluxus alui curatio.

Symptomatici.

Si verò alui fluor criticus ſit, & ſufficiens, naturæ onus eſt relinquendum, cum quæ iudicantur, & iudicata ſunt integra, neq; mouere, neq; aliter agitare oporteat. Si ſit diminutus, medicamento aliquo mediocri, quod præter purgatoriam, moderatè ẽt adſtringendi, & corroboraudi facultatẽ hẽat,

Critici.

cur-

cuiuſmodi eſt Rhabarbarum, Mirabolani &c. naturæ defectui ſupplendum erit, vt prima aph. 20. id quod deficit ſupplere nos oportet; quò ex coniunctis ambob⁹ perficiatur quòd optas, & 9. meth. 5. Id verò potiſsimum erit agendum quando vt non poſsit natura ex ſeſe perfectè iudicare forè timem⁹, vt 4. aph. 22.

Superflui fluxus alui curatio. Quòd ſi fluxus eſſet ſuperfluus, vt vires proſterneret, tum retineri, ac moderari poterit; extrinſecus primum quidem diuerſionibus partium ſuperiorum, potiſsimum frictionibus, inũctionibus ventris, ex oleo myrthino, roſaceo, citoniorum. Emplaſtro etiam diaphinicone, vel de cruſta panis, & ſimilibus; Tum verò etiã intrinſecus zuc. roſ. antiquo, cum ſeminibus acetoſæ, corallis, bolo armena, terra lemnia, miua citoniorum ſine aromatibus, diacitonite, diacornu, & alijs eiuſdem claſsis adſtringentibus. Quibus tamen cautè, & prudenter vtendũ erit, nè internæ obſtructiones ipſarum febriũ cauſæ nimium adaugeantur.

Capillorum defluuij curatio. Ad defluuium verò capillorum vnguenta uaria ex laudano cum oleo myrthino; & lixiuia uaria cõfici poſſunt. Sed quia hæc potius ad ornandi artẽ, quam ad morborum curationem pertinent, propterea hoc loco miſſa facio.

De Peticularum curatione. Cap. XVIII.

INter alia huiuſmodi febrium ſymptomata præcipua occurrunt tandem & ipſæ peticulæ, à quibus potiſsimum nomen etiã deſumpſerunt; ut hac quoque ratione proprio capite de ijs à nobis agere uiſum fuerit. Circa quarum curationem, cum naturæ expellentis motu ad cutim eas fieri dixerimus, illud imprimis, ſitnè hic naturæ motus adiuuandus necnè, diſquirendum uidetur. Cum enim ſemper ferè ſymptomaticus ſit, & indecenter, ac irregulariter factus, ſi forte, eò quod ſit materiæ prauæ, ac malignæ, & à nobilioribus partibus ad omnium ignobiliſsimã, cutim nimirum non eſt impediendus; neq; tamen uidetur etiam adiuuandus quatenus per ipſum aliquid quoq; boni uel ſanguinis, uel ſpirituum cũ materia praua permixti, ac confuſi [ut qui antè coctionem, boniq; à malo ſeparationem fiat] euacuetur. Vt hinc meritò etiam fiat, quod non modo alleuiatio nulla, ſed contrarium interdum maior nempe uirium imbecillitas ſubſequatur. Propterea ut nodus hic ſatis ob uarias multorum auctorũ inter ſe contrarias ſentẽtias intricatus explicetur, ueritasq; huius quæſiti, ſitnè ſymptomaticus motus adiuuandus,

Num peticularũ motus ſit adiuuandus.

uandus,uel potius impediendus,magis innoteſcat, imprimis illud diſquirēdum occurrit, poſsitnè aliquando motus ſymptomaticus utilis eſſe, an uerò ſit ſemper noxius. Si enim aliquam poſsit quandoq; adferre utilitatem, nō erit quod impediatur. Ad id aūt probè dilucidandum, quænam conditiones ut aliquis motus ſit criticus requirantur uidere oportet. Cum enim rectus ſui ſit, & obliqui iudex, facilè etiam eo cognito, quiſnam ſymptomaticus ſit dicendus apparebit. Triplicem enim humorum in noſtris corporibus motum eſſe poſſe, antea etiā de peticularum differentijs agētes diximus,ut Gal. primo,de diff.febrium cap.6. & lib. 3. de criſibus, ubi de puris generatione loquitur, manifeſtè ſatis colligitur. Alius enim eſt ſimpliciter, & perfectè criticus; alius ſimpliciter,atq; omnino ſymptomaticus; tertius tandem inter hos extremos medius per utriuſq; extremi conditionum participationē.

Symptomaticus motus ſit nè aliquā do vtilis.

Triplex humorum motus.

Criticus ſimpliciter.

Simpliciter criticus motus ille uerè eſt, & dicitū, ut magna ex parte à Gal.4. aph.47. colligitur, qui has conditiones habet. Prima ut à ſola expultrice facultate regulariter operante fiat. Ex hac aliæ cōſequuntur, vt nimirum ſit eorum, quæ in corpore noxam faciunt non aliorum, ac conſequenter quæ naturæ morbi, temperaturæ, ætati, tempori,& ſimilibus correſpondet; iuxta illud, ſi talia deijciantur,

qua-

qualia oportet confert,&c. & ex aph. illo deiectiones non multitudine,ſed ſi talia deijciam &c. & 4. aph. 22. Decretoria non decernentia, aut lethalia, aut difficilia. Tertia vt poſt perfectam coctionem fiat,atq; poſt prauorum humorum à bonis ſeparationem. 4. vt fiat in die critica. 5. vt ſit omnimoda, ac ſufficiens extra corpus prauorũ, nõ tamen ſuperflua expulſio. 6. vt per vias condecentes fiat. 7. tandem,& vltima,quę aliorum tanq̃ effectus quidã eſt, vt optima tollerantia omnimodaq; morbi ſolutio ſubſequatur. Facultates namq; naturales corpus noſtrum regentes,& quarum proprium eſt contra res ipſas præter naturam pugnare, ſunt tanq̃ chor⁹ quidam, ſibiq; inuicem ſubordinatæ. Attrahit. n. primò attractrix; debito deinde tempore, quoad concoqui poſsit, retinet ipſa retentrix; concoquit interea concoctrix; tum demum perfecta,atq; abſoluta concoctione inſurgit ad expellendum expultrix id,quod expelli debet, per vicinas,ac conueniẽtes magis regiones. Naturalis enim facultatis,ſeu nutritiuæ opus eſt ipſa nutritio, ad quam quidẽ allicere quod familiare eſt, quod alienũ excernere, retinere verò,& alterare quod familiare eſt alimentũ, vt Gal. 4. de pręſagio expulſibus cap. vltimò docet. Vt propterea motus hic expellendi noxia;& aliena, & à Gal.& ab alijs etiam ſolius naturæ eſſe dicatur:

Facultatum naturalium ſubordinatio.

quod nimirum natura comparatum ſit, vt poſtquã facta eſt perfecta concoctio, & ſeparatio, ſuperflua, & inutilia ab expultrice naturali facultate expellãt, vt idem quoq; Gal. 4. aph. 22. teſtatum reliquit cũ inquit, Siquidem oportet coctionem præire, ſubſequi diſcretionem, poſtea euacuationem, vt bona ſit criſis: alioqui enim confuſa, hoc eſt nõ minus boni, quàm mali fiet euacuatio, ſed hæc de motu critico ſimpliciter.

Symptomatici ſimpliciter motus cõditiones.

Succedit modo ſymptomaticus, vbi illud imprimis ſciendum, euacuationem ſymptomaticam duplicem eſſe; alia quidem eſt quæ opponitur naturali, & ſic omnis euacuatio non naturalis, vt eſt quicunq; ſanguinis fluxus è naribus, & huiuſmodi pter naturã ſymptomatica dicitur. Quæ quidẽ pter naturã euacuatio multiplex quoq; eſt, alia nimirũ talis toto genere; alia multitudine, alia qualitate, alia loco, alia tempore. Alia verò euacuatio ſymptomatica dicitur, prout criticę contra diſtinguitur.

Euacuatio pter naturã multiplex

Vnde patet naturalem, & criticam valde inter ſe diuerſas eſſe; quandoquidem poteſt eſſe aliqua non naturalis, quæ tamen erit modo critica, modo ſymptomatica, vt iam dictus ſanguinis fluxus è naribus. Simpliciter igitur, atq; omnibus numeris ſymptomaticus erit motus ille, qui à ſolo fit morbo, atq; ex contentricis potius facultatis, imbecillitate,

litate quàm expultricis robore dependet, cuiuſmodo ſudor diaphoreticus, qui proximè morituris erũpit, eſſe ſolet. Huiuſmodi igitur motus erit, qui nõ quæ peccant, ſed alia diuerſa, & potius bona quàm mala euacuat; qui in morbi principio, vel augmento, vel etiam principio ſtatus ſi nõ cum cruditatis, ſaltem cum imperfectę coctionis ſignis, qui in die non critica, qui diminutè, vel etiam ſuperflue licet qualia oportet euacuet; qui per vias indecẽtes, & ad quem, vel ipſa mors, vel in multo deteriorẽ ſtatum ſaltem lapſus ſubſequitur. In quo igitur omnes hæ conditiones concurrunt, abſolutè ſymptomaticus appellabitur.

Inter duos verò hos extremos medius motus erit ille, qui aliquas vtriuſq; habebit conditiones, ita vt ex parte ſecundum aliquas ſit criticus, ſecũdum aliquas verò etiam ſymptomaticus; magis verò, vel minus ad alterum illorum extremorum accedet, prout vnius, quam alterius plures participauerit conditiones. Verum quoniam per raro admodũ in vnica aliqua euacuatione, ſiue motu omnes illæ conditiones concurrunt; propterea raro etiam tales motus extremi, vel ſimpliciter critici, vel ſimpliciter ſymptomatici reperiuntur: ſed ferè omnes medij exiſtunt, vt ideò tales non ſimpliciter, ſed ſecundum quid alicuius nimirum illorũ

Medius motus inter criticũ, & ſymptomaticum

conditionis reſpectu dicantur. Præcipui tamen ex ſuperius enumeratis motibus ſymptomaticis. 4. ſunt, quando. ſ. quantitate, vel qualitate, vel tempore, vel loco à perfectè critico declinat. His igitur prælibatis ad quæſitum modò his poſitionibus reſpondemus. Prima concluſio. Si naturæ euacuatio ſit omninò critica, ac perfecta, ei onus totum eſt relinquendum, iuxta illud 1. aphor. 20. & 21. Quæ iudicãtur & iudicata ſunt integrè, &c. ſi verò ſit critica quidem, ſed imperfecta, naturæ opé ferre, eiusq́; conatum adiuuare debemus, iuxta illud quo natura vergit &c. Secunda concluſio. Si euacuatio ſit ſimpliciter, & omnino ſymptomatica, nequaquàm adiuuãda, ſed potius impediẽda erit ex Gal. 1. aph. 21. cibi inquit, oportet Medicum naturæ propenſionem attendere, & ſi quidem idonea fuerit, ei conuenit cooperari; ſi verò contraria, & noxia, hanc prohibere, & reuellere oportet. Si verò non ſimpliciter, ſed ſecundum quid tantũ ſit ſymptomatica ita diſtinguendum eſt. Tertia concluſio. Euacuatio qualitate ſymptomatica, in qua nimirum non quæ morbum faciunt, ſed alia euacuantur perpetuò nocet, ideò ſemper cohiberi debet. Namq́; non euacuari quod euacuari deberet; ſed retineri intus, atq́; exire quæ deberent retineri, ſemper nocuum eſt; cũ non modò, quæ facit mor-

Prima cõcl. Secũda cõcl. Tertia cõcl.

bum

bum cauſa non educatur, ſed ſæpè etiam id, quod cauſæ morbificæ quoddam veluti phrenum eſt euacuetur, quo educto morbi cauſa ſæuior fit, magisq́; furit. Veluti ſi in hydrope aſcite redundãte aqua, materia frigidá & humida, purgetur bilis, quæ ipſius quoddam veluti phrenum, ac correctiuum eſt, quis non videt magis multò refrigeratũ iri corpus? Vt propterea nõ immeritò Medici illi reprehendantur, qui in tali morbo purgandi ratione Rhabarb. vtuntur. Idem de ſanguinis euacuatione in hydrope dicendum eſt, modo tamen ex aliqua eius conſueta euacuatione ſuppreſſa morbus nõ foueatur. Huiuſmodi exemplũ hiſce proximis diebus in hac ciuitate habuimus, in quodam iuuene, qui narium ſanguinis fluxu, cum licet varijs ingenijs ſupprimeretur, per breuia admodum tamen interualla rediret, citius multo, quam ex ſola hydrope feciſſet, interijt. Quarta concluſio. Euacuatio quantitate nimia, & excedente perpetuò nocet, ideo etiã ſiſtenda; alioqui enim in cõtrarium ſæpè morbum, & ad extremam virium imbecillitatẽ deducit. Vnà enim cum malo boni etiam aliquid, caloris innati, ac ſpirituum ſaltem ſemper euacuatur. Vt ideo dicat Hip. 2. aph. Plurimum atq; repente euacuare, vel replere, calefacere, & huiuſmodi, periculoſum, & prima aph. 3. Neq; tamen compreſsiones com..

Rhabarbarũ in hydrope quomodo cõueniat.

Quarta cõcl.

Nam inquit, vt in vniuerſum dicamus, in omni euacuatione vires ægroti oportet attendere, & donec tollerant, nec laborant tentandum eſt humorem exuperantem educere; Cum vero diſſoluuntur vires, etiam ſi reſtent aliquæ ſuperfluitates, cauere oportet earum euacuationẽ. Si igitur ſiſtenda eſt euacuatio etiam quando reliquiæ humorum prauorũ reſtant, ſi vires debiles ſint redditæ; ergò multò magis erit ſupprimenda, qñ nimia erit euacuatio.

Quinta cõcl. Quinta concluſio. Euacuatio ratione tantũ temporis ſymptomatica, in qua. ſ. nihil prꝫter naturam eſt, quã quòd ante tẽpus, atq; ante perfectã coctionẽ fiat circa morbi principia, poteſt aliquando eſſe vtilis; & conſequenter non ſtatim ſupprimenda. *Quæ euacuatio ſymptomatica vtilis aliquãdo ſit.* Per hanc ſiquidem materiæ morboſæ copia minuitur, vt reliquias deinde facilius poſsit ſuperare natura; atq; indè non leuis ſequitur morbi alleuiatio. In febrium enim tertianarum acceſsionibus vomitus bilioſos paroxiſmum alleuiare manifeſtiſsimè conſpicimus; ſic ſi in pituitoſorum morborũ principijs pituitoſa excrementa deijciantur non nè ipſius morbi fomes minuetur, ac conſequenter non nè à natura quod reliquum remanet coctione ſuperabitur? ita profectò. Ni enim hoc eſſet quorſum Medici ferè omnes, & Hip. atq; Gal. ipſe, inchoantibus morbis ſi quid mouendum videtur, mouere

præ-

præciperent? Neq; de materia tantum turgente eos loqutos eſſe dicendum erit, quandoquidē cum in com. dicat Gal. Quò minoratam materiam facilius poſsit deinde natura cōcoquere, videtur manifeſte non de turgentia, ſed de nimia humorum quantitate, quæ niſi minuatur, à natura ſuperari non poſsit eos loquutos eſſe. Si igitur huiuſmodi euacuatio in principio facta, reſpectiuè ſaltem non rarò vtilis eſſe ſolet, cur ſi etiam tunc vrgente aliqua neceſsitate à natura fiat, talis eſſe non poterit? Quandoquidem ad huiuſmodi euacuationes arte faciendas ipſius naturæ imitatione inducitur Medicus, quem tamen conſtat eam benè tantummodo operantem ipſum imitari debere iuxta Hipp. prima aphor. 2. In perturbationibus ventris &c. Eò verò minus cohibenda erit euacuatio huiuſmodi ſolo tempore ſymptomatica, quò virtus fuerit validior, eamque facilius tollerare, quod pulſus maximè indicabit, videatur. Tunc enim non ex virtutis retentricis relaxatione, ſed potius ob expultricis antè tempus, vel à quantitate, vel à qualitate materiæ ſtimulatæ robur perficitur. Cum enim perfectæ coctionis, & iudicationis tempus expectare non poſsit abſq; ſummo periculo, mauult crudæ adhuc materiæ portionē antè tempus pro maiori periculo euitando, expellendo

Medicus benè tantū operantem naturam imitari debet.

Coacta natura antè coctionem ſæpè expellit.

pellendo ordinem alioqui conſuetum peruertere; quàm perfectam coctionem expectãdo, antequàm ea adueniat, ipſi morbo omninò ſuccumbere. Quæcunq; igitur exeuntia ſua qualitate, humoris, à quo malum fit, naturæ atteſtantia eixre cum bona ægri, ac virium tollerantia conſpiciuntur, prodire ſunt permittenda; contraria verò cum virtus potiſsimum debilitatur, ſunt cohibenda.

Cur euacuatiões in principio factæ vituperẽtur.

Vituperantur verò ab Hip. & à Gal. huiuſmodi euacuationes ãnte coctionem factæ, licet talia qualia debent, educantur, non ſimpliciter, ſed reſpectu omnino criticæ, quæ poſt perfectam fit coctionem; atq; præterea tãquam prauæ diſpoſitionis antè debitum tempus naturam irritantis indicia; cum nimirum magnam humorum quantitatem, vel prauam qualitatem oſtendant; quam proinde tutius ſit quamprimum euacuari, ac minui ex parte, ſaltẽ, quàm cum certo interitus periculo intus detineri, ac reſeruari. Neq; etiam, quod huiuſmodi euacuatio ſit pręter naturam, ideò ſtatim ſupprimẽda erit.

Morbus etiã aliquando iuuat.

Namque etiam res aliqua ex ſeſe præter naturam, quandoq; vtilitatem aliquam afferre poteſt, atque auxilij rationem obtinere, cuiuſmodi eſt febris cõuulſioni, ex repletione, vel paraliſi ſuperueniens, quæ quidem tantum abeſt, vt ſit tollenda, vt ſi nõ adſit, ex omnium pœnè Medicorum ſententia, ſit

pro-

procuranda. Exſiccando enim nimiam neruorum humiditatem priores illos morbos auferre poteſt.

Quæſtionis reſolutio; an peticularum motus ſit ad iuuandus.

Cum igitur, vt ad propoſitæ quæſtionis reſolutionem accedamus, antea motum hunc aliquãdo quidem licet rarò perfectè criticum, aliquando verò ſymptomaticum eſſe affirmauerimus; modo dicimus, quod quando eſt omninò criticus, & perfectus, naturæ totũ onus eſt permittendũ; iuxta illud aph. Quæ iudicantur integrè &c. Si verò ſit criticus imperfectus tamen, erit adiuuandus, vt ex eodẽ colligit, & inde Quò natura vergit per loca &c.

Quando eſt ſymptomaticus.

Quando verò eſt ſymptomaticus, quod in quæſtione poſitum fuit, quid agendum? Cum tunc non ſit niſi ſolo tempore ſymptomaticus, ſcilicet, ante perfectam coctionem; & imperfectus, ſitq; ad partem cõdecentem, & à natura expellente noxios humores, & cum alleuiatione factus, videtur profectò omni ingenio, ac ratione adiuuandus, vt iam dicetur. In Sileno enim ſecundo ægrotante, vt Gal. refert. 3. in primum epidemiorum, tanti iuuamenti fuit conſimilis, quãuis ſymptomatica, vt in 8. morbi die facta papularum erruptio, vt qui in octaua morbi die ratione morbi peſſimi moriturus eſſet, harum papularum, & virtutis roboris ratiõe, ad xi. vſq; v. tã protraxerit. Vt hinc clarè colligatur motum hunc quocunq; tempore fiat, materia praua

Sileni exẽpl.

ab intimis,& nobilioribus ad externas, & ignobiliores partes tranſmiſſa plurimam afferre poſſe vtilitatem, & conſequenter potius adiuuandum, quã impediendum eſſe; cum Eriſipelas ab intro ad extra verti bonum eſſe, Hip. auctoritate conſtet, & Gal. in 6. de vulg. morb. dicat, Succos ad cutim uergentes per illam eſſe euacuandos, iuxta illud, ut diximus. Quò natura uergit &c. Quod quidem ubi materia maligna ſit, potiſsimum eſt agendum, ut quam maximè à principibus partibus reuellatur. Vt in cura bubonis peſtilentis omnes practici affirmant potiſsimã intentionẽ eſſe, motũ illum naturæ etiã in principio, licet ſit ſymptomaticus, validè attrahentibus eſſe addiuuandum, cum ſit materię malignæ à nobilioribus partibus ad ignobiliores, vt & cucurbitulas, & vnctiones, & emplaſtra attrahentia adhibeant. Idem etiam in parotidibus omnes pręcipiunt, motum nimirum illum eſſe adiuuandum.

Peticularũ motus quomodo adiuuandus.

Cum igitur hic motus ſit adiuuãdus, reliquum eſt videre quibus auxilijs id pſici poſsit. Quid hoc in caſu de venæ ſectione ſtatuendũ ſit, antea etiam explicatum fuit; nimirum quod magna in corpore exiſtẽte plenitudine, vt ẽt ĩ cura varioloꝝ affirmat Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. c. 10. quò ea ſubleuata natura fortius deinde expellat, etiam apparentibus quandocunq; peticulis, ſi virtus cõſtet, tutò ſecari poſsit vena;

Vena ſectio quando adhibenda.

vena; nullamq́; indè timendā eſſe humorū concentrationem; quæ tamen in exigua plenitudine forſan ſi non ipſorū humorū, qui iā in cutim depoſiti ſunt, eorū ſaltē, qui ad eā confluūt timeri poſſet. Hi enim fortaſſe ab inanitis nimiū venis facilè retrahi, ac reuocari poſſent, atq́; ad principaliores partes deduci, potiſsimū quando, vt aliàs diximus, putredinis focus circa meſentereū poſitus eſſet; brachijq́; vena ſecaretur. Vndè cum paulò poſt in eodem citato de variolis capite Auic. venæ ſectionē damnare vſ eò quod, vt inquit, repellat, & cōuertat illud quod repellit, nō ſimpliciter, ſed vbi vel nulla, vel exigua ī corpore eſt plenitudo, eū loq. exiſtimare debem?.

Verū qm̄ huius dicti, quod venæ ſectio humores trahat ad exteriora, non aūt humores à circūferētia ad centrū reuocet, probationē, aliàs quoq́; in hunc vſq́; locū diſtulimus; propterea vt hoc firmius conſtet, hoc loco paucis comprobandū occurrit. In primis. n. id Auic. auctoritate cōſtat. Is nāq́; 4. primi. ca. 20. inquit ſectionē venæ exſiccare ventrē, & retinere naturā; quod profectò alia ratiōe pſtare poſſe nō videtur, niſi quod ad diuerſum trahat, hoc eſt ad exteriora, vt idem teſtatur. Idē eadem ratione phlebotomiā, vt fluxus ſanguinis ex matrice prohibeat, laudat. Idem Auic. li. 4. f. 16. t. 2. c. 6. in fluxu ſang. excoriatiuo fiat phlebotomia inquit, & extrahat ex

Venæ ſectio humores potius ad exteriora trahit.

contrario motus partis eius, & cap. 12. eiusdẽ, Melius eſt inquit, vt extrahantur humores per phlebotomiam. Cum præterea non modo idem Auic. loco iam citato, ſed Gal. quoq; 4. de tuenda ſanitate, cap. 4. & 9. meth. ſi vbi in inteſtinis, vel ventriculo cruditates adſunt, niſi hæ prius educantur, venæ ſectionem prohibent? Non alia certè de cauſa niſi nè, ſecta vena cruditates illæ ad intra venas ipſas attrahantur, ergò ſignum manifeſtiſsimum eſt ſectionem venæ ab internis ad externas partes, & non è contra, humores attrahere. Aetius quoq; libr. 5. cap. 136. in febribus peſtilentibus cum vibicibus ſtatim à principio, niſi quid prohibuerit, ſanguinis miſsionem faciendam eſſe præcipit, vt retrocedere prohibeantur. Exonerata namq; natura interna ad exteriora facilius protrudit. Idem Altimarus quoq; affirmat, in febrium peſtilentium cura.

Aetij auctoritas.

Præter venæ ſectionem multa alia quoq; reperiuntur, quę peticularum exitum adiuuare poſſunt, tàm extrinſeca quàm intrinſeca. Inter intrinſeca hæc potiſsimum connumerantur, aqua ſecundæ decoctionis lentium cum caricis, capil. ven. radicũ vrticæ, hordei, ſem. rapporum, radicum graminis, aſparagorum, fœniculi, liquiritiæ, aceroſæ, florum cordialium, perſonatæ, cardui benedicti, bardanę, quibus etiam aliquid, vel ſalſæ periliæ, vel chynæ,

Intrinſ peticularum exitum iuuantia.

&

& huiuſmodi, quæ ſudorem ſine manifeſta calidi-tate prouocant, & ſæpè iam experientia contuliſſe compertum eſt. Huc ea omnia ferè referri poſſunt quæ de variolarum expulſione ab Auic. proponuntur, lib. 4. f. 1. tr. 4. c. 10. Huiuſmodi decoctis ſyrupus acetoſus ſimpl. vel de limonibus adhiberi poteſt, & bis in die exhiberi, & ante decocta, & ſyrup. optimum erit immediatè exhibere puluerem vnicornu cum fragmentis cordialibus & lapide bezaar.

Quæri iure hoc loco poſſet, num hoc in caſu apparentibus nimirum peticulis, præſtet, inter antidota, magis Theriaca, an verò Mitridato vti? Cum enim trociſcorum de vipera facultate, ac vi videatur Theriaca humores noxios ad cutim magis propellere, atq; eo tanquam etiam ad partem condecentem vergat natura eius motus, alioqui, vt diximus, vtilis, per Theriacam videtur magis adiuuari; qua ratione Galenus quoq; ipſe vino viperino in lepra ſummo cum iuuamento vſus eſt.

Theriaca an Mitridato vti præſtet apparentib. peticulis.

Verum quoniam Medicus Rationalis in id omni ſtudio debet incumbere, vt iuuet quidem, ſed cũ quàm minimo, vel etiam nullo, ſi fieri poteſt, nocumento; quamuis ſupponamus à qualitate occulta, ſeu tota forma, & tẽperamento, vtrunq; æquè prodeſſe poſſe, cum tamen Theriaca maioris caliditatis ob prædictos trociſcos Mitridatica ipſa cõpoſi-

Reſponſio. poſitione eſſe videatur, ita diffinienda hæc quæſtio erit; Quod. Cvbi febrilis calor mitis ſit, in corpore, ætate, ac temperamento &c. frigidis, Theriaca potius ſit vtendum.

In oppoſitis verò, in tempore nempè calido, cõſimili temperamento ætate, habitu, & huiuſmodi, præſtare Mitridati vſum; quibus etiam, vt alias diximus, conſeruam aliquam ſimul refrigerãtem, & cordialem comiſcere, quò eorum caliditas excedẽs corrigatur, optimum erit. Neq; profectò ad Theriacę vſum, vt in quartana febre, ita in his, expectanda eſt humorum concoctio. Nam magis vrget malignitas ad indicandum, quàm cruditas ad prohibendum; Cum potiſsimũ ea non vt aperiamus, vel craſſos humores attenuemus, aut incidãs, vel euacuemus; ſed potius vt malignam qualitatẽ obtundamus, vtamur.

Extrinſeca peticularum exitum iuuãtia. Quę verò extrinſecus adhibita peticularum extractionem adiuuare poſſunt, multa quoque ſunt. *Cucurbitulæ* Cucurbitulæ imprimis ipſæ occurrunt, tum ſiccæ, tum ẽt ſcarificatæ: Siccis potiſsimũ vtimur vbi leuiter abſq; euacuatione, quod ea ſufficienter iã præmiſſa ſit, naturæ tm̃ motum adiuuare intendimus; Scarificatis verò, vbi valentius extrahere & ſimul ẽt aliquã plenitudinẽ relictã minuere cupimus, maximè, ubi iã antea nõ ſufficiẽter ſang. fuerit euacuat⁹.

Sunt

Sunt præterea, & frictiones, quę quidem mediocres eſſe debent, atq; uel manibus calidis, uel pānis rubeis de ſcarlato præcipuè adminiſtratæ.

Confert etiam eo tempore iiſdem pānis rubeis, qui ſanguinem ad ſeſe foras alliciendi ſimilitudinis ratione facultatem habere exiſtimātur, ut Gal. lib. de ſubfiguratiōe empirica teſtat̄, patiētes cōtegere. *Pāni rubei.*

Si uerò ſine multa agitatione humorum eos ad cutim euocare intendimus abſq; ullo uirium detrimento, optima eſt inunctio illa Aetij, quam lib. 5. c. 130. proponit ex hydrelęo, & nitro. quæ quidem cutim relaxandi, poros aperiendi, ac humores euocandi, ac diſſoluendi uim habet; nec non ēt calorē febrilem ſimul contemperandi. Sed dices, oleum potius prohibere diſſolutionē, ideo hectici poſt balneum oleo liniuntur. Auic. etiam in cap. de uariolis cum erumpunt prohibet olei adminiſtrationem. Dicendum oleum ſimplex non cōuenire, ſed benè medicatum. Ad has igitur intentiones conſideratè reſpicientes, ingredientium doſim pro neceſſitate uariare poterimus. Si namq; calor febrilis, & intus, & extra ſit inſignis, ea arte materia eſt euocanda, ut inde tamen calor non adaugeatur, ſed miteſcat potius, quo in caſu ita præſcribi poterit. *Inunctio Aetij* *Diuerſimodè ea eſt conficienda.*

℞. Aquæ communis uel acetoſæ lib. 5.

Olei communis unc. iij. nitri ℨ. ij. miſce.

atq;

at ꝗ; ſimul parum ad ignem bulliant.

Si verò febrilis calor non fuerit ita intenſus, vt intus, & extra æquè ſe habeat, ita præparetur.

℞. Olei cõis, aquæ com. vel acetoſæ añ. unc. ij.
Nitri ℥ iij. miſce. vt ſupra.

Si verò contingat, vt extra ſit frigus, intus verò calor hunc in modum præparari poterit.

℞. Aquæ com. vel camamel. dr. ij. olei cõmunis, vel camamel. aut anethini, aut etiam nardini, [hæc enim inter metaſyncritica, ideſt, ex alto humores euocandi facultatem habentia, lib. de ſimplicibus medicamentis ad Paternianum cap. de oleo, recenſet Gal.] nitri unc. ʒ. miſce. vt ſupra, ſic vnguentũ re ſumptiuum, oleũ amigdal. dul. aqua calida, in qua bull. flo. cam meli, melloti, maluarũ. Adminiſtrẽt autem huiuſmodi vnctiones partibus illis in quibꝰ peticulæ erumpũt, atq; vt facilius, ac maior fiat materię morboſæ ad ipſam cutim attractio; moderatè fricando adhibeantur. Ex eodem etiam Aetio li. 3. c. 225. 232. cutim rarefaciunt althea, rad. cucum. agreſtis. abrotanum in ol. maturo coctum.

Metaſyncritica.

Dubitatiões circa curam peticularum cũ alys ſymptomatibus.

Prima

Quando alui fluor peticu. coniungitur.

Priuſquàm verò huic de peticulis ſermoni extremam manum imponamus, quædam dubitationes ad ipſam praxim maximè pertinentes definiendæ occurrunt. Quarum prima erit, ſi apparentibus peticulis; etiã alui fluor ſuperueniat, quid agendũ?

Cum

Cum eodem tempore contrarias euacuationes mo litur natura maximæ ui, & irritationi à morbificis cauſis factæ ſemper eſt adſcribendum, propter q̃d magnum hoc irritamentum Natura ita diſtrahitur, vt nulli poſtmodum euacuationi perfectè abſoluẽdæ ſatis eſſe poſsit. Ex Gal. tamẽ & Hipp. præcipuè lib. de humoribus, quotieſcunq; humor infeſtans euacuatur, ſiue id criticè, ſiue ſymptomaticè fiat, ut ſupra latius etiam diximus, nequaquam eſt ſupprimendus, ſed Medico interim alterantibus morbificis cauſis blande occurrente, naturæ totum id opus, niſi tamẽ quãtitate excedat, eſt relinquendũ.

Vcxij humoris fluxus nõ eſt impediendus.

Quod ſi immodica fluxio, & euacuatio fuerit, cohibenda erit. Si uerò pauca, & inſufficiens quæ totam materiam morbificam educere non valeat, irritare, atq; iuuare, modo ad decentem partẽ vergat, Naturam oportet, non modo per aluum, ſed per lotium, aut per ſudorem etiam, ſi ad eas partes natura inclinet; quò ex coniunctis ambobus, euacuatio perficiatur. Quare & permittendus erit mo deratus fluxus, ſi ſit materiæ morbum facientis, & interim etiam leuibus frictionibus ſupraſcriptam Aetij inunctionem adminiſtrare poterimus.

Secunda Quando peticulis menſiũ fluxus coniungitur.

Secunda dubitatio. Si in mulieribus, vt multis quidem præ maxima humorum copia, ac prauitate vſu venit, dum erumpunt peticulæ, cõtingat etiã

Z z menſes

menſes ſuperuenire; atq; ſi alteram euacuationem iuuare velimus, neceſſariò, altera impediatur, vtquę ſibi contrariæ ſint, vna.ſ.a centro ad circumferentiam, alia è contra, tendente, quid in hoc caſu erit agendum? Cum enim altera, per menſes, ſcilicet euacuatio ſit naturalis; altera verò, quæ nempè per cutim fit, licet præter naturam, & aliquando etiam ſymptomatica ſit, quoniam tamē ad partem ignobilem materia peccans vergit, neutra non modo non impedienda, ſed potius vtraq; maximè adiuuanda videtur.

Pro reſolutione notandum. Vt in huiuſmodi ancipiti caſu, in quo præſtantiſsimi etiam Medici ſæpè perplexi redduntur, aliquid determinatè ſtabilire poſsimus, diſtinctione vtendum videtur; Num.ſ.tunc conſuetum ſit tempus menſtruæ purgationis, nec ne? & ſi ſit, an ſufficienter, vel diminutè, vel etiam ſuperfluè fluant. Si namq; tempus conſuetum ſit, & moderatè fluant, neutra euacuatio eſt interturbanda, ſed totum id opus ipſi naturæ erit relinquendum. Contentiq; tū eſſe debemus leuibus circa dorſum citra frictionem tamen inunctionibus; vt per cutim quidē euacuatio iuuetur, ſine menſium tamen vllo, vel quam exiguo detrimento. Si verò debito quidem tempore, ſed diminutè menſes fluant, cum tunc vniuerſalis totius corporis plenitudo ex determinata illa,

Quando tempus eſt conſuetum.

Quando diminutè fluūt

ac

ac particulari vteri plenitudine pendeat, hæc prius tanquam alterius cauſa inanienda, vel per ſectionē ſaphenæ ſi magna ſit plenitudo, & robur virium adſit; vel per cucurbitulas coxis ipſis intrinſecus adhibitas, ſi virt⁹ imbecillior, vel plenitudo exigua fuerit. Neq; tunc vt humores in cutim tendentes retrahantur forè timendum eſt, cum, vt ſuperius dum de venæ ſectione, & purgatione ageremus, diximus, via admodum diſtans ſit, atq; longinqua.

At ſi debito quidā tempore, ſed immodicè fluāt menſes, vt indè robur virium proſternatur, tunc cum ſint potius ſupprimendi, præter inunctionē illam ex oleo de Nitro Aetij, conferet quoq; validiores frictiones ipſi dorſo, vel etiam cucurbitulas ſiccas ſaltem adhibere; vt & ab vtero immodicum fluxum reuellamus, & euacuationem per cutim ſimul adiuuemus. *Quando immodicè fluūt*

Si verò extra tempus conſuetum ipſi mulieri, [variat enim plurimum in diuerſis pro ætatis, habitus, victus, vitæ genere. & huiuſmodi ratione] mēſes aduenerint, ſi id tardius ſit, erunt potius promouendi, vt ſupra dictum eſt. Si verò tempus conſuetum anticipent, cum id potiſsimum ratione, vel acuitatis, aut malignitatis, vel quantitatis ante tempus naturam ad excretionem ſtimulantis fiat; prauæ hæ qualitates contrarijs alterantibus obtunden *Quando anticipant.*

dæ ſunt, reliquum onus interim Naturæ committendum.

Tertia Quando menſtrua anticipantia diminutè fluunt.

Tertia difficultas eſt; Quod ſi eueniat in harum febrium initio cum nulla adhuc facta eſt euacuatio ſeu ventris lenitio, vt menſtrua ipſa etiam conſuetum tempus anticipantia ſuperueniant; atq; ſimul diminutè fluant, potiſsimum verò quando tunc etiam peticulæ ſuperueniunt [quod quidem rarò admodum fieri ſolet, vt antè quartam ſaltem appareant] quid tunc agendum? Secanda nè ſaphena, vt menſium diminutioni ſuppleatur? An cucurbitulæ dorſo, vt naturæ motus adiuuetur adhibendæ? An verò leniens medicamentum, quò primarum viarum cruditates tollantur, ſimulq; alterantibus ipſis aditus aperiatur prius exhibendum?

Reſolutio.

In hac indicantium contrarietate, ab eo pariter, vt alias diximus, eſt inchoandum, à quo maius commodum, minus verò incómodum impendet. Cum igitur, niſi prius lenita aluo, neq; venæ ſectio, neq; cucurbitulæ tutò adminiſtrari poſsint, leniẽs prius, vt à quo etiam Naturę motus impediri non poteſt, eſt exhibendum: deindè vt vniuerſalior euacuatio præmittatur, & uteri plenitudo per deriuationem tollatur, hyrudines ano ſunt admouendæ; Ad cucurbitulas tandẽ tanquàm ad particulare poſt uniuerſaliora remedium deuenire poterimus. Sed de

diffi-

difficultatibus his, quæ crebrius contingunt, atq; in medendo maiorem ambiguitatem parere poſſunt hæc dicta ſufficiant; Cum iam tempus ſit vt inſtituto ſermoni receptui canamus, finemq; tandem imponamus, illud à Deo optimo Max. omniũ bonorum largitore ſumma animi demiſsione ſupplicantes, vt pro ſua clementia tanta mala à ceruicibus noſtris auertere non dedignetur. Quod vt facilius conſequi, ſimulq; diuinorum munerum participes fieri poſsimus, cũ, vt Gal. quoq; teſtatur primo, de diff. feb. cap. 4. nulla forma niſi in materiã prædiſpoſitam introducatur, vt Chriſtiani quoq; in id omni ſtudio, ac diligentia incũbere debemus, vt nos, actionesq; noſtras, atq; cor ipſum imprimis quod quoddam veluti ſacrarium, atq; diuinæ illius gratiæ templum, ac domicilium habetur, ita componamus; vt illam quoq;, à qua bonis omnibus copioſiſsimè cumulabimur, conſequi poſſumus. Quod nobis concedat ille, qui omnia poteſt; cui ſummus ſit honor, & gloria. *Concluſio Tractatus.*

Tractatus de feb. peticulari Finis.

DE LIBELLO VESICATORIORVM AD AVCTOREM.

Quam curam non ante tulit iam Aſclepius vnquã
Phœnigmi, antè alios Octauiane doces.

Tho. Croſ. Med. Triden.

DE VESICATORIIS EIVSDEM OCTAVIANI ROBORETI TRIDENTINI, TRACTATVS.

¶An in his febribus malignis conueniant. Caput Primum.

QVONIAM in huiuſmodi malignarum febrium, earundemq́; ſymptomatum curatione, Veſicatoriorum, tanquàm nō ſummè modo vtiliū, ſed planè neceſſariorum auxiliorū non ſemel facta eſt mentio; hocq́; an ſcilicet conueniant, à pleriſq́; in dubium vocari ſolet; propterea pro maiori ſupra iam dictorum cōfirmatione, ac claritate hac de re paulò diligentiorem examinationem inſtituendam, atq́; his ſubiungendam duxi; Cum præſertim nemo ſit, quòd quidem hactenus ego ſciam, qui rem hanc ex inſtituto pertractarit, quàm tamen Medicinæ ſtudioſis, ac ſyncerae veritatis

Continuatio cum præcedenti tractatu.

ritatis amatoribus, neq; inutilem, neq; iniucundã forè confido.

Veſicatoriũ duo ſignific. Vt igitur æquiuocatio primũ tollatur, pateatq; id, de quo quæſtio inſtituitur, Cum Veſicatorium duo potiſsimum communiter ſignificare ſoleat; & vlcus nimirum planum cum veſica à medicamento acri extrinſecus corpori adhibito excitatum: & tale etiam ipſum, quod id pręſtare poteſt medicamentum; pro hoc ſecundo hoc in loco capitur; atq; ita *Veſicatorij deſcriptio.* per Veſicatorium genus quoddam auxilij intelligimus facultatem adeò calidam, vt ad quartum caliditatis gradum accedat, habens, vt cutim cui applicatur, à carne ſubiecta ſeparet, interſtitiumq; illud tum ratione vacui, tùm meritò excellentis caliditatis, ſubſtantiæq; nonnunquàm ſimilitudine humore tenui, ac ichoroſo, & aliquãdo maligno attracto repleat, & ſic veſicam, ac bullam efficiat; qua detracta remanet in parte illa vlcus planum, per quod materiæ morboſæ portio euacuatur; natura etiam poſtmodũ à reliquo corpore humores noxios per partem hanc vlceratam promptius vtpotè debiliorem redditam recipientem, expellente: Vt hac ratione ab internis, & nobilioribus partibus ad externas & ignobiliores noxiorum humorum fluxio aſsidua excitetur. Quandoquidem, vt Gal. lib. de naturalibus facultatibus memoriæ proditũ reliquit,

ita natura comparatum eſt, vt ad imbecilliores partes à validioribus quæcunq; continẽtur excrementa aſsiduò protrudantur: quam proinde fluxionem noxiorum à principibus partibus auerſio, atq; reuulſio ſequatur neceſſe eſt. Vt propterea iure merito huius generis Veſicantia medicamenta inter auxilia maximè reuellentia collocari debeant.

Quamq; verò de ijs apud Priſcos illos, atq; antiquiores Medicos nulla propria, atq; peculiaris mẽtio facta reperiatur, ad illorum tamen Metaſyncritica, hoc eſt, vt lib. 2. de compoſi. med. ſec. loc. c. 1. dicit Gal. ex alto humores noſtri corporis ad ſuperficiem euocantia; & cum eodem lib. 4. meth. ca. 4. ad Rubefacientia vocata medicamenta reduci poſſunt. *Ad quæ vã antiquorum medicamẽta reducuntur.*

Modò de huiuſmodi medicamentorum vſu, an ſcilicet in harum febrium malignarũ cura, quę potiſsimum grauia aliqua ex prauorum humorum, vel vaporum ad nobiliores partes confluxu orta, coniuncta habent accidentia, conueniant necnè, inter præclariſsimos etiam huius noſtri temporis Medicos, contentione magna diſputatur. Nec paucæ quidem pro vtraq; ſententia probabiles rationes reperiuntur; quarum quidem præcipuæ pro hac indaganda veritate à nobis in medium proponentur: ex ijsq; probabiliorem ſententiam venari ope- *Agenda in hoc tractatu*

ram dabimus. Tum demum, quod maximè conueniant in his febribus Veſicatoria probato, quæcunque ad rectum ipſorum vſum pertinere iudicabuntur, quàm breuiſsimis proſequemur. Ad rem igitur accedamus.

Contra Veſicatoria argumenta.

Prior opinio eſt illorum, qui Veſicatoriorum vſum in his febribus tanquàm pernicioſiſsimum è medio tollere conantur. Quæ quidem ſententia his potiſsimum innititur fundamentis.

Primum.

Primum. Curatio, vt tritum eſt in Medicorum ſcholis axioma, fit per contraria. Cum igitur febris ſit paſsio calida, & ſicca, vt apud omnes quoq; eſt in confeſſo; Sequitur quòd frigidis potius, & humidis, non autem calidis ſit pertractanda.

Veſicatoria autem cum ſint adeo excellentis caliditatis, vt ſupra dictum fuit, vt exurant, tantum aberit vt febrem curare poſsint, vt eam potius, ſi non adeſſet, excitare queant; idq; potiſsimum cum neruoſis, atq; arterioſis partibus per quas eorum excedens caliditas cordi facillimè communicari poteſt, adhibeantur. Nec mirum quidem hoc, cum ſæpiſsimè, vel ab exigua inguinum, aut alterius partis inflammatione ingentem ſæpenumero febrem excitari conſpiciamus.

Secundum.

Secundum. Ideo improbantur veſicatoria quoniam cum vt plurimum ex cantharidibus, quæ ſunt

venena

venena calida,& corroſiua componantur, tantum abeſt,vt vel calorem febrilem, vel malignitatem ipſam poſsint obtũdere,vt vtrunq; potius adaugeãt. Si enim exiguum canis rabidi veneficum inquinamentum corpori communicatum hominem alioqui etiam ſanum tẽporis proceſſu coinquinare, & interimere poteſt, quis hoc idem ab his venenoſis cantharidibus in corpore ęgro, ac conſequenter ad reſiſtendum contrarijs minus potenti effici poſſe negabit? Sepiſsimè namq; ab ijſdem ſanguinis mi- ctum inductũ fuiſſe experientia ipſa eſt cõprobatũ.

Tertium. Vel adhibentur veſicatoria cruda adhuc exiſtente materia morboſa; vel iam concocta. Quocunq; tempore adhibeãtur mala ſunt,atq; nociua. Ergo ijs nunq̃ vtendum erit. Minor probatur. Si enim cruda materia exiſtente vſurpentur, dupliciter eius coctionem, [in qua tamen ex Gal. in arte medicinali cap. 18. cum morbum prius nõ diſſolui poſſe dicat,quam coctionis ſigna in excremẽtis appareant, præcipua curationis pars conſiſtere videtur,] impedire poſſunt. Altero quidem modo humores nimium exagitando,cum quies concoctioni maximè ſit neceſſaria, vt propterea. 4. de ratione victus acut. tex. 44. coctionibus eſſe cõtrarias purgationes, vt quæ humores commoueant, teſtetur Gal. Altero verò modo coctionẽ impediũt *Tertium.*

calorem natiuum, qui intrinſecus in concoquẽdis humoribus prauis vnitus eſſe deberet, tum doloris, tum caloris ratione in varias, atque diuerſas partes diſtrahendo; quo fit vt intrinſecus, & circa cor potiſsimum ad reſiſtendum veneno, & ad concoctionem imbecilior reddatur. Si verò poſt concoctam materiam veſicatorijs vtamur hoc plerunq; inconueniẽs ſubſequetur, quod naturę motus impedit. Certum enim eſt non Gal. modo in arte medicin. cap. 94. & 3. de criſibus cap. 3. & alibi, teſtimonio; ſed ipſa quotidiana experientia quoq; confirmatũ, Naturam in huiuſmodi malignis febrib⁹, vt in alijs quoq; morbis non ſemper per eandem, ſed per diuerſas vias, vt 11. quoq; meth. idem confirmat, modo nempè per aluum, modo per lotiũ, modo per ſudorem, modo per ſanguinis ex diuerſis partibus profluuia, peccantes humores; idque ſæpenumero ſumma cum vtilitate, expugnare, vt tunc quando ſic benè Natura operatur non modo impediẽdus, ſed ſi deficiat per conuenientem, quò vergit, regionem eius conatus ſit adiuuandus. Modo ſi indifferenter veſicatorijs in his febribus vtamur, cũ hæc ad extremas partes humores diſtrahant, ſi tunc vel ad lotij vias, aut ad aluum, aut vterum, aliamvè cõſimilem partem inclinet natura, non nè eam à ſuo illo motu, ac propenſione diuertemus? Sicq; perfectas

fectas criſes impediemus? Ita profectò. Vnde ſæpiſſimè cum neutra deinde euacuatio perficiatur, in magnum vitæ diſcrimen ægrotantes adducuntur.

Quartum. Veſicatoria ratione doloris vigilias excitando ſunt conſequenter in cauſa nõ modo, vt humores praui diſsipato calore naturali, ac ĩ varias partes diſgregato non facilè concoquantur; ſed ẽt vt nouæ cruditates, à quibus poſtmodũ virtus iam debilitata magis adhuc opprimitur, producantur, atq; congerant̃. nouus profectò putredinis fomes. *Quartum.*

Quinto. Illud in veſicatoriorũ vſu inconueniẽs quoq; eſſe videtur, tot partibus inter ſe contrarijs, ea eodem tempore adhibere, ac conſequenter contrarios ſimul motus efficere. Hoc enim, vt aliàs quoq; diximus, nunquam cum benè operatur efficit natura. Quod ſi quando id faciat, maximè, ac prauæ diſpoſitionis eſt ſignum. *Quintum.*

Sextum. Præter iam dicta nocumenta, ſine vlla etiam iuuamenti ſpe, quando potiſsimum antè humorum euacuationem adhibentur, videntur vſurpari. Vt enim niſi prius tollatur ignis non tollitur fumus; ita niſi prius euacuentur humores praui nõ tollentur vapores, qui deindè ex ſeſe, illis ſublatis, ceſſabunt. *Sextum.*

Septimum. Cum habeamus alia plura auxilia reuellentia, vt frictiones, ligaturas doloroſas, & huiuſmodi *Septimum.*

iuſmodi quibus tutò ſine vllius noxæ periculo vti poſſumus, non eſt, quod propter reuulſionem ad ita timoroſum auxilium confugiamus.

Octauum. Octauum. Hæc veſicatoria efficere [vt quidam alioqui vir doctus aſſeruit] quid eſt aliud, q̃ Deum & naturam criminari, quòd excrementorum emiſſaria, quamuis ea plurima ſint vt prima aph. 21. & lib. 1. de tuenda valet. cap. 12. teſtatur Gal. per nares, ſcilicet, oculos, aures, palatum, & huiuſmodi, non ſufficienter fecerint. Cum verò iam dicta ſatis ſuperq; prauis excrementis expurgandis ſufficiant, non eſt, quod alia plura ſine vlla neceſsitate moliamur.

Nonum. Nonum. Gal. 11. meth. cap. 9. quando corpus inſigniter febricitat, inunctiones calefacientes improbat. Ergò multò magis veſicatoria calidiſsima in his febribus alioqui æſtuoſis, erunt improbanda.

Decimum. Decimum. Veſicatoria ſua inſigni caliditate cerebrum per conſenſum inflammando in cauſa ſunt maioris conuulſionis. Cerebrum namq; inflammatum, vt cucurbitula à toto ad ſe ſe humores, vel vapores malignos, à quibus poſtmodum excitatur conuulſio, attrahit, Gal. verò. 7. apho. 13. Conuulſiones à cauterijs factas malas eſſe, atteſtatur.

XI. Poſt huiuſmodi Veſicatoria vlcera ſæpenumero curatu difficilia relinquuntur. Ergo ſunt euitanda. 11

XII. Experientiam, quam rerum magiſtram vocant, nonnulli addunt, dicentes ea conſtare poſt adhibita huiuſmodi veſicatoria multos deterius habuiſſe, atque non paucos interijſſe. Medici tamen munus eſt, vt tutò, & cum iucunditate medeatur. 12

XIII. Multi præclariſsimi Medici antè nos fuerunt, qui tamen ſine vllo veſicatoriorum vſu plurimas huiuſmodi febres curarunt. Ergò non ſunt neceſſaria. 13

XIIII. Eſt clariſsimus Gal. locus. 6. de med. local. cap. 25. vbi medicamenta metaſyncritica frigidis, atq; humidis tantum partibus conuenire affirmat. quod confirmat quoque 4. meth. 4. circa medium. Vndè Aetius quoq; lib. 8. capit. 53. & 60. & libr. 3. capit. 195. mutuatus eſſe videtur, cum dicit, Ego autem vbi intemperies quædam humida, & frigida affectis partibus inerit, medicamenta ex thapſia, & ſinapi affero. Vbi uerò, ſubdit, morbi calidi, & ſicci fuerint, ab huiuſmodi remedijs abſtineo. Cum igitur ob has, aliaſque huiuſmodi rationes complures, aut nihil, aut certè parum hæc ueſi- 14

veſicatoria prodeſſe poſsint, quinimò potius poſſint obeſſe, non eſt, quòd ſine vlla iuuamenti ſpe miſeros ægrotantes ita excorticemus, atq; inhumaniter quodammodo laceremus.

Hæc ſunt præcipua argumenta, & rationes, quæ in varijs cõgreſsibus à Clariſsimis Doctoribus Venetijs potiſsimum dum ibi quatriennij ferè ſpacio medicinam exercerem ſuperioribus annis, pro hac priori ſententia obſeruare potui.

Sententia affirmatiua. Poſterior verò huic priori omninò cõtraria opinio eſt illorum, qui & rationibus, & experimentis, atq; auctoritatibus pluribus adducti, Veſicatoriorũ vſum in his malignis, ac peſtilentibus etiam febribus, in quibus potiſsimum quędam grauia ſymptomata, vt deliria, vigiliæ, capitis dolores, conuulſiones, & huiuſmodi adſunt, eſſe maximè proficuum, ac ſalutarem, affirmant. Quam quidem ſententiam cum & nos probabiliorẽ, & veritati magis cõſonam exiſtimem⁹, vt eius veritas clarius eluceſcat, pro eius confirmatione nonnulla præmittenda, ac

Notanda. ſupponenda eſſe videntur. Ac primum quidem de huius febris generationis modo, vndè curatiuæ indicationes fient manifeſtiores, ſummatim nonnulla ſunt in memoriam reuocanda. Diximus. n.

Generatio febrium putridarum. in priori tractatu febres humorales putridas cuiuſmodi ſunt etiam hæ noſtræ, propterea generari, ꝙ

ex

æx materia putreſcente, ubicunq; tandem ipſa putreſcat uapores quidam aduſti mineræ ſuæ naturã retinentes, ac proinde etiam calidi tum ad alias partes, tum maximè ad ipſum cor uitalis caloris, & ſpiritus fontem, per uenas potiſsimum, atq; arterias aſsiduò deferant, illudq; uario modo, atq; ſecundum diuerſas ſui partes pro febris uarietate, modò ſ. in habitu, modo in habitudine, & modo ſecundũ ſpiritus, modò ſecundum humores, modò ſecundum ſolida calefaciunt. A quo quidem ita ſuper calefacto cum ſpiritus uitales iuſtò caliđiores generentur, ij per uniuerſum corpus poſtmodum diffuſi, implantatum quoq; ſingulis partibus calorẽ intendunt, atq; quodãmodo in igneum conuertunt, ſicq; febris ipſa, uniuerſalis. ſ. calor præter naturam naturales potiſsimũ facultates lædẽs in toto introducitur. Ex qua quidem febris natura ita cõcepta nõ eſt difficile eiuſdẽ curatiuas indicatiões elicere.

Vt verò alias, cuiuſmodi eſt intemperiem febrilem alterandi, corruptos omnino humores euacuãdi, reliquos verò præſeruandi, ac concoquendi, obſtructiones elidendi, & huiuſmodi, tanq̃ ab omnib' conceſſas omittam, de ea ſolum, quę non omnibus forſan ita manifeſta eſt, paucis agam, quæ quidem eſt, vapores illos putridos, atque corruptos ab ipſo corde retrahendi, ac reuellendi. *Indicationes curatiuæ feb.* *Indicatio reuellendi.*

Quòd enim huiuſmodi febres putridæ ex tali fluxione ſiant inter alia quoq; indicat circuitus, ſeu exacerbationes ipſæ, ſiuè quotidie, ſiuè etiam alterius diebus fiant. Hę enim ex Gal. lib. 2. de diff. febrium cap. 11. vltra medium, ex nouæ cauſæ ad cor confluxu copioſiori, à putredinis foco efficiuntur. Quam quidem fluxionem ipſius cordis ſuperaucta caliditas non mediocriter adauget, vt ex eodem Gal. loco cit. conſpicuum eſt, cum humores ſuperflui ad partes, quæ incaluerunt attrahantur, & etiam dolorem, & calorem eſſe inflammationis cauſas manifeſtè afferat. Cum igitur certum ſit in his febribus malignis malignorum quoq; vaporum confluxum adeſſe, neceſſariò elicitur antequàm in eo infigantur, & ſic malum irremediabile efficiant, eos eſſe omni induſtria, atq; artificio retrahendos; ſiquidem reuulſoria medicamenta à deprauato morbificarum cauſarum motu atq; ad indecẽtes partes cõfluxu indicari, antea oſtẽdimus, ex Gal. pcepto Reuellere ſi quo non oportet confluant ſucci. 13. enim meth. cap. 6. indicatio pcipua phlegmonis, quæ eſt in fieri, in influentis inhibitione conſiſtit, & ibidem ac in arte medicin. c. 95. inquit, à tẽtata fluxione parte ad longinquas auellendum eſſe. Quod ſi humores, vel vapores praui cum ad cerebrum deferuntur deli-

ria, phrenitides, & huiuſmodi efficientes omnium conſenſu ſunt ab eo reuellendi, quantò magis id erit agendum, vbi omnium nobiliſsimam partem cor nimirum petunt? Si etiam vbi illi ad os ventriculi deferuntur, quia tracto in conſenſum corde lypotimias interdum efficiant, ideo omnes reuellendos eſſe præcipiunt, multò profectò magis, vbi ad ipſum cor impetuoſe ruunt, nè vitalem facultatem omninò opprimãt id erit tentandum. Vt iure propterea Auicen. libr. 4. fen. 1. tract. 4. capit. 4. in cura febrium peſtilentium, in quibus potiſsimum infrigidantur extrema, interiora tamen vruntur, vt in quibus maior fit totius caloris etiam naturalis ad partes tum circa cor, tum mineræ putredinis confluxus, hanc reuulſionem inſinuans ad miniſtrandam eſſe coperturam trahentem calorem ad exteriora, præcipiat.

Illud præterea eſt adnotandum ſæpiſsimè vſu venire, vt indicationes, quæ tum à morbo, tum à cauſis, tum etiam à ſymptomatibus deſumuntur, inter ſeſe conueniant, vt in febre tertiana pura, & exquiſita, tàm enim febris, quàm bilis eius cauſæ ratione refrigerantia, & humectantia conueniunt. Aliquando verò inter ſe diſcrepant, vt in cura febris pituitoſæ. Sic de ipſis ſymptomatibus dicendum erit.

Curatio duplex. Vnde illud quoq; eſt animaduertendum duplicē in vniuerſum eſſe curationem, vt multis in locis, potiſsimum in libris methodi, lib. maximè. 11. ca. 11. nos docuit Gal. Altera quidem regularis eſt, ac ordinata: Irregularis altera, & quodammodo coacta. *Regularis.* In prima ordinem naturæ, & generationis ipſius affectus ſequimur, quando nihil eſt quod ordinē hūc nos inuertere cogat: ita vt primò id tollere conemur, quod eſt alterius cauſa, & conſequenter quo perſiſtente alter tolli, vel ſaltem æquè commodè non poteſt. Sicq; gradatim à priori, ſeu à cauſa ad effectus procedendo ad tollendam cauſam fouentem ipſum morbum præcipua intentio dirigitur; ea enim ſublata morbus quoq; conſequenter, & quæ ſequuntur ipſum ſymptomata, vt plurimum auferuntur. *Irregularis.* In ſecunda verò, quæ coacta, & irregularis dicitur ordine quodam retrogredo à ſymptomatum nimirum oppugnatione imprimis, quando ea maximè vrgent, inchoamus: Tunc enim quando ita intenſa ſunt, vt graue aliquod periculum, niſi citò occurratur, minentur, cum habeant rationem cauſæ; ſeu affectus principalis ad ſeſe præcipuam, reliquis tamen quantum fieri poteſt, non neglectis, curationem trahunt. *In curatione coacta.* In hac verò cura coacta, vt diximus, etiam de indicationibus inter ſe pugnantibus, nonnunq̄ medicamentis principali morbo,

vel

vel eius cauſis minus conuenientibus, vti cogimur, vt deuicto grauiori ſymptomate, quod vires maximè proſternit, maius incommodum euitemus, interim vel parum, vel nihil curātes etiamſi reliquis præter naturā, morbo nimirum, vel cauſæ aliquod accedat additamentum. Hæc enim non à Gal. ſolum, ſed ab, omnibus pœnè Medicis videtur ſancita lex, vt ei quod magis vrget, imprimis occurramus, & ſic in maximis etiam doloribus colicis cæteris nō conferētibus ad narcotica deuenire cogimur. Hoc multis in locis inculcat Gal. ſ. lib. 3. meth. 9. & li. 4. ca. 2. & 4. & lib. 7. ca. 12. & lib. 11. ca. 3. & lib. 3. de ſanitate tuenda cap. 9. ac alibi pluries. His igitur hunc in modum conſtitutis ad quæſtionē his concluſionibus reſpondemus.

Veſicatoria ipſa quamuis in omnibus huiuſmodi malignis febribus cum ratione vſurpari poſsint; conueniunt tamen potiſsimum in ijs, in quibus externa frigent, & interiora vruntur; vbi graues cerebri affectiones, vt deliria, conuulſiones, dolores capitis, potiſsimum verò ſopores lethargici coniunguntur; vbi corporis habitus carnoſior, ac denſior, & tactus ſenſus obtuſior, temperaturaque ipſa frigidior. *Concluſio.* *In quibus caſibus potiſſimum conueniant veſic.*

Quoad primam partem, quod nimirum omnibus malignis febribus conueniant veſicatoria mul-

tis

tis, tùm rationibus, tùm præſtantiſsimorum viro-
Prima concluſiõis pars probatur. rum auctoritatibus confirmari poteſt. Quoniam vero rationali Medico ipſa ratio auctoritatibus eſt anteponenda, propterea rationibus primum, deinde verò etiam auctoritatibus ex obſeruatione, & experientia, quæ alterum eſt medicinæ crus, doctiſſimorum hominum pendentibus, hãc partem confirmare conabimur.

Prima. Ratio prima, atq; potiſsima ex ipſius met affectus natura deſumitur. Cum enim, vt antea etiam diximus, in huiuſmodi febribus, in quibus materia maligna in varijs corporis venis computreſcit, aſsiduò humores, ac vapores praui, atq; maligni ſpiritibusq; vitalibus maximè aduerſi ī cor, aliasq; corporis partes præcipuas, cum ſummo imminentis mortis periculo tranſmittantur; dubium non eſt quin huius indecentis motus, cum quò non deberent vergant, ratione, ſumma diligentia à partibus illis ad ignobiliores retrahi debeant, atq; reuelli, quò adiuta natura omnem à ſeſe noxam facilius profligare poſsit; ipſa nimirum natura expellente, atq; medicamento attrahente. Quæ verò

Attractio quod modis fiat à medicamentis. medicamenta ita attrahunt, id vno, vel pluribus è tribus, vel quatuor modis operantur: vel dolore nimirum, vel calore, vel vi vacui, uel addi etiam poteſt, ſubſtantiæ ſimilitudine. Cum igitur veſi-

catoria

catoria omnibus ferè his modis attractionem effi-
cere apta ſint, ſummopere conuenire dicenda erũt.
Acria namq; medicamenta, & calida, cuiuſmodi.
Sũt veſicatoria ipſa, inquit Gal. 4. meth. 4. cucurbi
tulæ ritu humores ad ſeſe à toto attrahunt. Et li-
bro 5. ſimpl. cap. 18. Venenum ab externis, & ca-
lore, & ſimilitudine ſubſtantiæ euacuari aſſerit. *Attractio ratione ſimilitudinis.*
Atq; de hac ſimilitudine manifeſtiſsimum in mor
ſu canis rabidi, qui eiuſdem canis impoſitis pilis cu
ratur, exemplum habemus.

Secunda, pro veſicatorijs ratio hæc erit. Apud *Secũda rat.*
omnes in confeſſo eſt, Medicum imitari debere na-
turam quãdo benè operatur, vt prima aph. 2. ſpon
taneæ euacuationis exemplo clariſsimè demonſtra
uit Hip: cum dicit. In perturbationibus ventris, & *Medicus naturæ eſt imitator.*
vomitibus ſpontinis &c. Et 4. etiam meth. 6. Me-
dicum debere eſſe imitatorem non naturæ ſolum,
ſed eorum etiã quæ ſponte fiunt, & proſunt, docet.
Vnde etiã lib. de curatione per ſang. miſsio. c. 15.
præcipit Medicũ in ſecãda vena pro reuulſione ſer-
uare debere rectitudinem, & cataixin, quoniam ſic
etiã factæ à natura euacuationes proſunt, ſecus nõ.
Idem quoque Auic. confirmaſſe videtur quando
dixit. Si verò ex ſe non mouerit, moue tu hora
motus eius. Cum igitur hæc ita vera ſint atque
etiam experientia compertum ſit, vt quinto meth.

cap. 12. eos à peſtilentia maximè euaſiſſe, quibus ex anthemata,& vlcera in corpore efflorеſcebant, naturæ ſponte facta, ſperandū etiam erit idem iuuamentum ſubſequuturum,ſi medicamentorum ope talia vlcera fuerint excitata. Vt propterea ex huiuſmodi veſicatorijs, & in peſte, & febribus peſtilentibus,non niſi auxilium expectari poſsit,cum à partibus internis ad externas maximè reuellant.

Reſponſio aduerſariorum.

Verum aduerſariorum quidam,vbi ſola opus eſt reuulſione,& nil aliud contraindicat,huiuſmodi veſicatoria admittunt,potiſsimum in affectibus frigidis,ſecus autem in calidis; in quibus & ſi aliquo pacto reuellendo forſan iuuare poſsint; magis tamen, inquiunt,calefaciendo, ac præterea dolorem,vigilias,ac conuulſionē,aliaq; huiuſmodi ſymptomata excitando nocent. Sed hanc reſponſionem præter alia ſuperius annotata,illud quoq; nullam,falſamq; eſſe oſtēdit,quod difficile admodū ſit eiuſmodi aliquod auxilium inueniſſe, quod citra vllam noxam

Reijcitur illa reſponſio.

magnificè proſit. Quod accidit ex ortorum in corpore præter naturam affectuum vna cū præcedentibus eos cauſis, & ſequentibus ſymptomatibus cōplexione ex. Gal. 11. meth. cap. 11. Qua de cauſa cū cōtrarijs ſæpè auxilijs opus ſit iudicio vtēdū eſt, vt magis vrgenti occurratur,vt à Gal. traditum eſt, 3. meth. 9. & 7. meth. 12. & primo ad Glauc.

cap.

cap.de ſymptomatibus,vbi clarè docet,qñ contrariæ,& pugnantes inter ſe indicationes ſuboriũtur, ad illud ex quo viribus ipſis, atq; adeo vitæ maius periculum impendet, primum curationem eſſe dirigendam. Cum igitur ex aſsiduò materiæ malignæ ad cor confluxu, quam ex leui aliqua ſupercalefactione maius periculum immineat, illi etiã maximè,atq; præcipuè eſt occurrendum; quoniam nocumento maius ſubſequitur iuuamentum. Ita etiã in dyſenteria ipſa per inteſtina affecta,& per locum affectum humores acres expurgamus, quamuis incommodi aliquid vlceri ex illa euacuatione accedat, quoniam ex noxij humoris expurgatione maius ſubſequitur iuuamentum,cum ſublata cauſa fouente, facilius deinde vlcus ipſum conſolidari poſſit. Sed quid plura? non ne Gal. in febribus ipſis medicamentis purgantibus calidis vtitur? ita profectò. Non nè illa febrem augere poſſunt? negari non poteſt? Cur ergo vtitur? non alia ratione, niſi ob maiorem vtilitatem quam euacuando noxios humores præſtant, quàm ſit calefactionis nocumentum. Audiatis quæſo Gal. hæc omnia confirmantem.

Magis vrgẽti prius occurrendum.

Is enim lib. quos, & quando purgare oportet, Quæcunque, inquit, purgant latentem caloris excitandi vim habent; non igitur febris gratia

feruidæ qualitatis medicamentū; quod nos quoq; quantum in ipſo eſt nocere ſcimus, porrigimus, verum vt humores febrem facientes extirpemus. Vtilitas itaq; maior eſſe debet moleſtante humore detracto, quàm nocumentum ab expurgantibus neceſſario corpori illatum. Idem quoq; 1. aph. 24. repetit Medicamentum inquiens, purgans etſi calidum ſit, febrisq; ipſa calida, maius tamen ex noxiorum humorum euacuatione cōmodum, quàm ex calore detrimentum conſequitur. Vndè manifeſte patet in morbo etiam calidò medicamentis calidis, vbi maius commodum, q̄ incommodum ſperari poteſt, vti nos poſſe. Eodem igitur modo, & veſicatorijs, non febris, ſed prauorum humorum, atq; vaporū à corde reuulſiōis gratia, vti poterim⁹.

In morbis et calidis medicamentis calidis vtimur.

Quandò præterea Gal. lib. dè humoribus acria medicamēta manibus, & pedibus adhibita in contrariam partem reuellere humores, qui ad caput, aut mentem feruntur, dicit; cum abſolutè, & indeterminatè loquatur; non tantum dè cauſa frigida, ſed etiam dè calida erit intelligendus. Quod quidē re ipſa etiam confirmauit.

Idem enim Gal. 5. meth. 13. in mulieris illius nobilis Romanæ cura, in catharro ſalſo, ac acri, & conſequenter calidò, medicamento ex thapſia, & fimo columbino calidiſsimo, maioris beneficij ex reuulſione.

ſione cauſa vſus eſt; quod quidē tùm ab alijs, tùm maximè ab Amato Luſitano centuria 2. ſuarū curationū medicinalium curatione prima, in ſcholijs confirmatur, dicat quid quid velit cōtentionis gratia contra Galenum Tralianus. Cum præterea huiuſmodi veſicantia in maximis doloribus dētium, validisq; ad ſuperiora fluxionibus probentur, conſequenter etiam in effectibus calidis admittuntur, cum huiuſmodi fluxiones, & dolores ex humoribꝰ calidis maxima ex parte proueniant. Quis etiam neſcit in febribus ipſis ex obſtructionibus pendentibus hyſſopi, thimi, agrimonij, chamedrios, & aliorum calidorum decocta, vt febris cauſæ tollantur maximè commendari? Clarum igitur eſt in affectibus etiam calidis, alterius vel ſymptomatis, vel cauſæ ratione pro maiori commodo cōſequendo medicamenta etiam calida vſurpari poſſe, quāuis ipſi principali morbo, vel affectioni per ſe non admodum conueniant, ſed quoad rationes pro hac prima cōcluſionis parte cōfirmanda hæc ſufficiāt. *Veſicatoria in doloribus dentium.*

Sequitur modò vt hanc eandem partem doctiſſimorum virorum teſtimonijs cōfirmemus; oſtendamusq; illis veſicatoriorum vſum fuiſſe maximè comprobatum. *Confirmatur concl auctoritatibus, & primū antiquorum.*

Vt verò de antiquioribus prius agamus, occurrit primum Gal. ipſe. Is enim 5. ſimplicium. c. 18.

eorum vtilitatem inſinuaſſe viſus eſt, dum dixit. Deleteria venena [quemadmodum quoque in his febribus reperiri clarè ſatis in priori tractatu à nobis demonſtratum eſt,] euacuantur à foris impoſitis medicamentis dupliciter attrahentibus, vel calore nimirum, vel ſimilitudine ſubſtantiæ. Sic enim à ſcorpione percuſſus, ab eodem contuſo, & morſui adhibito analogia, ac ſimilitudine ſubſtantiæ extracto veneno curatur. Hoc idem alibi confirmat Gal. etiam dicens, Cum morbus thoracem, & ſtomachum petit, tunc manus, ac pedes violenter ligentur, vt quod moleſtum eſt illuc attrahatur, & reuellatur. Eodem quoque modo ſi humorum redundantia ad caput, aut ventriculum feratur, medicamenta mordacia manibus, pedibuſque adhibita reuellere in contrariam partem poſſunt. Cum igitur in his febribus malignis materia venefica, & praua cor, & alias principaliores partes petat, ac propterea, vt diximus ſit maximè ab his ad ignobiliores partes reuellenda, & antequàm in illis infigatur retrahenda, hocque veſicatoria ipſa cum acria ſint, & ex rebus cum venenis ſimilitudinem habentibus cantharidibus nimirum vt plurimum compoſita, efficere poſsint, quis ea iure improbabit? Fuiſſe etiam in vſu tempore Galeni, huiuſmodi veſicatoria ex ijs, quæ

Veſicatoria tempore Gal. fuiſſe in vſu.

lib.

lib.8. de med.loc.cap.4. dicit Galenus eſt manifeſtum. Vbi loquens de ſtomachicis ex Archigene, At vero ijs, inquit, qui inflantur, & diſtenduntur ſtomachô, aut ſpongiam aceto acerrimo imbutam pedibus, ac manibus adhibeto vſque quò bullæ excitentur: aut ſinapi tritum cum aceto vſque quo rubefiat locus.

Sic quoq; lib. 5. de med.loc.cap.vltimo, Dolori dentium amuletum eſſe ait, ſi batrachij ſiue ranunculi [qui quidem ex veſicantium eſt claſſe] folia brachio eiuſdem lateris adhibeantur, brachium vlceratur, & dolor dentis tollitur, quoniam materia doloris trahitur ad brachium. Idem facit etiam allium, vel medicamentum ex ſinapi humero impoſitum, vt Meſues lib.8.cap.2.& Cornelius Celſus lib.6.cap.9. Idem Gal.lib.10. de med. local. cap. 3. in podagricis affectibus emplaſtra veſicantia adhibet, & puſtulas perforari iubet. Libro etiã de hirudinibus, Acria inquit medicamenta artubus admota eas fluxiones retrahunt, quibus caput, & viſcera tentantur.

Ex quibus Gal. locis clariſsimè colligi poteſt veſicatoriorũ vſum ab ipſo plurimi factũ ſemp fuiſſe.

Oribaſius quoq;.8.collectan.cap. 19. idem manifeſtiſsimè confirmat cum Acria medicamenta artubus adhibita reuellere humores noxios aſſerit. *Oribaſij.*

Paulus

Pauli. Paulus etiam Egineta lib. 2. ca. 36. in cura febris peſtilētis inquit, Quibus eiuſmodi adſunt ſymptomata, vigiliæ, nimirum, deliria, intus calor, extra frigus, lingua ſalebroſa &c. calorificis opus eſt, quò vlceretur præ ardore vndiq; corpus, & ſi qua alia via poſsibile eſt ex imis corporis partibus ad exteras feruorem euocari, ac ſubduci. Quid his clarius pro veſicatorijs in his febribus dici poteſt?

Ficini. Marſilius Ficinus quoq; idem, & Philoſophus, & Medicus preſtātiſsimus in tractatu de peſte c. 19. inquit, Hoc in caſu non expectandum quouſq; appareat inflatio, aut bulla, ſed præmiſſa purgatione, vel phlebotomia ſis celer, ac promptus ad extrahendum venenum faciendo cum fermento, & cantharidibus ruptionem.

Rabi Moyſis Quid aliud quoq;, quam hoc, Rabi Moyſes Medicus antiquus lib. 8. aph. in principio indicare voluit cū dicit, Cum ægritudo declinat ad ſtomachū, & pectus, conſtrictio manuum, & pedum humorē noxium retrahit ad diuerſum, & cum ſuperfluitates declinant ad caput, vel ventrem, medicinæ mordicatiuæ manibus, & pedibus adhibitæ attrahunt.

Iacobi Forliuienſis. Iacobus etiam de Partibus in doctiſsimis ſuis ſupra Auic. commentarijs fen. 4. lib. primi cap. 29. & fen. 4. lib. tract. 4. cap. 3. agens de glandulis, ſeu tumoribus malignis in Epidemica febre peſtilenti dicit,

cit, Alij adhibent ſupra manum, & pedem in directo bochij [ita enim tumorem illum appellare videtur.] medicinas veſicatiuas, vt lac titimalli, lac ficuum, vel cantharides permixtas cum fermento, vel radicem herbæ, quæ pes columbinus dicitur. Hæc enim omnia cutem vlcerant, & materiæ morboſæ exitum è corpore præbent. Idem etiam fen. 4. lib. 1. cap. de ventoſis hæc habet verba, Et quandoq; vidi ſenari aliquos de bochio inguinali ex radice herbæ, quæ pes columbinus dicitur contrita, & ſtrictè ligata ſuper pedem.

Idem quoq; manifeſtiſsimè Alexander Benedictus Veronenſis in ſuo de peſte lib. cap. 9. affirmat cum aſſerit, Alios in eo metu tibias, vel brachia candenti ferro inuſiſſe, alios puſtulas vlceratiuo medicamento ad malos humores auertendos excitaſſe. *Alex. Ben.*

Quod verò, vel nunquam, vel quàm rariſsimè febrem ſaltem exiguam, ac intus latẽtem à vera peſte, quæ ad humores potiſsimum habet analogiã, & conſequenter non ita citò, vt aliæ iugulat, contingat febrem abeſſe, ita clarè, & eruditè Clariſs. Mercurialis in tract. ſuo de peſte, cap. 27. docet, vt maiori probatione egere non videatur. Alibi etiã idem Alexander in cuiuſdam nobilis febre peſtilenti infecti cura ſubdit, Atq; in ſumma tali parti exulceratorium medicamẽtum adhibui, & ita cõualuit. *A peſte vix vnquã febr. abeſt.*

Ioan-

Vigonis. Ioannes quoq; de Vigo Chyrugus præſtantiſſimus in cura carbunculi verè peſtilentis, cui ſemper eſt coniuncta febris acuta, vt ex loco cit. Mercurialis patet, in hoc caſu inquit multum iuuat adminiſtrare veſicatorium in pulſibus brachiorũ, carbunculo exiſtente in ſubaſcellis; vel in clauiculis exiſtẽte in inguinibus. Hoc enim naturæ motum ad emunctoria hæc iuuat. Vnde ſuperius dicti confirmatio quoq; haberi poteſt, Motum etiam ſymptomaticũ ad decentes partes factum eſſe adiuuandũ.

Sauonarolæ. Michael etiam Sauonarola in facultate Medica celeberrimus cap. 9. de feb. peſtil. ſermonẽ habens de glandulis, Quibus inquit ſtatim ſupponunt cantharides, vel flamulam iouis. Et in caſu Papiniani dicit, Papinianus iuuenis correptus febre peſtil. poſuit veſicatorium in crure lateris affecti &c. Ex his igitur, alijſq; etiam probatis auctoribus antiquioribus non modo veſicatoriorum præſtantia, & vtilitas innoteſcit, ſed etiam eorum vſum, non vt quidam ſentiunt, nouum, ſed penè antiquum eſſe; nec noſtris tantum temporibus adinuentum.

Si vero ad recentiores etiam noſtrorum temporum Medicos accedamus: innumeros penè, qui pro veſicatorijs, ac noſtra hac ſententia ſtant, inueniemus. *Deciani.* Inter quos Ioſephus Decianus vir egregiè doctus in ſuo de Vtineſi peſte tract. c. 15. primum occur-

occurrit. Petrus etiam Salius libro de feb. peſtil. cap. 24. veſicantia extremitatibus adhibita plurimum commendat. *Sal.ij.*

Doctiſsimus etiam Veſalius lib. 5. cap. 6. circa medium ita habet, Præter medicamenta reuellentia à Gal. tradita, recentiores noſtri quædam alia addiderunt, vt medicamenta veſicantia; deindè ſubdit, Ipſorum vſus valdè eſt frequens in affectibus capitis, vt in phrænitide, apoplexia, applicant enim ipſa in carpo manus, vt retrahatur materia à capite & mirum in modum aliquando proſunt, hæc illæ. Si igitur frequens erat vſus. Ergò etiam vtilis erat inuentus, alioqui non ita frequenter vſur parētur. Probantur etiam in phręnitide, quæ vt nemo negat; & febrem etiam acutam coniunctam habet. *Veſal.ij.*

Eiuſdem quoq; ſententiæ eſt Nicolaus Maſſa in ſuo de feb. peſtil. libello, cap. 8. vbi dicit, Sunt qui veſicantia vnguenta ad præſeruandum ſupra crura adhibent, vt inde virus corporis euacuetur. *Maſſæ.*

Sed quid de Præclariſsimis Patauini gymnaſij olim profeſſoribus, Hieronymo Mercuriali, Hieronymo Capiuacceo, Albertino Bottono, Hieronymo Aquapendente, Hercule Saxonia, Bernardino Triuiſano, Emilio Campolongo, & alijs cum- *Patauinorū*

pluribus præceptoribus meis ſemper colendiſsimis dicam? Nil aliud certè, niſi quod Medicinæ ſtudioſi inter alia multa tãquàm ab vberrimis fontibus hauſta, hoc vnum quoq; ſe illis debere fateri debent, quod horum veſicantium vſum iam ferè hominum negligentia obſoletum, ac multis annis intermiſſum, ſumma ſua cum laude, artisq; Medicæ ornamento, multorumq; mortalium ſalute in lucem, ac praxim reuocarint. Quos etiam præſtantiſsimi Medici quamplurimi tum Venetijs, tùm alibi, tanquàm optimos duces, iure optimo conſectãtur, atq; ſtudioſe imitantur.

Iulij Alexãdrini. Nec certè hoc loco illuſtrem, ac præclariſsimum Iulium Alexandrinum Conciuem noſtrum, verum patriæ noſtræ ſplendorem, [cuius ſingulari doctrina, ac diuturnis laboribus non olim ſolùm tres potentiſsimi Cæſares, quibus permultis admodum annis familiarẽ, ſeduſamq; operam nauauit, vſi ſunt, ſed nunc etiam tota Medicorum Schola lucubrationibus, ac ſcriptis, quibus de re medica, quàm qui maximè meritus eſt, iucundiſſimè fruitur], ſilentio præterire poſſum. Is igitur lib. 2. ſuarum in Gal. lib. annotationum cap. de hyrudinibus hunc in modũ ſcribit, Quibus ſanè corporis partibus, extremis inquam, manibus & cruribus, recurẽtibus in caput humoribus, aut vergentibus

tibus in viſcera, magno vſu, rectaq; ſemper ratione medicamenta acria, rubificantia vocant, applicabuntur; hodieq; quanto ſæpius cũ ſucceſſu, & quæ ſequuntur.

Cum igitur tot in arte Medica celeberrimis viris huiuſmodi veſicatoria in hiſcè etiam febribus fuerint, & ſint etiam nunc maximè approbata, rationi conſonum videtur eos multis tùm rationibus, tùm etiam experimentis in hanc ſententiam concurriſſe. Ac ſi quid mihi hac in re teſtari licet, verè quidem, ac ſanctè affirmare poſſum, me tùm Venetijs, tùm alibi cumplura experimenta, tanquàm quædam ſupra naturã miracula de veſicatorijs obſeruaſſe, multosq; eorum imprimis poſt Deum auxilio ab orci faucibus erreptos vidiſſe. Atq; ita nõ rationibus ſolum, ſed auctoritatibus etiam primã concluſionis partem ſatis confirmatam eſſe puto.

Teſtimoniũ proprium.

Succedit modo altera pars concluſionis; quam quidem breuiſsimis præteribo, quoniam non multæ eſt difficultatis. Quod enim maximè conueniãt vbi cerebri adſunt affectiones, quæ reuulſionem maximè requirunt, vt potiſsimũ ſunt deliria, cõuulſiones, ſopores, & huiuſmodi, nullus meo iudicio eſt qui ambigat. Sed qui ea non ita facilè admittũt, id propterea faciunt, quod nè febris intendatur, ne dolores, & cruciatus magni fiant, & huiuſmodi ti-

Secunda concluſiõis pars probatur.

ment. Quare cum hæc in corpore duro, in ſenſu obtuſo, & iam dictis, minus ſint verenda, etiam iſti facilius in huiuſmodi caſibus ea admittent, potiſſimum verò vbi exteriora frigent, interiora autem quodãmodo vruntur; in quibus ſuperius etiam ex Auic. ſententia adminiſtrandam eſſe coperturam, quæ calorem trahat ad exteriora, oſtendimus.

In hiſcè enim febribus cum ratione interni incendij non modo qui præter naturam eſt, ſed naturalis quoq; calor ad interiora confugiat, in eiſque quandam veluti inflammationem efficiat, dubium non eſt, quin foras ſit retrahendus, tùm vt ab interna inflammatione reuellatur; tùm nè illo deſtitutę externę partes omninò commoriantur.

Soluūtur argumenta cōtra veſicatoria allata.

His igitur hunc in modum conſtitutis, haud difficilè modo erit argumenta primæ ſententiæ reijcere, ac refutare. Vndè huius noſtræ ſententiæ veritas magis magisq; elucefcet.

Ad primū.

Ad primum enim reſpondetur clariſſimam eius ſolutionem à Gal. 11. meth. cap. 12. inſinuari, vbi maximam illam, Quod contrariorum contraria ſint remedia ſẽper verã eſſe affirmat, cũ ſieri nõ poſſit, vt quidq̃ eorũ quæ præter naturã ſunt per aliud, quam per contrarium ſuum cruetur. Quod quidẽ manifeſtiſſimè conſpicitur, quando vni tantum præter naturam exiſtenti occurrendũ eſt. Quando

vero

vero plura huiuſmodi ſunt, eaq; contrarias habentia indicationes fieri tunc poteſt, vt quod vni contrarium eſt, alteri ſit ſimile: quo in caſu magis vrgẽti, vt cauſæ prius quàm effectui, & ei ſine quo tolli alterũ non põt eſt occurẽdũ, vt, quemadmodũ loco cit. dicit Gal. ex vſu non ſit ſemper oĩbus, quæ præter naturam ſunt, mederi propriè per cõtraria, ſed ſolum cum per ſe ſubſiſtunt. Cum igitur in noſtro propoſito plures concurrant indicationes, alię quidem ſebrem ipſam, aliæ eius cauſas reſpicientes, & hæ quidem pro diuerſo cauſarum peccato diuerſæ ſint, quælibet contrario ſuo ſi non formaliter, effectiuè ſaltem curatur; vt hac ratione etiam veſicatoria quamuis calida ſint, & reſpectu febris non contraria, ſunt tamen contraria motui deprauato humorum malignorum ad cor, à quo indicantur, non à febre primò. Et ſic quatenus reuellunt in contrariam partem, dicuntur habere rationem contrarij, non febris, ſed cauſæ, & potiſsimum eius motus reſpectu; qui quidem motus alio contrario motu tollitur: cum verè contraria ſint, quæ ſub eodem genere plurimum differunt. Et quoniam vt antea diximus ex hoc ad cor prauorum humorum motu maximum imminet periculum, propterea illi quàm maximè, etiam ijs auxilijs, quæ alioqui febrem augere poſsunt,

Vbi plures, et contrariæ concurrunt indicationes quid agendũ

Contrarium

Curatio per accidens et a ſimili fieri poteſt.

poſsint, eſt occurrendum. Cum magis vrgenti ſit etiam magis obuiandum. Dici etiam poſſet ab huiuſmodi calidis veſicatorijs foras attracto calore internas partes conſequenter per accidens refrigerari; ita vt quamuis per ſe quodlibet contrario proprio curetur; per accidens tamen à ſimili etiam curari poſsit. Hac enim ratione etiam ab aperientibus calidis iecur ex obſtructionibus ſupercalefactũ refrigerari dicimus. Et vinum etiam calidũ, immodico ſuo calore innatum calidum iecoris reſoluendo illud refrigerare, & hydropem quoq; inducere non rarò conſpectum eſt. Ita quoq; Gal. 2. lib. comen. in 6. epid. quando humores acres acri quoq; clyſtere euacuat, quamuis clyſter acris humoribus ipſis acribus nõ ſit contrarius, ſed ſimilis, per accidens tamen eos humores euacuãdo, & corpus refrigerando morbo calido dicitur eſſe contrarius. Ad rem igitur, Veſicatorijs quoq; vtimur nõ primò ratione febris, ſed ratione motus prauorum humorum, qui nobiles partes petunt, vt illos reuellamus. Sic etiam Gal. calida medicamenta purgantia vſurpauit non primò ratione febris, ſed vt humor noxius euacuetur, quo euacuato cõſequenter, & febrilis calor remittitur, quamuis primo ab illis augeri videbatur. Idem de veſicatorijs dicendum reſpectu humorũ motus. Symptomata enim

quando

quando valdè vrgent, curam ad ſeſe trahunt, & ſæpè remedia morbo contraria expoſtulant. Ita.n. Gal.quoq; 13.meth.in lethargo affectu frigido reuulſionis gratia ſanguinem miſit, licet hæc euacuatio ſanguinis corpus refrigeret; idem penè in apoplexia, & ſimilibus affectibus accidit.

Symptomata ſæpè morbo contraria expoſtulant.

Cum verò in his febribus à corde potiſsimum, & ad longinqua reuulſione opus ſit, meritò veſicatoria illis partibus adhibentur; ad quas multę arteriæ, venæ, & nerui perueniunt, per quas ratione colligantiæ, & conſenſus, ac cataixis [hæc enim vt dicit Gal.lib.de curandi ratione per ſang. miſſ. cap. 15. eſt euacuatio ſecundum vaſorum rectitudinem cum parte affecta, de qua tamen multi multa loquuntur] à partibus illis nobilibus attractio ſit facilior. Et ad has partes nonnunq̃ ſponte ſua natura peccantes humores ſolet protrudere, vt in q̃buſdã hic Tridẽti euenit, qui per magnas ẽt veſicas in his partibus erũpentes ab his feb. ſunt liberati. Neq; partibus illis tã remotis, cum ſuis potiſsimũ defenſiuis, vt ſuo loco dicetur, adhibita extrinſecus quãuis calida febrem tàm citò excitare poterunt, atq; aliqua partis alicuius inflammatio, cum in huiuſmodi ex ſe orta inflammatione humorum copia & agitatio, à quibus facilè fit febris, neceſſario reperiantur. Sed hæc de primo ſatis.

Cur veſicatoria partibus neruoſis, & arterioſis adhibeantur.

Ad

Ad ſecundũ Ad Secundum. Primò dici poteſt, non omnia veſicatoria ex cantharidibus, ſed aliqua etiam ex rebus minimè venenoſis, vt inferius magis patebit, componi. Deinde reſponderi etiam poteſt cantharides non eſſe ſimpliciter venenum, quandoquidem non rarò intrinſecus etiam per os ad frangendum lapidem, & ſuppreſſum lotium prouocãdum vtiliter exhibentur. Quòd ſi aliquando veſicæ nocеant ſanguinis mictum prouocando, id non ſemp, ſed rarò, & potiſsimum quando non benè præparantur efficiunt. Dato tandem etiam quod cantharides aliquid in ſe veneni contineant etiã in partibus, quæ vſurpantur, adhuc etiam reſpondemus hanc ob cauſam non modo reijciendas, ſed maximè amplectendas eſſe, quãdoquidem ſic ex Gal. loco ſuperius citato, non modo calore ſed ſimilitudine etiam ſubſtantię cum venenoſis humoribus, eos facilius ad ſeſe allicere poterunt.

Cantharides non ſunt ſimpliciter venenum.

Venena venenis interdum curantur. *Mattheolus* Venena etenim multa ſic venenis alijs maximè curari, qui clariſsimi Petri Andreæ Mattheoli ſummi Medicinæ illuſtratoris in Dioſcoridem præfationem legerit, ignorare planè non poterit; & ſuperius etiam de ſcorpionis, & canis rabidi morſu à nobis dictum eſt.

Ad Tertiũ. Ad Tertium. Reſpondemus veſicatoria potiſsimum vſurpari apparentibus illis ſymptomatibus

cruda

cruda exiſtente materia, ac quodãmodo furioſa, vt reuellatur ab indecenti motu. Nam quando accidentia illa cum ſignis coctionis prope ſtatum apparent, cum futuram criſim ſignificent, eamq; bonã ob connexa coctionis ſigna, quæ naturam morbo ſuperiorem oſtendunt, ſunt parui facienda, atque naturæ opus complendum permittendum eſt. Quando verò abſq; coctionis ſignis illa apparent, cum eis naturam minimè dominari oſtendant, ſed humores ſymptomaticè, ac furioſè ob ſuam prauitatem huc, atq; illuc moueri, quò etiam tempore ſi aliqua excretio à natura facta appareret, ſymptomatica eſſet, vt quamuis per huiuſmodi reuellentia aliquo pacto impediri poſſet, nullum tamen notabile incommodum ſubſequeretur, cum ſimul ad ignobiliores partes prauorum humorum attractio fieret; non ideò tunc huiuſmodi veſicantia ſunt pertimeſcenda. Neque cenſendum eſt ab illorum vſu coctionem humorum impeditum iri; cũ non adeò inſignẽ efficiant agitationẽ, vt id præſtare poſsint; & ſi quã efficeret, minus tamen ex ea incommodi ſequeret, quam ſit vtilitas ex venenoſæ materiæ retractione. Quinimò tantum abeſt, vt per veſicatoria internæ facultates, & calor naturalis debilitentur, vt potus à veneno ſubleuatæ reddantur contra illud robuſtiores,

Signa decretoria bona quando.

Coctio non impeditur à veſicatorijs.

vſurpari, cum hoc quoq; Gal. 4. meth. & 2. de comp poſit. med. loc. cap. 1. teſtetur. Id tamen in cura regulari potiſsimum, non in coacta locum habet, in qua aliquãdo contingit tantã eſſe, ſymptomatum, ſæuiciem, vt inducias minimè concedant; atque tunc ad hos vapores, ſymptomatum illorũ cauſam reuellendos antea etiam vſurpari poſſunt, quamuis vniuerſalis nulla præceſſerit euacuatio, vt in dato exemplo de cubiculo patet; in quo ignis copioſum fumum excitet: tollitur quidem hic fumus citius ablato ex cubiculo igne; at ſi id alijs de cauſis commodè fieri non poſsit, minuetur ſaltem ſi hoſtium, atq; feneſtræ per quas exeat, adaperiantur.

Exemplũ de fumo.

Ad ſeptimũ.

Ad Septimum. Dicimus frictiones, ligaturas, & huius generis alia prænominata reuellere, & ipſa quidem, ſed tantum, vt nunc, dum nimirum administrantur, ijs verò ceſſantibus, etiam eorum ceſſat operatio, & reuulſio. Cum verò in his febribus cõtinuò, & aſsiduò hi vapores longo tempore petant cor, aliasq; principales partes, opus eſt etiam auxilio, vt ſunt veſicatoria, quod eos aſsiduò reuellat. Neque certè tantum ſunt pertimeſcenda, cum leuem tantummodo, cumque dum excitatur veſica tantum dolorem inferant, qui mox quoque mitigatur.

Leuem dolorem excitãt.

Ad Octauum. Adeo leue, ac vt ita tanti viri pace

Ad Octauũ.

ce dixerim, puerile eſt hoc argumentum, vt niſi à viro alioqui Excellentiſsimo, cuius nomen honoris gratia taceo, prolatum audiuiſſem, nulla omninò reſponſione dignum iudicarem. Si enim aliquid concluderet, neq; venam ſecare, vel cucurbitulas adhibere, neq; fonticulas ſummi alioqui iuuamēti, inurere, nec multas alias conſimiles operationes efficere Medico liceret, ſi ex ſe ſola natura ſufficeret. Vt propterea dicendum ſit, quod naturalia illa emiſſaria à Deo, & Natura facta pro ſanitate cōſeruanda, naturalibusq; excrementis euacuādis ſufficerent, quoties ita regulariter viueret homo, vt nullum præter naturam excrementum, vel humor prauus generaretur. Quod quidem ſi faceret, non tot vtiq; morbis, quibus continuò obnoxius eſt, corriperetur. Cum verò noſtris iſtis temporibus eò inſatiabilis ingluuies profecta ſit, vt multi, varijq; in ipſa crapula non ſecundum quantitatem ſolum, ſed varietatem quoque, & alij huiuſmodi comittantur errores, quid mirum ſi naturalia emiſſaria pro tot expurgandis ſuperfluitatibus non ſufficiant, ac proinde alia efficere, arteq; ſupplere opus ſit? Quod quidem aliquando ſolertiſsima natura ex ſeſe operatur, vlcera diuerſa in cruribus potiſsimum, atque alijs varijs partibus efficiens.

Naturalia excrementorum emiſſaria ad quid ſufficiant.

Crapula multorum morborum origo

Ad

Pauli. Paulus etiam Egineta lib. 2. ca. 36. in cura febris peſtilẽtis inquit, Quibus eiuſmodi adſunt ſymptomata, vigiliæ, nimirum, deliria, intus calor, extra frigus, lingua ſalebroſa &c. calorificis opus eſt; quò vlceretur præ ardore vndiq; corpus, & ſi qua alia via poſsibile eſt ex imis corporis partibus ad exteras feruorem euocari, ac ſubduci. Quid his clarius pro veſicatorijs in his febribus dici poteſt?

Ficini. Marſilius Ficinus quoq; idem, & Philoſophus, & Medicus preſtãtiſsimus in tractatu de peſte c. 19. inquit, Hoc in caſu non expectandum quouſq; appareat inflatio, aut bulla, ſed præmiſſa purgatione, vel phlebotomia ſis celer, ac promptus ad extrahen dum venenum faciendo cum fermento, & canthatidibus ruptionem.

Rabi Moyſis Quid aliud quoq;, quam hoc Rabi Moyſes Medicus antiquus lib. 8. aph. in principio indicare voluit cũ dicit, Cum ægritudo declinat ad ſtomachũ, & pectus, conſtrictio manuum, & pedum humorẽ noxium retrahit ad diuerſum, & cum ſuperfluitates declinant ad caput, vel ventrem, medicinæ mordicatiuæ manibus, & pedibus adhibitæ attrahunt.

Iacobi Forliuienſis. Iacobus etiam de Partibus in doctiſsimis ſuis ſupra Auic. commentarijs ſen. 4. lib. primi cap. 29. & ſen. 4. lib. tract. 4. cap. 3. agens de glandulis. ſeu tumoribus malignis in Epidemica febre peſtilenti dicit,

cit, Alij adhibent ſupra manum, & pedem in directo bochij [ita enim tumorem illum appellare videtur.] medicinas veſicatiuas, vt lac titimali, lac ficuum, vel cantharides permixtas cum fermento, vel radicem herbæ, quæ pes columbinus dicitur. Hæc enim omnia cutem vlcerant, & materiæ morboſæ exitum è corpore præbent. Idem etiam ſen. 4. lib. 1. cap. de ventoſis hæc habet verba, Et quandoq; vidi ſenari aliquos de bochio inguinali ex radice herbæ, quæ pes columbinus dicitur contrita, & ſtrictè ligata ſuper pedem.

Idem quoq; manifeſtiſsimè Alexander Benedictus Veronenſis in ſuo de peſte lib. cap. 9. affirmat cum aſſerit, Alios in eo metu tibias, vel brachia cãdenti ferro inuſiſſe, alios puſtulas vlceratiuo medicamento ad malos humores auertendos excitaſſe. *Alex: Ben:*

Quod verò, vel nunquam; vel quàm rariſsimè febrem ſaltem exiguam, ac intus latẽtem à vera peſte; quæ ad humores potiſsimum habet analogiã, & conſequenter non ita citò, vt aliæ iugulat, contingat febrem abeſſe; ita clarè, & eruditè Clariſs. Mercurialis in tractu ſuo de peſte, cap. 27. docet, vt maiori probatione egere non videatur. Alibi etiã idem Alexander in cuiuſdam nobilis febre peſtilenti infecti cura ſubdit, Atq; in ſumma tali parti exulceratorium medicamẽtum adhibui, & ita conualuit. *A peſte vix vnquã febr. abeſt.*

Ioan-

Vigonis. Ioannes quoq; de Vigo Chyrugus præſtantiſsimus in cura carbunculi verè peſtilentis, cui ſemper eſt coniuncta febris acuta, vt ex loco cit. Mercurialis patet, in hoc caſu inquit multum iuuat adminiſtrare veſicatorium in pulſibus brachiorũ, carbunculo exiſtente in ſubaſcellis; vel in clauiculis exiſtẽte in inguinibus. Hoc enim naturæ motum ad emunctoria hæc iuuat. Vnde ſuperius dicti confirmatio quoq; haberi poteſt, Motum etiam ſymptomaticũ ad decentes partes factum eſſe adiuuandũ.

Sauonarolæ. Michael etiam Sauonarola in facultate Medica celeberrimus cap. 9. de feb. peſtil. ſermonẽ habens de glandulis, Quibus inquit ſtatim ſupponunt cantharides, vel flamulam iouis. Et in caſu Papiniani dicit, Papinianus iuuenis correptus febre peſtil. poſuit veſicatorium in crure lateris affecti &c. Ex his igitur, alijsq; etiam probatis auctoribus antiquioribus non modo veſicatoriorum præſtantia, & vtilitas innoteſcit, ſed etiam eorum vſum, non vt quidam ſentiunt, nouum, ſed penè antiquum eſſe; nec noſtris tantum temporibus adinuentum.

Si vero ad recentiores etiam noſtrorum temporum Medicos accedamus: innumeros penè qui pro veſicatorijs, ac noſtra hac ſententia ſtant, inueniemus. Inter quos Ioſephus Decianus vir egregiè

Deciani. doctus in ſuo de Vtineſi peſte tract. c. 15. primum

occur-

occurrit. Petrus etiam Salius libro de feb. peſtil. cap. 24. veſicantia extremitatibus adhibita plurimum commendat. *Salij.*

Doctiſsimus etiam Veſalius lib. 5. cap. 6. circa medium ita habet, Præter medicamenta reuellentia à Gal. tradita, recentiores noſtri quædam alia addiderunt, vt medicamenta veſicantia; deindè ſubdit, Ipſorum vſus valdè eſt frequens in affectibus capitis, vt in phrænitide, apoplexia, applicant enim ipſa in carpo manus, vt retrahatur materia à capite. & mirum in modum aliquando proſunt, hæc illæ. Si igitur frequens erat vſus. Ergò etiam vtilis erat inuentus, alioqui non ita frequenter vſur paretur. Probantur etiam in phręnitide, quæ vt nemo negat, & febrem etiam acutam coniunctam habet. *Veſalij.*

Eiuſdem quoq; ſententiæ eſt Nicolaus Maſſa in ſuo de feb. peſtil. libello, cap. 8. vbi dicit, Sunt qui veſicantia vnguenta ad præſeruandum ſupra crura adhibent, vt inde virus corporis euacuetur. *Maſſæ.*

Sed quid de Præclariſsimis Patauini gymnaſij olim profeſſoribus, Hieronymo Mercuriali, Hieronymo Capiuacceo, Albertino Bottono, Hieronymo Aquapendente, Hercule Saxonia, Bernardino Triuiſano, Emilio Campolongo, & alijs cum- *Patauinorũ*

Ddd pluribus

pluribus præceptoribus meis ſemper colendiſsimis dicam? Nil aliud certè, niſi quod Medicinæ ſtudioſi inter alia multa tâquàm ab vberrimis fontibus hauſta, hoc vnum quoq; ſe illis debere fateri debent, quod horum veſicantium vſum iam ferè hominum negligentia obſoletum, ac multis annis intermiſſum, ſumma ſua cum laude, artisq; Medicę ornamento, multorumq; mortalium ſalute in lucem, ac praxim reuocarint. Quos etiam præſtantiſsimi Medici quamplurimi tum Venetijs, tùm alibi, tanquàm optimos duces, iure optimo conſectātur, atq; ſtudioſe imitantur.

Iulij Alexādrini. Nec certè hoc loco illuſtrem, ac præclariſsimum Iulium Alexandrinum Conciuem noſtrum, verum patriæ noſtræ ſplendorem, [cuius ſingulari doctrina, ac diuturnis laboribus non olim ſolum tres potentiſsimi Cæſares, quibus permultis admodum annis familiarē, ſeduſamq; operam nauauit, vſi ſunt, ſed nunc etiam tota Medicorum Schola lucubrationibus, ac ſcriptis, quibus de re medica, quàm qui maximè meritus eſt, iucundiſſimè fruitur], ſilentio prçterire poſſum. Is igitur lib. 2. ſuarum in Gal. lib. annotationum cap. de hyrudinibus hunc in modū ſcribit, Quibus ſanè corporis partibus, extremis inquam, manibus & cruribus, recurētibus in caput humoribus, aut vergentibus

tibus in viſcera, magno vſu, rectaq; ſemper ratione medicamenta acria, rubificantia vocant, applicabuntur; hodieq; quanto ſæpius cũ ſucceſſu, & quæ ſequuntur.

Cum igitur tot in arte Medica celeberrimis viris huiuſmodi veſicatoria in hiſcè etiam febribus fuerint, & ſint etiam nunc maximè approbata, rationi conſonum videtur eos multis tùm rationibus, tùm etiam experimentis in hanc ſententiam concurriſſe. Ac ſi quid mihi hac in re teſtari licet, verè quidem, ac ſanctè affirmare poſſum, me tùm Venetijs, tùm alibi cumplura experimenta, tanquàm quædam ſupra naturã miracula de veſicatorijs obſeruaſſe, multosq; eorum imprimis poſt Deum auxilio ab orci faucibus erreptos vidiſſe. Atq; ita nõ rationibus ſolum, ſed auctoritatibus etiam primã concluſionis partem ſatis confirmatam eſſe puto. *Teſtimoniũ proprium.*

Succedit modo altera pars concluſionis; quam quidem breuiſsimis præteribo, quoniam non multæ eſt difficultatis. Quod enim maximè conueniãt vbi cerebri adſunt affectiones, quæ reuulſionem maximè requirunt, vt potiſsimũ ſunt deliria, cõuulſiones, ſopores, & huiuſmodi, nullus meo iudicio eſt qui ambigat. Sed qui ea non ita facilè admittũt, id propterea faciunt, quod nè febris intendatur, ne dolores, & cruciatus magni fiant, & huiuſmodi ti- *Secunda concluſiõis pars probatur.*

ment. Quare cum hæc in corpore duro, in ſenſu obtuſo, & iam dictis, minus ſint verenda, etiam iſti facilius in huiuſmodi caſibus ea admittent, potiſſimum verò vbi exteriora frigent, interiora autem quodãmodo vruntur; in quibus ſuperius etiam ex Auic. ſententia adminiſtrandam eſſe coperturam, quæ calorem trahat ad exteriora, oſtendimus.

In hiſcè enim febribus cum ratione interni incendij non modo qui præter naturam eſt, ſed naturalis quoq; calor ad interiora confugiat, in eiſque quandam veluti inflammationem efficiat, dubium non eſt, quin foras ſit retrahendus, tùm vt ab interna inflammatione reuellatur; tùm nè illo deſtitutę externę partes omninò commoriantur.

Soluūtur argumenta cōtra veſicatoria allata. His igitur hunc in modum conſtitutis, haud difficilè modo erit argumenta primæ ſententiæ reijcere, ac refutare. Vndè huius noſtræ ſententiæ veritas magis magiſq; elucefcet.

Ad primū. Ad primum enim reſpondetur clariſſimam eius ſolutionem à Gal. 11. meth. cap. 12. inſinuari, vbi maximam illam, Quod contrariorum contraria ſint remedia ſẽper verã eſſe affirmat, cũ fieri nõ poſſit, vt quidq̃ eorũ quæ præter naturã ſunt per aliud, quam per contrarium ſuum cruetur. Quod quidé manifeſtiſsimè conſpicitur, quando vni tantum præter naturam exiſtenti occurrendũ eſt. Quando

vero

vero plura huiuſmodi ſunt, eaq; contrarias habentia indicationes fieri tunc poteſt, vt quod vni contrarium eſt, alteri ſit ſimile: quo in caſu magis vrgẽti, vt cauſæ prius quàm effectui, & ei ſine quo tolli alterũ non põt eſt occurẽdũ, vt, quemadmodũ loco cit. dicit Gal. ex vſu non ſit ſemper oĩbus, quæ præter naturam ſunt, mederi propriè per cõtraria, ſed ſolum cum per ſe ſubſiſtunt. Cum igitur in noſtro propoſito plures concurrant indicationes, alię quidem febrem ipſam, aliæ eius cauſas reſpicientes, & hæ quidem pro diuerſo cauſarum peccato diuerſæ ſint, quælibet contrario ſuo ſi non formaliter, effectiuè ſaltem curatur; vt hac ratione etiam veſicatoria quamuis calida ſint, & reſpectu febris non contraria, ſunt tamen contraria motui deprauato humorum malignorum ad cor, à quo indicantur, non à febre primò. Et ſic quatenus reuellunt in contrariam partem, dicuntur habere rationem contrarij, non febris, ſed cauſæ, & potiſsimum eius motus reſpectu; qui quidem motus alio contrario motu tollitur: cum verè contraria ſint, quæ ſub eodem genere plurimum differunt. Et quoniam vt antea diximus ex hoc ad cor prauorum humorum motu maximum imminet periculum, propterea illi quàm maximè, etiam ijs auxilijs, quæ alioqui febrem augere poſsunt,

Vbi plures, et contraria concurrunt indicationes quid agendũ

Contrarium

Curatio per accidens & a ſimili fieri poteſt.

poſsint, eſt occurrendum. Cum magis vrgenti ſit etiam magis obuiandum. Dici etiam poſſet ab huiuſmodi calidis veſicatorijs foras attracto calore internas partes conſequenter per accidens refrigerari; ita vt quamuis per ſe quodlibet contrario proprio curetur; per accidens tamen à ſimili etiam curari poſsit. Hac enim ratione etiam ab aperientibus calidis iecur ex obſtructionibus ſupercalefactū refrigerari dicimus. Et vinum etiam calidū, immodico ſuo calore innatum calidum iecoris reſoluendo illud refrigerare, & hydropem quoq; inducere non rarò conſpectum eſt. Ita quoq; Gal. 2. lib. comen. in 6. epid. quando humores acres acri quoq; clyſtere euacuat, quamuis clyſter acris humoribus ipſis acribus nō ſit contrarius, ſed ſimilis, per accidens tamen eos humores euacuādo, & corpus refrigerando morbo calido dicitur eſſe contrarius. Ad rem igitur, Veſicatorijs quoq; vtimur nō primò ratione febris, ſed ratione motus prauorum humorum, qui nobiles partes petunt, vt illos reuellamus. Sic etiam Gal. calida medicamenta purgantia vſurpauit non primò ratione febris, ſed vt humor noxius euacuetur, quo euacuato cōſequenter, & febrilis calor remittitur, quamuis primo ab illis augeri videbatur. Idem de veſicatorijs dicendum reſpectu humorū motus. Symptomata enim

quando

quando valdè vrgent, curam ad ſeſe trahunt, & ſæpè remedia morbo contraria expoſtulant. Ita.n. Gal.quoq; 13.meth.in lethargo affectu frigido reuulſionis gratia ſanguinem miſit, licet hæc euacuatio ſanguinis corpus refrigeret; idem penè in apoplexia, & ſimilibus affectibus accidit.

Symptomata ſæpè morbo contraria expoſtulant.

Cum verò in his febribus à corde potiſsimum, & ad longinqua reuulſione opus ſit, meritò veſicatoria illis partibus adhibentur; ad quas multę arteriæ, venæ, & nerui perueniunt, per quas ratione colligantiæ, & conſenſus, ac cataixis [hæc enim vt dicit Gal.lib.de curandi ratione per ſang. miſſ. cap. 15. eſt euacuatio ſecundum vaſorum rectitudinem cum parte affecta, de qua tamen multi multa loquuntur] à partibus illis nobilibus attractio ſit facilior. Et ad has partes nonnunq̃ ſponte ſua natura peccantes humores ſolet protrudere, vt in q̃buſdã hic Tridẽti euenit, qui per magnas ẽt veſicas in his partibus erũpentes ab his feb. ſunt liberati. Neq; partibus illis tã remotis, cum ſuis potiſsimũ defenſiuis, vt ſuo loco dicetur, adhibita extrinſecus quãuis calida febrem tàm citò excitare poterunt, atq; aliqua partis alicuius inflammatio, cum in huiuſmodi ex ſe orta inflammatione humorum copia, & agitatio, à quibus facilè fit febris, neceſſario reperiantur. Sed hæc de primo ſatis.

Cur veſicatoria partibus neruoſis, & arterioſis adhibeantur.

Ad

Ad ſecundũ Ad Secundum. Primò dici poteſt, non omnia veſicatoria ex cantharidibus, ſed aliqua etiam ex rebus minimè venenoſis, vt inferius magis patebit, componi. Deinde reſponderi etiam poteſt cantharides non eſſe ſimpliciter venenum, quandoquidem non rarò intrinſecus etiam per os ad frangendum lapidem, & ſuppreſſum lotium prouocãdum vtiliter exhibentur. Quòd ſi aliquando veſicæ noceant ſanguinis mictum prouocando, id non ſemp, ſed rarò, & potiſsimum quando non benè præparantur efficiunt. Dato tandem etiam quod cantharides aliquid in ſe veneni contineant etiã in partibus, quæ vſurpantur, adhuc etiam reſpondemus hanc ob cauſam non modo reijciendas, ſed maximè amplectendas eſſe, quãdoquidem ſic ex Gal. loco ſuperius citato, non modo calore ſed ſimilitudine etiam ſubſtantię cum venenoſis humoribus, eos facilius ad ſeſe allicere poterunt.

Cantharides non ſunt ſimpliciter venenum.

Venena venenis interdum curantur. *Mattheolus* Venena etenim multa ſic venenis alijs maximè curari, qui clariſsimi Petri Andreæ Mattheoli ſummi Medicinæ illuſtratoris in Dioſcoridem præfationem legerit, ignorare planè non poterit; & ſuperius etiam de ſcorpionis, & canis rabidi morſu à nobis dictum eſt.

Ad Tertiũ. Ad Tertium. Reſpondemus veſicatoria potiſsimum vſurpari apparentibus illis ſymptomatibus

cruda

cruda exiſtente materia, ac quodãmodo furioſa, vt reuellatur ab indecenti motu. Nam quando accidentia illa cum ſignis coctionis prope ſtatum apparent, cum futuram criſim ſignificent, eamq; bonã ob connexa coctionis ſigna, quæ naturam morbo ſuperiorem oſtendunt, ſunt parui facienda, atque naturæ opus complendum permittendum eſt. *Signa decretoria bona quando.* Quando verò abſq; coctionis ſignis illa apparent, cum eis naturam minimè dominari oſtendant, ſed humores ſymptomaticè, ac furioſè ob ſuam prauitatem huc, atq; illuc moueri, quò etiam tempore ſi aliqua excretio à natura facta appareret, ſymptomatica eſſet, vt quamuis per huiuſmodi reuellentia aliquo pacto impediri poſſet, nullum tamen notabile incommodum ſubſequeretur, cum ſimul ad ignobiliores partes prauorum humorum attractio fieret; non ideò tunc huiuſmodi veſicantia ſunt pertimeſcenda. Neque cenſendum eſt ab illorum vſu coctionem humorum impeditum iri; cũ non adeò inſignẽ efficiant agitationẽ, vt id præſtare poſsint; & ſi quã efficeret, minus tamen ex ea incommodi ſequeret, quam ſit vtilitas ex venenoſæ materiæ retractione. *Coctio non impeditur à veſicatorijs.* Quinimò tantum abeſt, vt per veſicatoria internæ facultates, & calor naturalis debilitentur, vt potus à veneno ſubleuatæ reddantur contra illud robuſtiores,

vt tunc natura fortius expellente, & medicamento attrahente, perfectior fiat expulſio, conſequẽterq; vires magis alleuientur. Patet igitur ſi non indifferenter, ſed iudicio adhibito, atq; conuenienti electione vſurpentur, ab ijs non poſſe vllam bonam criſim impediri.

Ad quartũ. Ad Quartum. Quod per veſicatoria prauorum humorum coctiones non impediantur, ſed potius ſubleuatis à malignitate internis facultatibus facilius perficiantur, paulo antè diximus. Tantum verò abeſt vt vigilias excitent veſicatoria, vt potius poſt eas diuturnas dulciſsimum ſomnium magna ex parte concilient; nec id quidem ſine ratione. Cum enim vigiliæ in his febribus ex vaporibus bilioſis acribus, & exſiccantibus, cerebrumq; velicantibus, vt ſuo loco diximus fiant, rationi conſonum videtur, vt ijs ſublatis, vigiliæ quoq; eorum effectus tollantur. Alia namq; reuellentia, vt extremorũ lotiones, & ligaturas ipſas, vt Paulus quoq; Egineta lib. 2. cap. 42. teſtatur, idem præſtare conſpicimus; ſi aliæ id præſtant, cur veſicatorijs cum etiam reuellant, denegabimus. Dices ratione ſaltem doloris id præſtare. Sed ut uerum fatear nunquam, ubi dexterè, ac ut decet fuerint adminiſtrata, ut poſtea dicetur, tantum dolorem excitari vidi, ſed benè ſuauiſsimum ſomnũ ea ſubſequi, à quo conſequenter

Somnus interdùm à veſicatorijs introducitur.

vnito

vnito naturali calore, vt prima aph. Ventres hyeme, & vere &c. coctiones omnes validiores fiunt.

Ad Quintum. Dicimus, quòd cum venenum plures ſimul partes nobiles, vt cor, cerebrum, & iecur, non vnicam tantum occupet, vt ab omnibus etiam ſimul fiat retractio, atq; reuulſio, iure etiam his diuerſis, ac pluribus partibus, vt ad oppoſita ſeruata tñ cataixi, fiat reuulſio adhibenſ. Natura.n. ipſa quoq; diuerſarum partium ſuperfluitates, ac excrementa per diuerſas partes protrudit. Vndè in febribus verè peſtilentibus eodem tempore, & in inguinibus, & ſub aſcellis, alijsq; partibus bubones peſtilentes, atq; carbunculos erumpere conſpicimus; atq; in his etiam febribus non rarò cum peticularum eruptione, vt diximus aliqñ menſium; aliqñ alui fluorẽ vtiliter coniungi vidimus. Quòd ſiquidem etſi vt ſignum copioſas materias malignas indicans, ſit malum; vt cauſa tamen prauos humores expurgans poteſt eſſe bonum, licet non ſimpliciter, neq; critici atq; perfecti motus reſpectu; ſed quoniam venenatam materiam melius ſemper eſt ex corpore excerni, quocunq; tandem modò expellatur, quam diu in corpore detineri, vt alibi quoq; meminimus.

Ad quintũ.

Cur tot diuerſis partibus adhibeã tur veſicat.

Malũ vt ſignum, bonũ vt cauſa.

Ad Sextum. Non negamus melius multò, ac tutius localia auxilia poſt vniuerſales euacuationes

Ad ſextum.

vſurpari, cum hoc quoq; Gal. 4. meth. & 2. de compoſit. med. loc. cap. 1. teſtetur. Id tamen in cura regulari potiſsimum, non in coacta locum habet, in qua aliquãdo contingit tantã eſſe, ſymptomatum, ſæuiciem, vt inducias minimè concedant; atque tunc ad hos vapores, ſymptomatum illorũ cauſam reuellendos antea etiam vſurpari poſſunt, quamuis vniuerſalis nulla præceſſerit euacuatio, vt in dato exemplo de cubiculo patet; in quo ignis copioſum fumum excitet: tollitur quidem hic fumus citius ablato ex cubiculo igne; at ſi id ahjs de cauſis commodè fieri non poſsit, minuetur ſaltem ſi hoſtium, atq; feneſtræ per quas exeat, adaperiantur.

Exemplũ de fumo.

Ad ſeptimũ.

Ad Septimum. Dicimus frictiones, ligaturas, & huius generis alia prænominata reuellere, & ipſa quidem, ſed tantum, vt nunc, dum nimirum adminiſtrantur, ijs verò ceſſantibus, etiam eorum ceſſat operatio, & reuulſio. Cum verò in his febribus cõtinuò, & aſsiduò hi vapores longo tempore petant cor, aliasq; principales partes, opus eſt etiam auxilio, vt ſunt veſicatoria, quod eos aſsiduò reuellat. Neque certè tantum ſunt pertimeſcenda, cum leuem tantummodo, cumque dum excitatur veſica tantum dolorem inferant, qui mox quoque mitigatur.

Leuem dolõrem excitãt.

Ad Octauũ.

Ad Octauum. Adeo leue, ac vt ita tanti viri pa-

ce dixerim, puerile eſt hoc argumentum, vt niſi à viro alioqui Excellentiſsimo, cuius nomen honoris gratia taceo, prolatum audiuiſſem, nulla omninò reſponſione dignum iudicarem. Si enim aliquid concluderet, neq; venam ſecare, vel cucurbitulas adhibere, neq; fonticulas ſummi alioqui iuuamēti, inurere, nec multas alias conſimiles operationes efficere Medico liceret, ſi ex ſe ſola natura ſufficeret. Vt propterea dicendum ſit, quod naturalia illa emiſſaria à Deo, & Natura facta pro ſanitate cō ſeruanda, naturalibusq; excrementis euacuādis ſufficerent, quoties ita regulariter viueret homo, vt nullum præter naturam excrementum, vel humor prauus generaretur. Quod quidem ſi faceret, non tot vtiq; morbis, quibus continuò obnoxius eſt, corriperetur. Cum verò noſtris iſtis temporibus eò inſatiabilis ingluuies profecta ſit, vt multi, varijq; in ipſa crapula non ſecundum quantitatem ſolum, ſed varietatem quoque, & alij huiuſmodi comittantur errores, quid mirum ſi naturalia emiſſaria pro tot expurgandis ſuperfluitatibus non ſufficiant, ac proinde alia efficere, arteq; ſupplere opus ſit? Quod quidem aliquando ſolertiſsima natura ex ſeſe operatur, vlcera diuerſa in cruribus potiſsimum, atque alijs varijs partibus efficiens.

Naturalia excrementorum emiſſaria ad quid ſufficiant.

Crapula multorum morborum origo

Ad

Ad Nonum. Concedimus, & nos cum Gal. ratione febris ſolum, neq; inunctiones calidas, neq; etiam veſicatoria conuenire, At quando febri aliquid aliud valde vrgens quod ea expoſtulet, vt eſſet cutis conſtipatio febrem efficiens, vel prauus humorũ motus ad nobiliores partes, vt in caſu noſtro, tunc magis vrgenti occurrendo ac cauſæ efficienti, & vnctionibus illis, & veſicatorijs vti tutò poſſumus, vt antea etiam fuſius dictum eſt, quemadmodum quoq; purgantibus medicamentis etiã calidis non febris cauſa, ſed vt humores febrem facientes expurgentur vtendum eſſe docuit Galen⁹. Quas quidem inunctiones calidas in his febribus quoq; ad adiuuandum peticularum exitum vti poſſumus.

Ad decimũ. Ad decimum. Dicimus veſicatoria id præſtare non poſſe. Etſi enim concedatur, licet non ita ſit, vt cerebrum calefaciant, cum tamen agens fortius in proximum, quàm in remotum agat, calefacient etiam conſequenter magis partes illas quibus adhibentur, quam cerebrum. Vndè cum attractio à potentiori caliditate fiat, maior quoq; fiet ad loca illa, & conſequenter maior à cerebro reuulſio. Neq; tamdiu relinquuntur partibus illis adhærere, vt conuulſionem ſua ſiccitate excitare poſsint, ſed facta veſica quamprimum auferuntur.

Veſicatoria conuulſiones excitare nõ poſſunt.

Ad

Ad XI. Negatur aſſumptum. Nam vt plurimũ facillimè; imo ſponte ſua ulcera citius etiam ſæpenumero, quam uellemus, conſolidantur, ut in cò potius, ut aperta diu conſeruentur, quam ut ad cicatricem perducantur nobis ſit laborandum. *Ad 11.* *Citò ſonãtur hæc vlcera.*

Ad XII. Reſpondetur, quòd ſi qui poſt adhibita ueſicatoria deterius habere uiſi ſunt, id non ueſicatoriorum, ſed malignitatis ipſius morbi potius cauſa, & ui factum eſt, quam quidem interdum nec præſtantiſsima etiam remedia uincere poſſunt, iuxta poetæ illud, *Ad 12.*

Non eſt in Medico ſemper releuetur ut æger, *Non omnes morbi curari poſſunt.*

Interdum docta plus poteſt arte malum.

Si namq; ratio ualeret, ob eandem quoque, & uenæ ſectio, & cucurbitulæ, & alia quæuis auxilia ueniret criminanda; cum nullum adeo certum, ac ſalubre auxilium reperiatur, quod omnes ſemper ſanare poſsit, alioqui enim neq; Imperatores, neq; Reges, aut Principes, & magnates ulli unquam morbo interirent, cum ijs non Excellentiſsimorũ Medicorum modò, ſed medicamentorũ ẽt copia ulla deſit. Attamen quottidie aliquos quoq; interire uidemus, qui auxilij quodcunq; genus ſumma etiam ratione, ac diligentia adhibitum, ſunt experti; quod tùm in omni hominum ſtatu, tùm in omni morbi genere, & in his potiſsimum febribus euenire conſpicimus.

ſpicimus; ab illis enim omnes quocũq; etiam præſtantiſsimo auxilio perſanari non poſſunt. Tanta enim eſt harum febrium malignarum potiſsimum uerè peſtilentium prauitas, ut quidquid fiat, plerunq; mors ægri ſubſequatur, & ſiue hoc, ſiue illo remedio utaris res ſemp plena periculo eſt. Quod ſi experientiæ quoq; fides ſit adhibenda, non pauciores quoq;, imò multò plures pro noſtra hac ſententia, quàm pro contraria reperientur, ut antea eſt oſtenſum.

Ad 13. Ad XIII. Dicendum, multa etiam alia remedia purgantia potiſsimum, ut Mana, rhabarbarum & huiuſmodi, à poſterioribus Medicis inuenta eſſe, quæ tamen antiquioribus illis erãt prorſus ignota. Quis enim apud antiquorum aliquem artem reparandi amiſſum naſum legit? quæ tamen his noſtris temporibus à peritis, ac maximè induſtrijs uiris eſt excogitata. Imò hoc artium proprium eſſe uidetur, ut per nouarum inuentionum additamenta incrementum, ac tandem perfectionem adipiſcãtur. Etſi negandum non ſit, ut ex ſupradictis patet, huiuſmodi ueſicatoria multis ex antiquis fuiſſe maximè approbata.

Ad 14. Ad XIIII. Dicimus Gal. eo in loco de ſimplicis affect⁹ ĩ intẽperie frigida, & humida curatione loq, cui dubiũ non eſt ea cõuenire, vt in primi argumẽti ſolu-

ſolutione dictum eſt, in explicatiõe axiomatis illius Contraria contrarijs curantur. Sic quoq; & nos cũ veſicatoria comendamus in his febribus, non febris cauſa per ſe primò, ſed ratione reuulſionis, & ſymptomatum, ea cõmendamus; vt nimirum fluxionem, quæ ad nobiliores partes fertur, ad ignobiliores, quibus ea adhibentur, irritemus, ac tranſferamus.

Cum igitur ex veſicatoriorum vſu in his febrib⁹ vberrimam vtilitatem ex dictis promanare cõſtet, ob leuem aliquam, quam afferre poſſunt moleſtiã, non eſt quod tam præſtans auxilium contemnatur. Anteq̃ verò huic quæſtioni finem imponã, circa veſicatorijs vtendi tempus hoc tantummodo admonuerim, ad hoc vt ea adhibeamus non eſſe humorum coctionem expectandam, cum materia venefica, ac maligna ſit, & conſequenter cõcoctionis incapax, vt propterea ſicuti quamprimum fieri poteſt euacuanda, ita etiam quò citius fieri poteſt, apparente potiſsimum graui aliquo circa caput ſymptomate, ad externas partes erit reuellẽda. *De tempore vtendi veſicatorijs.*

Hæc igitur de hac quæſtione eſt ſentẽtia noſtra, quam vt magis rationi conſonam hactenus fęliciſſimo, vt plurimum cum ſucceſſu ſequuti ſumus. Si quis tamen iam ſupradictis meliores contra eam rationes adduxerit, non modo ſententiam mutare *Concluſio huius quæſtionis.*

non grauabimur; ſed illi etiam maximas habebimus gratias, ſequemurq; perlibenter; Cum, ita nos Deus amet, non contentionis, ſed indagandę tantum veritatis gratia hæc à nobis dicta ſunt.

¶Quibus præterea morbis conueniant Veſicatoria. Cap. 11.

NON modo in his malignis febribus, eum quem oſtendimus vſum habent hæc veſicatoria, ſed in multis alijs affectibus et, in q̃bus nõ mõ reuulſio ad diſtantes partes, ſed euocatio materiæ profundæ per ipſammet partẽ affectã, potiſsimũ vbi illa intemperie frigida, & humida affecta ſit, eſt neceſſaria maximè proficua reperiuntur: In huiuſmodi.n. præter materiæ à profundis partibus ad ipſam ſuperficiem eductionem, habet quoq; alterantis medicamenti vim veſicatorium, de qua quidem & Gal. & Aetius, vt ſuperius in 14. Argumento diximus ſunt intelligẽdi.

Pro reuulſione. Conuenient igitur præter ſupra nominatos de his febribus caſus, vbi nimirum phrenitides, paraphrenitides, ſopor, lethargus, intus calor extra frigus, & ſimiles alij affectus sũt, pro reuulſione in multis alijs affectibus; nimirũ in epilepſia, charo, comate, apoplexia, & conſimilibus; in quibus cũ reuulſionis gratia oppoſitis partibus parti affectæ adhibeantur

tur, poſſunt etiam ſi res vrgeat ante vniuerſales eua cuationes adhiberi. Vbi verò pro deriuatione, & euocatione tantum, vel ipſi parti affectæ, aut proximæ adhibentur, vt in ophtalmia, lippitudine, oculorum lachrymatione, ſtupore, paraliſi, iſchiade, hydrope aſcite, ſplenis ſyroſis tumoribus, pertinaci, & antiquo capitis, ac cuiuſcunq; alterius partis dolore, tunc poſt vniuerſales euacuationes illa adhibere tutius eſt. Si enim repleto toto propè affectas partes, vel ipſis etiam applicentur, plus à toto ad illas attrahent, quam ſit illud, quod ab illis euacuabunt. Hoc ꝑterea tãtũ notatũ cupio, in omnibus penè oculorum ex humorum affluxu affectibus, poſt aures è directo oculi affecti adhibita veſicatoria plurimum conferre. Multi quoq; ea cruribus adhibita in præſeruatione à peſte, & in curatione etiam, ſummis laudibus efferunt. Demum omnibus illis affectibus cõuenire poſſunt veſicatoria, ad quos lib. 2. de med. loc. cap. 1. circa mediũ, Gal. Metaſyncritica medicamenta commendat.

Pro deriuatione

In præſeruatione à peſte

¶ De Veſicatoriorum materiebus, & ea componendi artificio. Cap. III.

CVM Veſicatoriorum vis ea ſit, vt ſupra dictum fuit, vt non proprietate ſubſtantiæ, ſeu formę, ac mixtionis modo ſimilitu-

dine; ſed magis etiam calore humores ad ſeſe attrahant, vt hoc præſtare poſsint, patet ex genere intenſè calidorum, vt ad tertium, ac quartum caloris exceſſum pertingant, eſſe debere, cuiuſmodi maximè ſunt, quæ acri admodum ſapore ſunt prædita. Vt verò ad intima magis penetrent, tenuitate ſubſtãtię donata ſint neceſſe eſt. Recenſeri verò poſſunt veſicantia inter cauſtica ipſa, leuiora tamen, & vt aliàs diximus inter antiquorum Metaſyncritica. Vehementiora etenim cauſtica, & quæ craſſarum ſunt partium, non modò cuticulam attolendo veſicas excitant, ſed eam cum ſubiecta carne aduredo eſcharam efficiunt.

Temperatura veſicatoriorum.

Ad veſicam igitur excitandam præter illa, quæ ab Aetio inter Rubificantia lib. 3. cap. 193. recenſentur, inter ſimplicia apta ſunt hæc, Batrachium, ſeu pes columbinus, flamula iouis, clematis altera, ſcordeum, ſinapis, euphorbium, ſandaracha, ſquãma æris, æs vſtum, attramentum ſutorium, veratrum album, elaterium, ſcammonea, cantharides, & huiuſmodi, quæ contuſa, vt facilius actuari poſsint, vel per ſe ſingula, vel plura ſimul, aut cum eximellite, vel aceto ſqulitico, vel alioqui accerrimo, & fermento veteri commixta vſurpantur, ſicut & allium ipſum.

Simplicia veſicatoria.

Circa quæ primò illud notandum venit, eorum alia

V trii; illorũ gradus.

alia eſſe validiora, alia verò debiliora, vt in illorum electione non leuis cura ſit adhibenda. Namq; in carne tenella, ac molli, vt eſt illa puerorum, ac mulierum, nec non virorum nobilium, qui delicatè admodum viuunt, ac in mollicie educantur, ijs leuia ſufficiũt. Durioribus verò corporibus, ac cute craſſa, & dura præditis, vt quibus etiam ſenſus obtuſus eſt, validiora ſunt neceſſaria.

In horum verò veſicatoriorum cõpoſitione notandũ eſt ꝙ præter principale agens, ſiue illud ſint cantharides, ſiue aliud quamuis, vt plurimum acetum additur acre, tùm vt principalis medicamenti vim acredine ſua adaugeat; tum ut facilius penetrare faciat. Quod ſi iſthæc magis illud præſtare uolumus, acetum etiam ſquiliticum imponimus. Additur etiam fermentum ipſum triticeum, ut ſua acredine principalis medicamenti actionem coadiuuet; & propterea cum ualidum efficere uolumus ueſicatorium, uetus fermentum, ut magis acre adhibemus; Cùm minus uerò efficax, uel etiam ubi eſt intentio nimiam principalis medicamenti uim remittendi; recens, ac dulcius fermentum imponimus. Præſtat fermentum aliam quoque utilitatem in his ueſicatorijs. Sua enim ui emplaſtica calorem natiuum fouet, nec difflare permittit, ut ſic deindè medi-

Circa compoſitionem illorum not.

Acetum.

Fermentum

medicamentum facilius actuare poſsit. Addi ẽt à quibuſdam Oximel ſolet, quod præter alias hanc quoq; vtilitatem præſtat, vt veneficam qualitatẽ, ſi quæ in medicamento ſit, obtundat.

Oximel.

De cantharidibus.

De cantharidibus etiam notãdum eſt, vt ex Gal. lib. 2. de antidotis cap. 7. & 4. de ratione victus penultimo, colligere licet, non eſſe eas in veſicatorijs integras imponendas, ſed ventres tantummodo ab iectis extremitatibus, alis nimirum, & pedibus. Ratio autem eſt, quoniam extremitates illæ ſunt ipſius ventris alexipharmaca, & ideo eius vim, ac potentiam attrahendi venenum ſimilitudine ſubſtantiæ obtundunt, impediuntq; præcipuam eiuſdem operationem.

Cantharidũ extremitates abyciẽdę

Formula veſicatoriorũ.

Vt verò aliquæ etiam compoſitorum veſicantiũ formulæ, cuiusq; gradus habeantur, ita præſcribi poterunt. Ac ſi quidem generoſum cupimus medicamentum in corpore duro, vt dictum eſt, talẽ eſſe poterit.

Generoſi.

Rec. Cantharidum præpar. vt dictum eſt vnc. ʒ.
Euphorbij } an. ℨ.ij.
Fermenti veteris }
Aceti ſquilitici, vel oximel. q. ʒ. miſce.
& fiat paſta pro veſicatorijs.

Leuis.

Leuiſsimi verò pro pueris, & carne tenella exemplum tale eſſe poterit.

Rec.

Rec. Cantharidum præpar. ʒ. ij. *Mediocris.*
Sem. ſinapi ʒ. iij.
Fermenti recentis vnc. ſ.
Oximel. ſimpl. q. ſ. miſce. f. paſta.

Mediocre verò tale erit,

Rec. Cantharidum præpar. ʒ. añ. ʒ. iij.
Sinapi
Fermenti ʒ. ij.
Oximel. q. ſ. miſce. f. paſta.

Atq; ita prudens Medicus horum exemplo poterit ſibi varia alia eadem arte ſemper, ad carnis habitudinem, & ipſius partis ſenſum magis, vel minus exquiſitum, vel obtuſum reſpiciendo, componere, ſiquidē obtuſiori ſenſu prędita pars, validius quoq; ſuſtinet medicamentum.

De modo, ac ratione Veſicatoria adhibendi. Cap. IIII.

CVM igitur tanta ſit huius auxilij præſtantia, atq; vtilitas, vt benè adminiſtratum à grauiſsimis malis, atq; à morte ipſa ſæpiſsimè vindicet ægrotantes, operæ prætium me facturum exiſtimaui, ſi rectam quoq; eiuſdem vſus rationem ſubiungerem; præſertim cum à pleriſq; vlla abſque diſtinctione, aut arte vſurpari videam. *Electio loci cui ſunt adhibenda veſicatoria.*

Locum igitur imprimis, cui veſicatoria ſunt ad-

hibenda.

hibenda elligere oportet. Circa quem ea, quæ in ſuperioribus attulimus, ad memoriā ſunt reuocanda, nimirum non ob vnicam tantum, ſed ob diuerſas intentiones ea vſurpari. Interdum enim ſolius reuulſionis gratia ab ipſo potiſsimum capite, & corde adhibentur. Et tunc quidem, cum reuulſio ad diſtantiſsimas partes, ſeruata tamen rectitudine, & cataixi fieri debeat, brachijs per quatuor digitorum latitudinem ſupra raſetam in parte domeſtica applicāt. Tantū enim ſpacij relinqui debet, vt poſt ligaturam quoq; quatuor digitis pulſus cōmodè tangi poſsit. Per tantundem quoq; ſpacij ſupra clauiculam cruribus in interiori parte adhiberi debent.

Pro reuulſione.

Circa brachia.

Non rarò etiā tùm reuulſionis alicuius, tùm deriuationis gratia vſurpantur; vt cum iam magna ex parte in caput materia fluxit; tuncq; partibus vicinioribus, circa ſpatulas nimirum, debent adhiberi. Verum quoniam locus ille difficulter admodū conuenientem patitur ligaturam, & illa abſque magna ægri moleſtia adminiſtrari nō pōt. propterea in hoc caſu parti ſupremę brachij propè ipſum humerum commodius adhiberi poſſe cēſemus, cùm facilius, multò ea pars ligari poſsit, nec multum à capite, à quo etiam deriuare poterit, diſtet.

Circa ſpatulas.

Poſt aures. Poſt aures quoq;, vt antea etiam innuimus, vbi materiam à cerebri centro, euocare, vel ab oculis

ipſis

ipſis reuocare, ac reuellere cupimus, adminiſtrantur. Illud hoc loco eſt diligenter animaduertendũ, ut ad deriuationem per hæc medicamenta non accedamus quando regulariter operari conceditur, niſi præmiſſa prius fuerit reuulſio, & uniuerſalis euacuatio, ſi potiſsimum in toto fuerit plenitudo. Ita enim, & rationem ipſam, & Galenum imitabimur, qui 5. meth. cap. 15. in illius Romanæ cura primò ueſicauit extrema, tũ tādē, & ipſum caput. *Reuulſio præcedit deriuationem.*

Quicunq; igitur locus pro inſtituti noſtri ratione fuerit ellectus, ut ſine magno dolore poſtmodũ curari ueſicatoria poſsint, is primum à pilis, ſi qui ſint, denudandus, & abradendus eſt: alioqui enim dum ammouebitur adhærens cerotum, pili quoq; illi cohærentes ſimul auulſi, dolorem inſignem excitare ſolent. *Pili a parte auferendi.*

Et quoniam, vt plurimum, noſtri corporis ſuperficiei vnctuoſitas quædam adhæret, quæ neq; medicamentum ipſi parti affigi, neque conſequenter actuari ſinit; propterea diligenter linteo aliquo illa erit abſtergenda, & locus aceto ſufficienter abluendus; ſimulq; ad ruborem vſq; perfricandus, vt ibi attracto cum ſanguine calore ſopita medicamenti vis, atq; facultas veſicans, & vlceratoria de potẽtia in actum facilius deducatur; alioqui enim difficulter, & non niſi longo temporis ſpacio veſica excitabitur; *Vnctuoſitas abſtergenda.*

Quando veſica non excitatur, malũ. bitur; & aliquando etiam nunquam; quod cum accidit, mortale vt plurimum ſignum obſeruatum eſt. Summam enim in partibus illis caloris innati imbecillitatem, ac quandam extinctionem, quæ medicamentum actuare nequeat, ſignificat, vt magna ex parte in lypirijs ipſis febribus, in quibus ob internum incendiũ exteriora frigent, euenire ſolet.

De enſiuũ. His igitur præmiſsis, nè circumiacentes partes loco, cui applicatur, à medicamento vlcerante oblædantur, ſed conueniens tantummodo veſicetur, defenſiuo aliquo ſunt muniendæ. Hoc autem fiet linteo adhibito cum emplaſtro diapalmate, rotundo ad palmæ manus magnitudinem; cum foramine *figura oualis* in medio figuræ oualis potius, q̃ rotundæ, quandoquidem, vt docet Hip. vlcera rotunda difficilius deindè ad ſanitatem perducuntur. Sitq; magnitudinis tantæ, vt per illud ouum columbinũ egredi poſsit; applicetùrq; ipſi parti, vt firmiter hæreat. Et per foramen illud pars veſicanda tota conſpiciatur. Huic deindè paſta ipſa veſicatorij prius emollita, & aceto acerrimo humectata imponatur; ſitq; illa ſatis craſſa, vt potentius agat: quæ vt eo loco detineatur, linteum aliud tenaci aliquo cerato, vt diapalmate, vel de betonica, aut huiuſmodi obductum ſuperponatur, eiuſdem cum priori magnitudinis, vt eius circumferentia paſtam veſi-

cantis

cantis exuperans, priori firmiter adhærendo, medicamentum, nè ad alias partes diffluens eas offendat, contineat. Tum demum ſuper impoſito plumaceolo ex multiplicato linteo, quò melius comprimat, faſcia locus deindè eſt moderatè arctè ligandus. Et ita per 4. vel 6. vel 8. horarum ſpaciũ, prout validius, aut mitius fuerit medicamentum, & ægrotantis caro durior, aut mollior, relinquatur.

Deligatura.

Quamdiu veſicatoriũ relinquẽdum.

Tempore hoc tranſacto cum iam concitatã eſſe veſicam exiſtimamus, nondum tamen certi ſimus; paulatim ab vna parte inferius linteum à carne eſt ſeparandum, & attollendum, donec locus ille à paſta contactus conſpiciatur; in quo ſi facta iam ſufficiens veſica videatur, totum medicamentum auferatur, ſin minus, relinquatur adhuc vt prius, vſquequò ſufficiens iam facta veſica apparuerit; tum demum auferatur. Medicamento ablato veſica incidenda, vel perforanda erit, ſinendusque humor ille ichoroſus ac virulentus effluere, paulatimque cuticula à carne ſeparata detrahenda.

Veſica incidenda.

Tum demum ad dolorem leniendum, & prohibendam vlceris conſolationem, butyrum recens ſuper folio caulis obductum adhibetur, quod bis in die, mane. ſ. & veſperi renouari debet.

Ad dolorẽ leniendum.

Si verò citius, quàm vellemus, vlcus conſolidari

Ne vlcus cõſolidetur.

contingat, ac cicatrice obduci, ea auferenda eſt, vlcuſq; renouandum. Ad quod cæratum ſacrum cum cantharidum puluere, vel vnguentum ægypciacum, cum æquali portione roſati, vel de cerusſa, aut alterius conſimilis admotum erit conueniens.

Vt magis attrahat. Vt verò maior fiat ad locum vlceratum materierum attractio, cæratũ ſacrũ, vel Cærines applicet.

Doloris mitigatio. Quod ſi ex nimia loci inflammatione dolorem ita vehementem excitari contingat, vt patientem nimium excruciet, is vnguento roſaceo, vel linimẽto ſimplici, ſeu de cerusſa, aut de ſolatro leniendus erit.

Quanto, & quomodo cõſolidanda. Poſtq; verò reuulſionis neceſsitas, & conſequenter veſicatorij vſus ceſſauerit, vt cum ſymptomata & febris ipſa fuerint remiſſa, aut prorſus deſiuerint, tum demum vlcus illud cicatrice obducendũ erit; quod optimè diapalma, vel vnguentum de cerusſa, aut etiam de minio, aut aliquod aliud ſimile commodè præſtare poterit. Imò ſæpè abſq; vllo medicamento ſpontè præſtat natura ipſa.

De ardore vrinæ, & vlcere ex cantharidibus. Quoniam verò cantharides peculiari quædam anthipathia ipſi veſicæ ita aduerſari videntur, vt alias quoq; à nobis dictum fuit, vt extrinſecus etiam adhibitæ eam aliquando exulcerent, vel ſaltem ardorem vrinæ excitent, non erit à propoſito noſtro inſtituto alienum, modum, quo huic ſymptomati

ſi

ſi quando ex illarum vſu occurrat, ſuccurri poſsit, ſubiungere. Id autem fiet decoctis refrigerātibus diureticis intrinſecus per os exhibitis, cuiuſmodi eſſet decoctum lactucæ, hordei, portulacæ, ſeminū alchachengi; ſic potus ſeri caprini ad lib. 4. vel 5. cum lacte amigdalarum dulcium, vel cum emulſione ſem. melonum, cucumeris, decocto ſebeſten, & paſſularum liquiriciæ &c.

Quid etiam magnarum antidothorum cū prædictis decoctis, & conſerua violarum, nempharis, ex floribus maluæ, & ſimilibus exhiberi poteſt. Vſus ptiſanæ, alicæ, nocleorum pini, cibaria vnctuoſa, & eum multa malua decocta comendantur. Clyſteres etiam ex decocto ſeminum lini, farri, hordei, maluarum, lacte chalibeato, & ſimilibus parati. Extrinſecus verò præter emplaſtra, quæ ex iiſdē parari poſſunt, & regioni veſicæ adhiberi, butyrū etiā appoſitum, & inſeſsiones ex lacte, vel decocto maluarum matrum violarū, fœni græci, & huiuſmodi probant. *Clyſteres.*

Scribunt nonnulli nocumenta huiuſmodi ab ipſis cantharidibus euitari, quotieſcunq; illis ſemina ameos, quæ veluti earū antidotus eſt, cōmiſceant. Verū tutius quoq; forſan erit in iis, in quibus hoc inconueniens timetur, cuiuſmodi ſunt qui aliquo renum, vel veſicæ vlcere laborant, cantharides ipſas omittere, atq; veſicantibus aliis ſecurioribus vti. *Correctio cantharidum.* *In quibus vitandæ cantharides.*

Atq; hæc de Veſicatoriis ſufficiant.

AD BENIGNVM LECTOREM
Auctoris excuſatio.

HÆC ſunt, benigne lector, quæ de propoſitis rebus in mentem venerunt dicenda: In quibus equidē me multò, quam à principio propoſueram, fuiſſe longiorem, diffiteri nō poſſum; attamen ignoſes, vt ſpero, perlibenter, ſi, quemadmodum vt amicis potius, quam mihi ipſi ſatisfacerem, tractatum hunc admodum rudē, ac impolitum, in lucem exire permiſi; ita hos qualeſcunq; labores pro communi patriæ ſalute à me libenter quoq; ſuſceptos fuiſſe æquo, amicoq; animo cogitaueris. Ex quibus ſi quid boni hauri poſſe exiſtimaueris, id totum Dei Opt. Max. à quo omne bonum promanat, benignitati; ſi quid verò imperfectionis, ut non paucos forſan typi errores, qui me multoties abſente incurrerunt, repereris, id totum partim typographo, partim etiam ingenij mei imbecillitati, nec non etiam plerisq; alijs occupationibus, & ipſis etiam temporis, quò hæc conſcripta & ipſi typographo comiſſa ſunt anguſtijs aſcribere digneris, etiam, atq; etiam rogo; illud tibi certo perſuadens, nullius contentionis, aut oſtentationis gratia, ſed ſolius indagandæ pro communi, vt dixi patriæ potiſsimum vtilitatē, veritatis ſtudio;

nec

nec non amicorum importunitate, hæc à me ædita fuiſſe; vt propterea etiam hoc polliceri poſsim forè, vt ſi quas validiores, ac potiores contra ea, quæ à nobis determinata ſunt, rationes ab aliquo ſublimiori ingenio allatas intellexero, non modo palinodiam canere, atq; ſententiam in melius mutare non erubeſcam, ſed maximas quoq; illi, atq; immortales gratias habeam. Quod ſi nimis humili, atq; demiſſo dicendi genere omnia enarrata tibi videbuntur, illud ad res clarè, luculenterq; explicandas fucato ſermone eſſe multo accommodatius conſiderabis. Vnde dubitare non poſſum, quin, ſi, vt ſpero, & opto, omnia humanitatis, ac æquitatis lance ponderaueris, grato, benignoq; animo hos meos qualeſcunq; conatus ſis accepturus.

Vale igitur lector humaniſsimè, meq; tui amantiſsimũ redama, ac iterum Vale.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX
PRIORIS TRACTATVS
DE PETICVLARIB. FEBRIBVS
præcipuorum Capitum.

FEBRIS, ac ſymptomatum vagantium, nec non ſcribēdi occaſionis enarrationē continēs. Cap. 1. fol. 1
De nomine, ac definitione huius febris Cap. 2. 5
De traditæ huius febris definitionis vniuerſali explicatione. Cap. 3 7
Quod huius febris definitio ſit benè aſsignata, & de eius ſubiecto, vt febris eſt. Cap. 4. 18
Singularum traditæ definitionis partium declaratio. Cap 5. 36
De putredinis loco in his febribus. Cap. 6. 47
De quibuſdam, ac immediatis efficientibus huius feb. cauſis, & de putredine. Cap. 7 49
De putredinis in his feb. ſubiecto, alijsq; earundem mediatis cauſis. Cap. 8. 101
De contagio. Cap. 9. 123
De cauſis variorum ſymptomatū in his febribus. Cap. 10. 161
De peticulis. Cap. 11. 172
De prognoſtico in his febribus. Cap. 12. 185
De præſeruandi ab his febribus ratione. Cap. 13. 192
De harum febrium curatione, & primum de indicationibus, ac dieta. Cap. 14 208
De chyrurgicis auxilijs. Cap. 15. 217
De auxilijs ex pharmacia deſumptis. Cap. 16. 287
De ſymptomatum harum febr. præcipuorū cura. Cap. 17. 332
De peticularum curatione. Cap. 18. 348

INDEX CAPITVM POSTERIORIS TRACTATVS

De Veſicatorijs.

AN Veſicatoria in his febribus malignis conueniant nec ne. Cap. 1. fol. 367
Quibus præterea morbis conueniant veſicatoria. Cap. 2. 410
De Veſicatoriorum materiebus, & ea componendi artificio. Cap. 3. 411
De modo, ac ratione veſicatoria adhibendi. Cap. 4. 415
Ad candidum Lectorem, Auctoris excuſatio. 422

Finis Index Capitulorum.

INDEX
RERVM, QVÆ HOC LIBELLO
continentur, præcipuarum
Alphabeticus.

A

ABſtemij cur aliquando vinoſi fiant. fol. 65
Abuſus communis in cibando reprehenſio. 212
Accidens metaphyſicam tantum compoſitionem habet. 31
Accidens metaphyſicè tantum definitur. 41
Accidens in virtute formæ ſubſtantialis operatur. 91
Acetum cur in veſicatorijs ponatur. 413
Accidentia animi. 216
Acida an adſtringant. 214
An in his feb. conueniant. 214
Adustione quæ fiant calidiora, quæ frigidiora. 77
Adſtringentia extrinſ. in his febr. quando conueniant. 196. 206
Acutæ febris ſigna. 38
Actiuæ qualitates quō paſſiuis dominentur in mixtione. 59
Actiones mixtorum duplices. ſ. à qual. prædominante, & a toto temperamento. 61
Actiones à toto temperamēto, vel proprietate. 62
Actio dupliciter læditur. 108
Aer multis modis corrūpitur. 44
Aeris inæqualitas morborum cauſa. 109
Aer quaratione ad has feb. concurrerit. 112
Aer Tridenti nulla peſtil. qual. fuit infectus nunc. 117
Aer dupliciter corrumpitur. 117
Aeris peſtil. qual. infecti ſigna. 118
Aeris cura, & alteratio pro præſeruatione. 197
Aer bonis ne an malis odoribus alterandus in his feb. 159
Aer frigidus extrinſ. vitādus. 216
Aetas quid. 65
Agendi potentia non ſemper ſequitur gradus intenſionem. 59
Agentes à tota formas cauſas dari. 69
Agens non quodlibet agit in quodlibet. 105
Alexipharmacha quō iuuent. 70
Alimenti variæ ſucceſſiuæ mutationes. 83
Alimenta vitioſa prauos humores generant. 112
Alimenta noſtra vnde fuerint vitiata. 113
Alpinus Medicus. 152
Aluum lubricantia. 203
Alteratio ſola non ſufficit in his feb.

febr. 252.236
Alterantia in his feb. qualia. 313
Alterantia in magna quantitate exhibeantur. 314
Animatorum generatio. 53
Animam à temperamento non ſeiunxit Gal. 62
Antipathia, & ſympathia rerum vnde oriatur. 63
Antidota præſeruatiua ab his febribus. 206
Antidota quæ propriè dicatur. 70
Antidota in cura harum feb. 321. Quando illis vtendū. 322. 326. & 327.
De antidotis varia vulgi opiniones. 322
Antidota qualia eſſe debeant. 323
Antidota qua hora exhibenda. 328
Antidotis varijs vtendum. 328
Anceps auxilium in deſperatis caſibus eſt tentandum. 38
Auxilium nullum ferè citra aliquā læſionem iuuat. 384
Aperitiuis vtendū non eſt niſi poſt lenitam aluum. 241
Argumenta contra venæ ſectionem allata ſoluuntur. 268
Auctoris caſus de peſte Conſtantinopoli. 155
Attractio à medicamentis, quatuor fit modis. 382
Artes, & ſcientiæ per additamenta perficiuntur. 408

B

Bezaarticorum vis. 42
Bezaartica medicamenta quę. 69. 321
Bezaartica in nimia quantitate nocent. 69
Bezaar lapis quomodo exhibeatur. 329
Bilioſæ febris ſigna. 39
Bolus armena quomodo exhibeatur. 329

C

Calor febrilis vnde in toto accendatur. 21
Calor influens in corde generatur. 22
Calor febrilis quomodo in corde accendi primum dicatur. 25
Calor contagij vim auget. 134
Cayri quando peſtis extinguatur. 151
Calor actiones à toto temperamēto prouenientes promouet. 68
Cadauera periculoſorum an ſit tutū contrectare. 201
Cacochymia purgatione tollitur. 219
Cacochymia non qualibet, ſed magna tantum purgatione indiget. 238
cum Cacochymia magna virtus multum conſtare non poteſt. 261
Cacochymia quid. 292
Cayrinorum Medicorum mos. 328
Capillorum defluuiū in his feb. cauſa eiuſdem curatio. 342

Calor

Calor innatus ab influente conſeruatur. 31
Calore proprio oĩa cõſeruantur. 73
Calor mixti quõ. in corruptione minuatur. 73
Cantharides cur tantum veſicam vlcerent. 68.123.
Cantharides non ſunt ſimpliciter venenum. 400
Cantharides quõ præparandæ. 414
Earundem correctio. 421
Cauſæ à toto temperamento, & à forma operantes dari. 89
Cauſas mixtionẽ diſſoluen. dari. 89.
Cauſarum putredinis malignæ d. uiſio. 105
Cauſæ diſponentes ad putredin. 106
Cauſæ calefacientes per accid. 110
Cauſæ, quæ ad putredinẽ in his febr. efficiendam concurrerint. 111
Cauſæ externæ perfectam definitionem ingrediuntur. 14
Calorem præter naturam excitantes cauſæ. 109
Cæleſtis influentia morbor. cã. 121
Cælum ad has febres efficiendas concurriſſe. 120
Cerebrum vitæ ſenſitiuæ princ. 34.
Ciborum electio in his febr. 201
Ciborum conditiones pro cura. 213
Conſtitutio anni 1590. 1
Corpora, quæ his febribus magis fuerunt obnoxia. 3
Corruptio quomodo habeat rationem boni. 16
Conuulſiui motus quõ fiant. 22
Cordis coctio duplicit. vitiatur. 22
Cor in omni febre ſecundum aliquã ſui partem afficitur. 22
Cor in diuerſis feb. generibus ſecundum diuerſas partes afficitur. 23
Cor ſebre morbo in hectica tantum laborat. 23
Cor in febr. ephemera, & putrida morbo non laborat. 24
Cordis ſolida quam totius difficilius afficiuntur. 24
Cor, & non iecur cur ſubiectũ feb. ſtatuatur. 26
Corrupta omnino ſunt euac. 228
Cor eſt arteriarum principium. 28
Cordis neceſſitas. 33
Contagij vis. 41
Contag. ſolum non arguit peſtẽ. 46
Corruptionis variæ ſpecies. 52
Corruptio in communi quid. 52
Corruptio qualibet non deſinit in materiam primam. 54
Corruptio animalis. 55
Corruptio q̃ humoribus conuen. 55
Corruptio mixto quõ accidat. 73
Corruptiones variæ in noſtris corporibus. 83
Corruptiones præter naturam in noſtris corporibus. 83
Coctio à naturali ſtatũ calore ſit. 60
Contagij ſignificatio. 126
Contagioſi morbi qui. 128
Contagio abſolutè prolata peſtem ſignificat. 129
Contagij definitio quamethodo inueſtiganda. 129

Con-

Contagioſis morbis, vt tales ſunt quid commune. 129
Contagio tria ſignificat. 130
Contagio per potentiam melius definitur. 130
Contagionis definitio. 131
ad Contagium efficiendum, quæ concurrant. 132. 140
Contagioſi morbi in quo genere ponantur. 133
Cōtagioſa facul. vnde fiat. 134. 148
Contagioſorum morborum cauſæ efficientes. 135
in Contagio nō morbus, vel ſymptoma, ſed morbi cauſa communicatur. 136. 147
Contagio, an ratione ſimilitudinis facilius communicetur. 139
Contagio cur non omnes æquè inficiamur. 143
Contagio dupliciter potiſſimum afficimur. 144
Contagij ſeminarium quid, & eius conditiones. 147
in Contagione qualibet non eſt putredo. 150
Contagij medium, & eius conditiones. 151
Contagioſorum morborum differentia. 156
Contagij definitio quorundam reijcitur. 157
Contagioſus morbus non omnis eſt malignus. 158
Contagioſa feb. vel eſt peſtilens, vel maligna. 158
Contagioſas eſſe has febres. 125
Contagij ſimilitudo cum ſemine. 159
a Contagione præſeruandi indicationes. 194
Contactus multiplex. 146
Colorum cauſæ. 134
Conuulſiui motus cauſa. 164
Curatio.
Conuerſatio cum ægrotis ex his feb. quibus vitan 398
Concoctio ad expurgationem expectanda. 245
Concoctio non eſt expectanda ad ſang. miſſio. 247
Concoctioni quies eſt neceſſ. 249
Concoctionis ad purgationem neceſſitas. 297
Concoctio in quibus caſibus ad purgationem non expectan. 297
ante Coctionem aliquando vtiliter euacuat natura. 299
Concoquentia, ſeu digerentia. 309
Concoctionis finis duplex. 310
Concoctio opus eſt naturæ. 311
ad Concoctionem quæ concur. 311
Concoctio nō impeditur a veſic. 401
Coctio quomodo a ſyrup. frigidius fieri dicatur. 312
Concoquentia medicam. in his febr. qualia. 313
Concoctus humor citò eſt euacuandus. 315
Cruda quando euacuare liceat. 308 352. 300.
Corrupta omnino materia coctione

non

non admittit. 304
Cordialia extrinſeca. 330
Cordialia ſunt miſcenda lenientibus. 229
Contrarij vnius in mixtione quantum remittitur, tantum alterius augetur. 73
Concluſiones ad mitten. ſang. in his febr. 252
Cruoris ſcarificatio apud Ægyptios. 267
Critoni cur venam non ſecuit Hip. 269
Critonis exemplum. 219
Critici ſimpliciter motus conditiones. 344
Curatio harum febrium. 208
Curatio oſtēdit morbi naturam 73
Cucurbitularum vtilitates. 223
Cucurbitulæ pro præſeruatione ab his feb. 204
Cucurbitulæ, quæ in ambitu sūt euacuant. 222
Cucurbitulas tantum qui in his febribus admittunt quibus argumentis vtantur. 221
Cucurbitulæ quando in his febr. maximè conueniant. 263
Cucurbitulæ quibus nocuæ ſint 275. 263
Cucurbitularum frequens nimius vſus in his feb. vitan. 264
Cucurbitulæ cui loco in his feb. adhibendæ 266
Cucurbitulæ quæ verè vicariæ ſint ſect. venæ. 266
Cucurbitulæ in principio circa dorſum non ſunt adhibendæ. 267
pro Cucurbitulis allatis argumentis reſpondetur 271
Cucurbitulæ magis, quàm venæ ſectio humores agitant. 277
Curatio harum feb. an à ſang. miſſ. vel purgat. inchoanda. 280
Cucurbitulæ quando in his feb. ſufficiant. 286
Cucurbitulis ſiccis, vel ſcarificatis quando vtendum. 358
Concoctioni aduerſantur purgationes. 378
Conuulſio à cauterijs mala. 374
Curatio duplex regularis. ſ. & coacta. 388
Curatio per accidens à ſimili etiam poteſt fieri. 398
Contraria contrarijs curari, quō ſit vera. 397
Crapula multorum morborum cauſa. 405

D

Deſinitio febris peticularis vagantis. 6
Definitionis illius explicatio. 7
Definiuntur diuerſimodè res diuerſæ. 8
Definitio quid ſit, & bona definit. conditiones. 8
Defin. ſubſtantiæ, et accidentis quō. differant. 8, 11
Definitionis optima munus 9
Definitio quæ compoſitiones explicet. 12

Defi-

Deſinitio duplici via inueſtigari poteſt. 13

Deſinitio accidentis à cauſa efficiente 50

Deſinitio generationis ab Ariſt. data eſt cauſalis. 71

Debilitas virium ex repletione quõ ab ea ex inanitione diſting. 241

Debilitas virium ex aggrauatione ſanguinis miſ. tollitur. 258. 273

Debilitas virium duplex. 341

Deglutitionis læſæ cauſa 165

Curatio. 336

Deleteria quæ. 70

Delirij ſignum ex lotio. 163

Curatio eiuſdem. 333

Deſtillatum pro viribus reſtaurandis. 215

Deſperati etiam caſus non ſunt relinquendi. 303

Diuinum in morbis. 132

Diuiſio phyſica, & metaphyſic. 10

Dieta pro curatione 210

Diaſcordeum Fracaſtorij. 325

Diebus criticis Medicus non debet euacuare. 316

Decocta varia peticularium exitũ ſtimulantia. 356

Decretoria ſigna quando bona. 401

Dierum numerus cur in mittendo ſang. conſideratur. 250

Die qualibet quando adeſt indicans & permittens poteſt mitti ſanguis. 250

Diuites cur ſæpe male curentur 279

Diuretica. 317

Doloris capitis, et delirij cauſæ 163

Curatio.

Dubitatio quid Medico agendum quando tardè accerſitur, vt opus ſit leniẽte, & cucurbitulis. 284

E

Ebullitio cholericorum, vel cruditas quõ à miſſo ſanguine introducatur. 275. 283

Egyptij crura ſcarificant. 267

Egeſtas inſignis anni 1591. 113

Elementa 4. mixtorum materia. 56

Elementa plura. 57

Elementa quõ ad mixtionem concurrant. 71

Elementa in mixtis formaliter reperiuntur. 74

Elementa poſt putredinem in proprias migrant regiones. 74

Elementa poſt putredinem per ſimplicem emanationẽ ad proprias naturas redeunt. 74

Empireuma quid. 113

Epicraſis quid 318. 298

Epithemata cõſtringentia an in his feb. conueniant. 331

Etas quid. 65

Etas viriũ reſpectu in mitten. ſang. conſideratur. 243

Euacuatio in morbi prĩcipio eſt ſymptomatica. 184

Euacuationis in his feb. neceſſitas. 229. 252. 289.

Euacuatio minoratiua precedit alterationem. 229. 252

Euacua. vtilis qualis eſſe debeat. 236

Eua-

Euacuatio facta in morbi principio quando bona eſſe pōt. 248. 352
Euacuatio neceſſaria eſt in his feb. nec ſola ſufficit alteratio. 252
Euacuationes contrariæ eadem tēpore factæ malæ. 361
Euacuati benè a principio in his feb. facilius euaſerunt 290
Euacuatio minoratiua in cruditatū copia. 302
Euacuatio minoratiua coctionem adiuuat 303
Euacuatio per quas vias moliēda. 315
Euacuatio non debet fieri diebus decretoriis. 316
Exemplum proprium quod hæ feb. ſint contagioſæ. 125
Expultricem facultatem irritantes cauſæ. 178
Experientia neglecta ſolam ſectare rationem imbecillitas eſt intellectus. 226
Experientiæ in Med. multum tribuendum. 226
Excrementum duplex alterandum. 310
Excrementa primarū viarum quō educenda. 281

F

Facultatum naturalium ſubordinatio. 345. 184
Febris huius vagantis nomina. 5
Febris rubra quæ Gal. dicatur. 6
Febris definitio ab Auic. tradita. 20
Febris calor in toto à corde dependet 20
Febris ſubiectum cur in obliquo ponatur in definit. 20
Febris ſubiectum. 21
Feb quomodo operationes totius lædat. 21
Feb. varia cur in nobis oriātur. 24
Feb ſubiectum cur cor & non totum. 26
Feb. quas facultates lædat. 27
Febris non fit niſi affectio corde. 31
Feb ſubiectum duplex. 32
Febrem quō appellet Actius. 34
Feb. 3 genus 35. 37
Fberis in genere ſigna. 36
Feb. putridæ ſigna. 37
Feb. rubra dici poteſt ſanguinea 38
Feb. vna ſpecies ſæpe in aliam migrat. 39
Feb. noſtræ de proximō tantū ſunt contagioſæ. 46
Feb. peticulares mediæ ſunt inter peſtil. & ſimpliciter putrid. 47. 97
Feb. quartana alijs morbis longis ſæpe ſuccedit. 80
Feb. malignæ exiguo calore multu lædunt etiam. 90
Feb. malignæ cur vires multum proſternant. 91
Feb ſimpliciter putridæ quæ nocumenta afferant. 95
Feb. peſtil. ſine inſigni ſympt. ſæpe interimunt. 95
Feb. putridæ quō generentur. 376

Feb. hæ peticulares in quo humore putreſcente fundentur. 102
Febres has peticulares fuiſſe contagioſas. 124
Feb. contagioſa vel eſt peſtilens vel maligna. 158
Feb. ſimpliciter putrida. cur nõ ſũt contagioſæ. 159
Feb. ſimpliciter peſtil. cur ſint contagioſæ ad diſtans. 160
Feb. hæ cur ſenſim inuaderent. 161
Feb. intermittens: quõ in continuã deſinat. 163
Feb. hæ quando Tridenti deſinere cœperint. 190
Feb. malignæ 2. contrahuntur ſcilicet per contagium, & per internam putredinem. 195
Fœtor quomodo ſit inſignis putredinis ſig. 99
Finalem cauſam an habeant res præter naturam. 14
Fermentum cur in veſicatorijs ponatur. 413
Finalis cauſa cur rebus præter naturam à Med. denegetur. 17
Fluxus colliquatiui cauſa. 309
Fluxus colliq. peſtil. familiaris. 44
Fluxus alui curatio. 351
Fluxus ſang. narium curatio. 537
Forma tota agentes cauſas dari. 88. 89.
Fomes contagij quid. 552
Fonticuli pro præſeruatione. 204
Forma in definit. accidentis eſt loco generis. 14
Forma ſubſtantialis mixti vnde generetur. 60
Formæ ſubſtãt. indiuiſibiles ſũt 64
Forma ſubſtant. non ſemper mutato temperamento mutatur. 86
Focus putredinis in his feb. 48
Frigoris poſt calorem occurſus ſubitus noxius. 120
Frigus extra, intus calor in his feb. aliquando vnde. 171
Frigida potio in his febribus vnde. 339. 517.
Fluxio humorum fit ſemper ad imbecilliores partes. 369

G

Galenus temperamentum ab anima non ſeiunxit. 62
Gallico morbo infecti in his feb. magis periclitabantur. 98
Generatio à corruptione quomodo differat. 15
Generatio mixtorum naturalis. 52
Generatio ſubſtantiæ, mixtorũ. 52
Generationis definitio ab Ariſtot. eſt cauſalis. 71
Generationis mixtorum integra definitio. 72
Generatio, & corruptio à parte rei eadem eſt mutatio. 93
Generatio mixtorum formaliter quid. 72
Genus infimum ſuperiora comprehendit. 19

H

Habitus corporis in mittẽdo ſang. conſiderandus. 244

Hereditarij morbi à contagioſis differunt. 128
Hereditarij morbi vnde oriantur. 127.
Hereditarij morbi qui ſint. 128
Hemorhoidales venæ vnde oriantur. 264
Harmoniæ cum ſanitate ſimilitudo. 61
Hirudines pro præſeruatione ab his feb. 204
Hirudines quando conueniant. 276. 364. 364
Hirudines poſt aures in delirio. 334
Hiſpanorum mos in mittendo ſang. 245
Horroris, & horripilationis cauſa. 162
Humor vnus ſolus rarò peccat. 40
Humoribus quæ corruptio conueniat. 55
Humores ſunt elementa corporum animalium. 57
Humores corrupti quō fiant multorum morborum cauſæ. 87
Humores maligni in corpore etiam generantur. 90
Humorum duplex mutatio præter naturam. 227
Humor etiam aptus putreſcere euacuandus. 228
Humores quō recedāt à natura ſanguinis. 231
Humor putrefactus quando magis, quando minus nobis reddatur inimicus. 78
Humor alimentalis putreſcens cur deteriorem naturam aquirat. 78
Humorum putreſcentium 3. ſtatus. 294
Humor putrefactus duplex. 293
Humor corruptus quomodo euacuandus. 296
Humor concoctus citò eſt euacuandus. 315

I

IGnes in aere vſi Tridenti. 119
Ichores ſanguinis in his feb. primò putreſcunt. 104
Inæqualitatis aeris Tridenti cauſæ. 115
Inquietudinis corporis cauſæ. 170
In ingreſſu ad ægros quid agendum. 298
Indicationes curatiuæ in his feb. 209
Indicationes quando inter ſe pugnāt quid agen. 385. 397.
Indicātia generica, et ſpecifica. 293
Inuentione vltimum, primum eſt in exequutione. 288
Iuſticia diſtributiua. 59
Inunctio olei de nitro Aetij quō uariè conficienda. 359
Iulij Alexandrini Tridentini commendatio. 394

L

LApis bezzaar. 357. 329
Lenientia ſanguinis miſſionem præcedunt. 280. 285
Lenientia præcedunt alterātia. 281
Lenientia non impediunt peculiarē eru-

erruptionem. 286
Lenientia à quibus indicentur 288
Lenientia in his feb. qualia eſſe debeant. 289
Lenientibus debilibus & fortibus quando vtendum. 306
Læſio à tota forma cur ita dicatur. 88
Læſio potius aliqua quàm mors eligenda. 322
Linguæ ariditatis cauſæ. 165
Curatio eiuſdem. 338
Linguæ ſciſſurarum curatio. 339
Liquellæ amiſſionis cauſæ. 166

M

Magnitudo auxilij magnitudini morbi correſpondeat. 238
Malignus morbus qui. 40
Malignitatem diuerſam unde acquirat putreſcens humor. 78
Malignitas maior fit ex humore alimentali quàm excrementitio. 8
Malignos humores in corpore generari. 90
Malignæ feb. exiguo etiam calore mediocri læduntur. 90
Malignitas an ſit res à putredine diſtincta. 93
Malignitas ex varijs cauſis oriri poteſt 93
Malignitas quo curanda 94
Malignitatis particularis diuerſa natura. 96
Malignitas ſpiritibus naturalibus inimica omnium peſſima. 96
Malignitatis in his feb. varius gradus. 98
Mal del molton morbus communis anno 1580 221
Malignitas non conuenit omnibus morbis contagioſis 157
Malignitas harum feb. citò diſſolutura. 160
Malignitas magis viget quàm turgentia. 367
Maculæ antiquorum quomodò à peſtilentis differant. 175
Materia malig. a ante coctionem euacuanda 304
Medici qui fuerunt Tridentum accerſiti. 4
Metaphyſica diuiſio quæ. 10
Metaſyncritica med quæ. 360
Meatus corporis in viuentibus patent. 29
Medicamenta aliqua cur determinatas partes inueniunt. 67
Medium quo fit contagiũ 146. 151
Mercurialis 153
Medicamenta ex quibus authoribus potiſſ. petenda. 208
Medicus naturæ imitator eſſe debet. 351. 383. 254
Medicamentorũ indicationes. 287
Melancoliam expurgantia in his feb. conueniunt. 319. 296
Mitridatum.
Mixtorum generatio, & corruptio. 53.
Mixta vnico elemẽto nõ cõſtãt. 56
Mixtio quid. 57

Mixta

Mixta duplices habent operationes, s. prædominante ſcilicet qualitate, & à toto temperamẽto. 61
Mixtum quõ corrumpatur. 73
Mixtio & temperamentum contrarijs modis poſſunt immutari 91
Morbi publicè vagãtes anno 1591 Tridenti. 1
Morbus aliquis per accidẽs poteſt habere rationem boni 16
Morborũ tria genera 18
Morbus eſt permanẽs diſpoſitio 23
Mors quid, & ariditas 53
Motus à termino ad quem ſpecificatur. 72
Morbi in praua mixtione elementorum, & humorum. 89
Morbi per conſenſum non dicuntur contagioſi. 126
Morbi contagioſi in quo genere ponantur. 133
Morborum contagioſorum differentia. 156
Morbo gallico præſeruatio. 195
Motus humorum in noſtris corporibus triplices. 182
Mulieres cur contagio difficulter inficiuntur. 145
Motus medius inter criticum ſymptomaticum ſimpliciter. 347
Motus naturæ quõ tractãdi. 348
Motus ſymptomatici qui impediendi, & qui permittendi. 348
Morbus aliquando eſt iuuat 352
Menſium fluxus quando periculis iungitur curatio. 361.364.
Morbus quilibet curari non poteſt. 487

N

Natura non ſemper morbus curet coctione. 395
Nobiles potiſs in his feb. periclitabantur. 114.279.8
Nominum non eſt magna habenda cura. 6
Nutrices ſæpè infantes inficiunt, & è contra. 137
Noxij humoris fluxus non eſt impediendus. 361

O

Odores, & ſapores quomodo generentur. 69
Odorata ſunt calida. 100
Odoratũ obtuſum habet homo. 100
Odores & ſapores cur rebus inditi. 100
Odoribus bonis ne an malis aer alterandus. 199
Odorata manibus geſtanda. 200
Ordo definitiuus cur hic ſeruetur. 6
Ore detinenda in aditu ad ægros. 199
Ordo ſeruandus in vſu auxiliorum reuellentium deriuantium, & euacuantium. 339
Opiatorũ vſus cautus eſſe dẽt. 339
Oxyrhodina conficiendi varius modus. 333
Oleum de nitro Aetij variè paratur. 359
Oribaſii ſententia pro Veſicatorys. 339

Paroti-

P

Parotidum cauſa. 166

Peticularũ vigẽtium deſcriptio. 191

Pemphingodes febris. 3

Peſtilentes veras non eſſe has feb. 43

Peſtis veræ characteres, & ſig. 44

Peſtem non fuiſſe hanc noſtram feb. 44

Peſtis vera plebẽ magis afficit. 45

Peticulis qui ſemel laborauit an ijs poſſit amplius corripi. 190

Peticul nomina & defin. ac forma. 177

Peticulæ quõ à pulicũ morſibus diſtinguantur. 174

Peticula in quibus partibus max. erumpunt. 714

Peticulæ an antiquis fuerint cognitæ. 176

Peticul. cauſæ efficientes. 178

Peticul cur omnibus his feb. continuis ſuperuenerint. 179

Peticularum differentiæ. 180

Peticularum motus ad cutim quõ adiuuandus. 354.356.358

Peticularum quãdo ijs alui fluor iũgitur curatio. 360

Peticulis quando menſium fluxus coniungitur curatio. 365

Peſte quis ſæpius corripi poteſt. 191

Pezzen orator cæſar. Conſtantinopoli. 154

Peſtis vix unquam eſt ſinè febre. 391.

Peſtis cur in ſummo frig. & calore ceſſet. 151

Peſte prius laboraſſe quid conferat. 191

Peſtilens morbus vni ſpeciei nõ eſt etiam alijs. 143

Permittentia præter indicantia ad vſum auxiliorũ requirũtur. 240

Peſtis quando Cayri extinguatur. 151

Peticularum eruptio non impeditur a leniente. 286

Peticularum motus an adiuuãdus. 353.343

Plenitudo multipliciter minuitur. 237

Plenitudo quid. 291

Plenitudo duplex, ad vaſa ſ. & ad vires. 203.106.292

Prædicatorum collectio nim differẽtiæ habet. 13

Proportio geometrica, & arithmetica. 58

Proprietas quid. 62

Prognoſticandi duo fundamenta. 185

Prognoſtica à peticulis deſumpta. 186

Præſeruatio præcedit curationem. 192

Præſeruandi ab his febribus indicationes. 193

Præſeruatio ab his feb. quando ex ſolo contagio oriuntur. 194

Præſeruatio à morbo gallico. 195

Præſeruatio ab his feb. quando per internam putred. oriuntur. 196

Prin-

Principium harum feb. quandiu duret. 270
Proſper Alpinus Medicus. 252
Pulſus quomodo in his feb. fiat frequentior. 22
Putridæ febris ſigna 37
Putridarum feb. ſpecies. 38
Putridæ feb. cauſa immediata. 50
Putredo in feb. humorum ebullicionem ſequitur. 50
de Putredine tractatus incipit. 51
Putredo 2x. opponitur generationi mixtorum. 74
Putredinis perfecta definitio. 74
Putreſcentia naturaliter fiunt frigidiora. 75
Putredo naturalis à violenta quo differat. 75 82
Putredo feb. violenta in qua finiatur. 75
Putredo feb. media eſt inter naturalem & combuſt. 76
Putrefactus humor corrumpitur ſecundum formam. 76
Putrefact. humores in feb. fiunt calidiores. 76
Putredo feb. quadam eſt ſemicombuſtio. 77
Putreſcens humor diuerſam aquirit malignitatem. 78
Putredo febrilis cur violenta dicatur. 79
Putredo feb. quot modis à naturali differt. 79
Putredo febrilis fit per mediã ebullicionem. 80
Putredine naturali quæ corrumpitur cur fiant frigidiora, quæ violenta, calidiora. 81
Putredinem compeſcunt frigida & ſicca. 82
Putredinis nomen ad naturalem, & febrilem eſt æquiuocum. 82
Putredinis febrilis definitio. 84
Putreſcens humor deteriorem formam aquirit. 84
Putrefactus humor quando magis, quando minus nobis reddatur inimicus. 78
Putrefactus humor duplex. 295
Pueri cur difficulter ferant ſang. miſſionem. 244
Purgantia ſanis ſunt vitanda. 205
Purgatio vt bene fiat expectanda concoctio. 245
Purgare ante coctionem quando liceat. 246
Purgare an aliquando liceat validius in harum febrium principio. 291. 306
Purgatio quibus morbis conueniat. 291
Purgatio contraria eſt concoctioni. 321
Purgantibus licet calidis in morbis tamen cal. vtimur. 368
Purgatio à quo indicetur. 297. 292
Purgantia ſubſtantiæ ſimilitudine hum. attrahũt. 293
Purgantia in quarum partium inflamat. vitanda. 302
Purgare quando in principio conueniat.

ueniat. 300.308
Purgantia in his febribus 316
Putredinis febrilis varij gradus. 85
in Putredine febili tres potiſſimum fiunt mutationes 85
in putreſcente humore tria de nouo oriuntur. 87
Putredo quo apud Med. capiatur 105.92
Putredo manifeſta quo curāda. 94
Putredo feb. putrid. & peſtil. 95
Putredinis malignæ cauſæ. 105
ad Putredinem diſponentes cauſa. 106
Putredo non eſt in omni contagioſo morbo. 150
Patauinorum Med. comendatio. 395

Q

Quæſita de quolibet tria. 124
Qualitas ſola etiam contagioſa. 148

R

Rebelles cur dicantur hæ febres. 162
Rerum præter naturam tria genera. 18
Res præter naturam quomodo ab alijs diſtinguantur. 15
Reſpirationis difficultis cauſæ. 165
Reuulſionis vtilitas 220
Reuulſio&euacuatio à quo indicetur 239
Reuulſio debet præcedere deriuationem & euac. 239
Reuulſionis gratia antè coctionem purgare licet. 301
Reuellentia auxilia varia. 333
Rhabarbari exemplum. 66
Rhab. cur ratione ſimilitudinis attrahat duos humores cõtrarios, bilem. ſ. & pituitam. 67
Rhab. in hydrope caute vtendum. 349
Reuellend. indicatio in his ſeb. neceſſaria. 377
Ratio auctoritati eſt anteponenda. 382
Remedia multa à recẽtioribus ſunt inuenta. 408

S

Sanguis venarũ quàm arteriarum facilius putreſcit. 30
Sang putrefactus cur ita ſæuia accidentia inferat. 43
Sang. putreſcens in alios humores degenerat. 80.165
Sang. præcipuus eſt virium cuſtos 97
Sang. putrefactus 2r. lædit. 97
Sang etiam ſub propria forma poteſt putreſcere 103
Sang. an primò putreſcat in his feb. 103
Sarſæ peril'æ decoctũ ad peticularũ expulſionem. 356
Sang. dicitur à ſua natura recedit. 106
Sang. cur in principio morbi mitti poſſit, non tamen purgari cum euacuatio ſang. in principio à natura

tura facta ſit ſymptomatica. 247
Sanguinē multiplicantes cauſæ. 107
Sanguine coniuncti facilius contagio afficiuntur. 138
Sang. fluor. 172
Sanis purg. vitanda 205
Sang. miſſio an in his feb. conueniat. 217
Sang. neceſſitas in noſtro corpore. 218
Sang. oēs partes nutriuntur. 222
Sang in venis putreſcens aquirit deteriorem putred. 79
Sang. multis de cāis euacuari ſolet. 1231
Sang. miſſio per accidens refrigerat. 133
Sang. etiam mittitur quando hum. peccātes ſunt illi permixti. 231
Sang. multis de cāis mittitur. 235
Sang. euacuationem indicans. 236
Sang. pro vario ſui peccato varium quoq; auxilium indicat, modo euacuans, modo reuellens. 232
Sang. miſſionem permittentia. 240
Sang. vt mittatur non eſt expectanda concoctio. 247
Sang. dupliciter fit natura inutilis. 255.274
Sang. quantitas in his feb. euacuanda. 262
Sang. putreſcens in his feb. nō multum à propria natura recedit in principio. 269
Sang. quando temere mitti dicatur. 274
Sang euacuatio quando ducat vel ad cruditatem, vel ad colericorum ebullicionem. 283.275
Sang. quando mitti poſſit ante lenitionem. 282
Sang. miſſio, & purgatio quādo neceſſaria ſunt à quonam ſit curatio inchoanda. 280 282
Sang. euacuatio in his feb. neceſſaria eſt. 253
Sang miſſio & purgatio quando eadem die adhibenda. 282.
Sapores quomodo generentur. 99
Scire quid. 8
Senatus acverſendis de auerſitiis Med. exteris. 4
Segunzanum Caſtrum. 120
Seminarium contagij quid. 147
Seminarium quod libet agit in proprium tantum obiectum 149
Seminarium contagij an agat ſemp putrefaciendo. 149
Seminar. diu interdum in corpore delitefcit ſine noxa. 154
Senibus cautè ſang. mittēdus. 243
Similitudo, & diſſimilitudo rerum mutata etiam ſpecie interdum remanet. 66
Similitudo rerum non eſt ſemper ſecundum eundem gradum. 66
Simile idem eſſe poteſt diuerſiis et inter ſe contrarijs. 67
Siccitas aeris inſignis illius anni 1591. 113

Sileni exemplum. 353

Similitudo inter agens & patiens in quo conſiſtat. 142. 183

Similitudinis ne ratione facilius communicetur contagio. 139

Similitudo in temperamenti proprietate. 242

Sitis curatio. 339

Soporis curatio. 325

Spiritibus vitalibus malignitas inimica omnium peſſima. 96

Stupiditas mentis 171

Subſtātia ſola ſimpliciter definitur. 5

Subiectū febris quomodo ſit totum & cor. 21

Subiectum feb. cur Cor, & non ſecur. 26

Subiectum feb. duplex. 47

Surditas vnde in his feb. 171

Suppellectilis in his feb. an depuranda. 202

Synocha febris. 38

Sympathia, & antipathia rerum vnde oriatur. 63

Symptomata in his feb. magis p eri culoſa. 185

Symptomatica euacuatio interdum iuuat. 300

Symptomaticus motus ſit nē adiuuandus. 344. 350

Syruppis, an decoctis in his feb. uti magis expediat. 131

Syrup. de Scordeo Mercurialis. 324

Symptomaticus motus an ſit aliquando vtilis 344

Sympromatici ſimpliciter motus condiciones. 346

T

Temperamentum quoad inſticiam. 58

Temperamentum eſt formæ mixti inſtrumentum. 60 62

Temperamentum videtur forma mixti. 62

Temp. manente forma mixti ſubſt. poteſt alterari. 64

Temper & mixtio contrarijs modis poſſunt alterari. 91

Terremotus auditus Segonzani. 119

Tempus anni conſiderandū in mitten. ſang. 245

Tempora morborum penes coctionem conſiderantur. 249

Tempora morborū diuerſorum inæqualia. 251

Tempora harum feb. quot diebus diſtinguantur. 251

Terra ſigillata ſeu lemnia. 330

Theri an Mitridato vti preſtet dū erumpūt peticulæ. 357

Theriaca magis quam piper calefacit. 59

Ther. an in his feb conueniat. 325

Ther. vt in his feb. exhibeatur non eſt cōcoctio expectāda 326. 358

Totum eſſentiale multiplex. 9

Tridentinæ vrbis ſitus, et inæqual. aeris cauſa. 115

Triphera cum purgantibus miſcenda. 316. 523

Tur-

Turgens materia quæ. 300

V

Venarum principiũ hepar. 27
Venarum in corpore vſus 29
Venena aliqua cur determinatas partes lędant. 68
Ven. aliqua corpori venenato ſunt antidota. 70
Venenum in nobis aliquando generatur. 84
Venena propriè cordi aduerſantur. 149
Vetulę ſolo aſpectu infantes aliquã do inficiunt. 136
Vermium cauſæ. 167
Venus in his morbis noxia. 202
Venæ ſectio pro prçſeruatione. 203
Venam ſecari ſemper debere in his feb. quomodo probetur. 219
Venæ ſectionem indicans quod. 237
Vena ſecari poteſt periculis etiam apparentibus. 354
Venæ ſectio quando periculoſarum motum impedire poſſit. 355
Venæ ſectio in his feb. ex contagio videtur ſuſpecta. 224
Venæ ſectio in principio harum feb. neceſſaria quando. 256
Venæ ſectio reuellit, & perſpirabile reddit corpus. 259
Venæ ſectio humores à centro ad circunferentiã trahit. 260 273 276. 355.
Venę ſectio in harum feb. progreſſu vitanda. 261
Venæ hemorrhoidales vnde oriãtur. 264
Venæ quę aperiendę in his feb. 265
Venæ ſectio in his feb. experientia comprobatur. 278
Veſicatoria in his feb. laudantur. 334
Venæ frontis ſectio in delirio. 334
Vermium curatio. 340
Vita in animalibus quã in plantis maiorem gradum caloris requirit. 33
Victu quot modis peccetur. 108
Virium lãguor vnde in his feb. 170
Victus regiminis in morbis neceſſitas. 197 210
Victu tenui an pleno in his feb. utẽdum. 210
Vino quando vtendum. 215
Vini aceſcentis exemplum. 235
Virtus conſtans requiritur ad ſang. miß. 240
Vitalis virtus maximè cuſtodienda. 240
Virium debilitas duplex. 241
Victus vitalis an ſit naturalis vel ex morbo. 242
a Virtute vitali aliç dependẽt 242
Virtutis reſpectu quę conſiderentur 242
Virtus primis diebus conſtat in his feb. 257. 173
Virtus multum conſtare non poteſt cum magna cachochymia. 261
Virtus validior nè ſit neceſſaria ad purga-

purgationem,vel ad ſang.miſſionem. 298
Victus debilis cum cachochymia coniunctæ. 298
Vigiliæ nimiæ curatio. 335
Vlcerationes gulæ cauſæ. 165
Vrinæ ſuppreſſæ cauſæ. 168
Curatio 340
Vrina ſubiugalis 196
Vrinæ fætor, ſanis ſimilis, pinguedo. 169
Vrinis turbidis apparentibus an ſit purgandum, vel ſang. mittendus. 317
Vrinæ ardor ex vſu cantharidum in veſicat. quo curetur 420
Vrinæ turbatæ quando clareſcunt an purgandum. 320
Vrgens materia quæ dicatur. 301
Veſicatoriorum tractatus incipit. 368
Veſicatorium quid. 368
Veſic. ad antiquorum Metaſincritica & Rubificantia reducuntur 369
Veſicat. quibus rationibus improbentur. 370
Veſic. dupliciter coctionē impedire videntur. 371
de Veſicatorijs ſententia noſtra 376
Eadem probatur. 381
Vrgenti magis occurrendum 406
385
Veſic. in doloribus dentium. 389
387
Veſic. à Gal. fuiſſe commendata. 388
Veſic. cur partibus illis extremis adhibeantur. 403. 399
Venena venenis interdum curantur 400
Veſic. non impediunt coctionem. 401
Veſic. ſomnum potius, quam vigilias inducunt. 402
Veſic. conuulſionem excitare non poſſunt 406
Veſicatorijs vt vtamur non eſt concoctio expectan. 409
Veſic. quibus partibus adhiberi ſoleant. 411. 416
Veſic. componendi ars. 412
Veſicatoriorum materiæ ſimplices. 412
Compoſita varia. 414

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Errata quæ ſenſum immutant ſic corrigito. Prior numerus pagellam; poſterior lineam ſignificat.

Pag 2. *lin*. 19. *pro abtinebant, lege obtinebant*. 3. 10 *pro ægris, ægris*. 3. 13. *pro experiebatur, experiebãtur*, 5 5 *peſpicuitate pſpicuita te*. 5. 12. *p tanq̃, tamq̃*; 6 7 *m.gua, magna* 7 15. *ni, m*. 10 2 *hæte ogenæ hæterogeneæ* 10 *in marg. pro ola, ſola*. 11. 22 *definitiuorũ, definitiones*, 15. 17 *nunq̃; unq̃*. 20. 22 *fit, ſit*. 21. 19 *particulas particulis*. 22. *marg alieg. alteretur* 22. *marg ſine, ſecundum*. 23 21. *miuſmodi, huiuſmodi*. 27. *marg. propriam, propriè* 31 24. *noſſ o, noſtro*. 31. 25. *perat, præter*. 37. 15. *exarcebationes, exacerbationes*. 37. 17. *gma, grauia*. 38. 16 *ſine, ſine* 41. 7 *recundiua, recid. ua* 44 6 *contractũ, contactum*. 43. 19. *uti, ui* 45 10. *mereatur, mereretur*. 45. 26 *afferm. affirmamus*. 47 6. *poſt illud quàm adde, ſint*. 48 22. *poſt propagatam adde, ac confirmatam*. 55. 12. *elecuentorum, elemẽtorũ*. 56. *marg. conſlenre, conſtare*. 57. 10. *corpis, corporis*, 57. 18 *deberem, debere*, 58. 15. *bil. l b*. 59 *marg. agendis, agendi*. *ibidem piter piper*. 64 *marg. illud formæ, tolle*. 68. 23. *mutlo, multò*. 69 *vlta. al qoin, alioquin*. 71 2 *quãdum quandam*. 77. 13 *f. lſa, falſa*. 81. 5 *poſt ac adde ſic*. 84. 15 *mixtior, mixtio*. 84 *marg. noſtrã, naturam*. 87. *marg n, in pro putreſcente, putreſcenta* 88 25. *ea, eam*, 89. 11. *ipſi, ipſos*. 92 15. *reſolutieuem, reſolutionẽ*. 95 2 *poſt naturam alim. adde magna ex parte*. 96 2. *contendat, contendant*. 101. 14. *uudi, undè* 102. 1. *h. rum, harum*. 103. 1. *in dicio, iudicio*. 104 6 *mortificæ, morbificæ* 107. 19. *pet. per*. 107. 20. *mod, modis*. 108. 13. *extermum, externum*. 108. 25 *aliæ, alia*. 108. 10 *potuis, potius*. 120. 10. *omni, omnino*. 121. 10. *poſſnt, poſſunt*. 133 14. *poſt communi, adde pertineat*. 137. 11. *nutrtribus, nutricibus* 138. 12. *autem, antea* 148. 7 *poſt fit adde in*. 159 4. *Suimæ, ſummæ*, 163. 20. *pataphenit, paraphrenit*. *ibidem* 24 *occupeent. occupent*. *ibidem* 7 *ſapores, ſopores* 165. 7. *al quando, aliquando*. 165. *in marg. deglutrio, deglutitio*. 166 *in marg ungæ, linguæ*. 169. 1. *tadem, tandem*. 169. 15 *poſt etiam adde, vt* 169. *in marg anis, ſanis*. 170 4 *potuis, potius* *ibidem* 12. *contactricem, concoctricem*. *ibidem* 22. *totios, totius*. 175. 19. *ſubſequautur, ſubſequantur*; 177 5. *mempè, nempè* 184 22. *medundum, medendum*, 185. 13. *magnitudo, magnitudinem*, *ibidem*, 14 *teius, tolle* 189 2. *vbi, quo* 190 1. *diuidicandæ, diiudicãdæ* 191. 13. *valignis, malignis*. 199 3 *ingredi, nigredi*. 202 21 *ſupeiflua, ſuper-*

ſtus ibidem. pilulorum,pilularum. 203.10.*eorum , earum.* 204.14 *forte,fonte.* 207.13.*intinſeca,intrinſeca.* 207.22.*gr.v* 208.17. *adiuuenire,adinuenire.* 210.*in marg præſeruatione,curatione.* 211. *trupiter,turpiter.* 219 15.*accedant,accedere.* 222.18.*vittutis, virtutis.* 231.*vlt.ſectitionem,ſectionem.* 234.5.*atuem,autem. ibid.* 16.*ſalubuerimum ſaluberimum.* 239.8 *ille.illa.* 240.5 *poſt vel,adde in. ibid.*10. *coniunctam,coniuncta. ibid. indicans, indicante.* 243. *vltima ſanguis, ſanguinis.* 245 24. *attrahans , attrahens.* 247.22. *natura,naturæ.* 254 22.*cum,vni.* 261.11 *fucus.focus. ibid* 12.*ſentia ſententia.* 263 14.*cucubit,cucurbitulas.* 265 9 *doctis,dictis.* 268.20.*poſt præcipuus adde fomes* 271 14 *poſt contrahantur, adde,non eſſe ſemper verum.* 272.*vlt promotior,promptius.* 278 15 *nibi,mihi ibid.*24 *præcipuũ, præcpuum.* 283.16 *alta.altero.* & 20. *cachochimia , cachochima.* 284. 18. *Et , Ex* & 23 *nullis , nullus.* 285. 1. *habemus , trahemus.* 285.3. *de, licet.* & 8 *quoq́; , quaquam.* & 10. *ac , ad.* 287.13.*hanum,pharmacentico.* & 14.*multipliciter multiplicia.* & 24. *ſint, ſunt.* 288.23.*poſt euacuationem adde,ſuppreſſam.* 289 15.*cura, vnà.* & 19.*nocerent nocere.* & 23.*adaugent,adaugeant.* 290.7.*ſufficere ſufficiunt.* & *in marg.tenientia,lenientia.* 292.17.*quàm , verò.* 293.6.*di,docet.* & 7.*lenitur,leuiter.* 294.7.*miſit,amiſit.* 295.20. *potiſſ potiſſimum.* 296.21.*melancoſicos,melancolicos. ibidẽ , aliungunt, adiungunt.* 297.1.*fatis,factis. ibid.*19.*citro, cito.* 299. 7. *intertumbare,interturbare.* 301.17.*præparatum,præparatam.* & 25.*doce, docet.* 302.5.*exhito,exhibito.* & 22.*licet,& imitia.initia.* & *vltima. matæ,materiæ.* 303 8.*ſcilicet quidem,ſiquidem.* & 18.*infirmat , inſinuat.* & 21.*comouere,concoquere.* & 22 *ſi,ſi.* & *in marg. adcuciat, ad iuuat.* 304.5.*hæc verba(ita ẽt Altim.de feb.peſtil.)parẽteſi includãtur.* & 22.*vt,vel.* & *ibid.*3.*poſt maligna adde,eſt.* 305.1.*dictũ eſt, dictis.* & 11.*obundatur obtundatur.* & 13. *euacuare , euacuatione.* & 15. *cõcedit,cõcedi.* & *natuta,naturã.* & *ibid.*16.*mat.malig. materiãmalignã.* & 25.*vmoribus,tumoribus.* 307.*aliqd,aliquod.* & *prĩcipalẽ principale.* 308.8.*poſt adiuua e adde, oportere.* 309.10 *colliquatiuus, colliquatiuos.* 310.4 *excrementum,excrementa.* & *ſit, ſint.* & *acrem , adhuc.* 311.10 *immutar immutant.* 15.*vcro,verò.* & 25.*concorrat, concurrat.* & *huic hinc.* 312.3.*Neq; , Namq;.* & 20.*racone,ratione.* 313.3.*concuncta,coniuncta.* & 5 *mulcentur,remittenda.* & 6.*remit-*

mittuntur,reducuntur. 314.7.*acidæ,aridæ.* 316.7.*poſt purgat , adde, validioribus ſaltem.* & 13.*eunt,erunt.* 318.*alteratione , alleuiatione.* 310.5.*innati innati.* 320.8.*fiant,fiunt.* & 13.*ſoleant auferatur.* & 18.*phenit, phrenit.* & *vlt. humorem humorum.* 321.*((um Gal.vſq; adſit) parenteſi includantur.* 324.6.*videam,viderim,* 325.1.& *tollatur,* & 9.*turandum,triturandum.* & 24.*ſabrili, ſubrili,* & *vlt.a (Dari, vſq; ad probauimus,) parenteſi includantur,* 326.14.*tandum, tantum* & 3.*corrob.,cor corroboretur* 327.9.*patet, petat* & 25.*ieinuis,ieiunis.*328.18.*curati,curari* & 21 &,*vt.* 344.6.*aut,aūt* 12.*poſt vt,adde, ex.* 345.2.*deijciam,deijciantur.* 347.2.*cuiuſmodo,cuiuſmodi.* 358.15.*incidans,incidamus,* 363.10.*quidam,quidem.* 365.7.*ſupplicantes,ſupplices exoramus,* 410.3.*no non,* & *contentonis, contentionis.* 413.11.*quamuis,quoduis.* 422.13. *bauri,hauriri.*

REGISTRVM.

† †† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo
Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk.

Omnes ſunt Duerniones.